NOTAE CRITICAE

IN

POMPONIVM MELAM

PARS III.

COMPLECTENS

LIBRVM III.

POMPONII MELAE

DE

SITV ORBIS

LIBRI TRES

AD PLVRIMOS CODICES MSSTOS VEL DENVO VEL PRIMVM CONSVLTOS ALIORVMQVE EDITIONES RECENSITI

CVM NOTIS CRITICIS ET EXEGETICIS

VEL INTEGRIS VEL SELECTIS

HERMOLAI BARBARI, IOACH. VADIANI, PETRI IO. OLIVARII, FREDENANDI NONII PINTIANI, PETRI CIACCONII, ANDR. SCHOTTI, IO. OPORINI, PETRI IO. NVNNESII, IS. VOSSII, IAC. ET ABR. GRONOVIORVM, ET IAC. PERIZONII, NEC NON MSSTIS IO. GEORG. GRAEVII, IAC. GRONOVII, ET PETRI BVRMANNI, CONLECTIS PRAETEREA ET ADPOSITIS DOCTORVM VIRORVM ANIMADVERSIONIBVS

ADDITIS SVIS

A

CAROLO HENRICO TZSCHVCKIO

A. M. SCHOLAE ELECTORALIS MISNENSIS RECTORE, ET SOCIETATIS LATINAE IENENSIS SOCIO.

VOLVMEN II. PARS III.

LIPSIAE 1806

SVMTIBVS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSII.

CAP. I.

Quidam codices nullo praemisso titulo hunc librum exordiuntur veluti Paris. 1. 3. Zalusc. Prag. In aliis alia utrique libro interposita leguntur. Vatic. 1. *Pomponii Melae de Chorographia liber* II. *explicit. Incipit Tertius feliciter.* Lips. *Explicit liber secundus Pomponi Melle de cosmografia. Incipit Tertius.* Gud. *P. Mele de cosmographia liber* II. *explicit. Incipit Tertius.* Paris. 2. *Cosmographiae seu descriptionis orbis Pomponii Melae liber secundus explicit. Incipit tertius eiusdem, ubi ambitum orbis et oram oceani et insularum eius describit.* Venet. *Pomponii Melae liber Tertius, in quo ambitum orbis et oceani oram ac insularum eius eleganter describit.* Vindob. *Pomponii Melle cosmographia liber tertius et ultimus incipit.* Cibin. *Explicit liber Secundus Pomponii Melae de Corografia. Consequenter eiusdem pomponii Melae de corografia. Incipit liber tertius.* Brevius editiones vetustae *Incipit liber tertius,* uti 1. 2. 9. 13. vel ut 3. 4. et aliae *P. Mellae Cosmographi liber Tertius.* Ita in ipsius capitis initio agunt, quod vel nudatum inscriptione subiiciunt, in primis codices, tum etiam antiquissimae editiones, vel variatis verbis munitum, veluti 11. *de oris Oceani capitulum primum;* 7. 8. 15. 17. 20. 23. *descriptio circuitus Oceano mari cincti;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *extima Hispaniae* littora; Vossius, Gronovii cum reliquis *Hispaniae ora exterior.*

§. 1. *ut initio)* Prius omittit Vatic. posteriori Havn. praemittit *in.*

cingit) Barthius lib. 14. Adversar. c. 17. p. 585. et lib. 49. c. 1. [c. 13.] p. 2309. emendabat *gignit Oceanus.* A. GRONOVIUS. Nempe offenderat *cingit*, quod τῷ *circuitus* inepte adiungeretur, et alterum, *gignit* Latine et eleganter dictum putabat. Ita etiam vult in Avieni descr. v. 78. ubi hodie probatur. Commutari utrumque verbum docet Avieni locus et viri docti ad Sil. Ital. 8, 617. Sed cum omnes libri in vulgata consentiant, tum dictum esse potest ut *vivere vitam* et alia vocabula cognata, quod et ad Avienum monuit Wernsdorfius. Post Cibin. Vindob. ut alibi passim *occeanus.*

infinitumque) Vindob. *et infinitum*, uti omnes editiones ante 41. in qua I. Gronovius recepit *infinitumque*, quod postea probarunt omnes et exhibent reliqui codices, excepto forte Havn.

et magnis) Cibin. Vatic. *it magnis.* Magis ad nexum facit prius. Prag. *concinctum.*

modo inundat) Prius deest in Lips. Tum Ven. Vatic. 3. Havn. Paris. 2. *nudat cum refugit.* Ita potest utique, sed melius divise et solute.

non alios aliosque) Ita codices Vossii, et Abr. Gronovii, itemque Fulvii Vrsini, teste Ciacconio, et mei omnes; tantum Vatic. 3. et Prag. *nec alios* — Notat etiam Ciacconius *non aliosque,* cui addo ex Paris. 3. *nunc alios* — uti legitur in edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadiann. Olivarr. Vinet. Schotto placuit *nec ad alios aliosque;* Vossio; quem reddunt edd. 40. 41. 42. *non alio alioque;* inde cum Reinoldio ex libris rediit *non alios aliosque.* TZSCHUCKE. *Nunc* —) Scri-

bendum reor: *nec ad alios aliosque.* PINTIANVS. Lego: *non alios aliosque* (subintellige *campos*) *invicem* — Quae hic scribit Pintianus, statim declarant, eum hunc locum non intellexisse. CIACCONIVS. *Nunc ad* —) Contrarius hic requiritur sensus. Libri omnes manu exarati habent: *Non alios aliosque invicem.* Inde facile fuit, lectionem, quam dedimus, excudere. VOSSIVS. Plane non auscultari oportuit Vossio hanc lectionem testanti facile fuisse excudere, quum libri omnes manu exarati habeant: *non alios aliosque.* Immo haec est ipsa vera lectio, dependens a voce *campos,* aeque ac sequentes *hos et illos.* Non bene sic mutaret sermonem Mela. I. GRONOVIVS. Gronovius dicit, haec et omnia sequentia referenda esse ad *campos,* qui praecessere, ac si omnia litora essent campi et exundationem Oceani admitterent. Si *alios aliosque* interpretatus fuisset homines aut populos, rectius aliquanto dixisset. Sed profecto etiam sic orator parum efficax hic noster fuisset scriptor, si in explicando Oceani aestu planorum tantum litorum fecisset mentionem et toties idem inculcaret. Dicit Oceanum non campos tantum inundare, neque alio alioque terrarum, modo in hos modo in illos populos per vices et quasi successive, sed simul et pariter in omnia litora, qualiacunque demum illa sint, impetum suum convertere. Recte est ergo ea, quam dedimus, lectio. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Mi Lector, vidistine aut legisti homines aut populos inundatos ab Oceano sine noxa, et id saepe fieri? Ne nunc quidem aliter sentio. Campos exposui praeeunte ipso Mela, qui lib. 1. c. 9. quum dixisset Aegyptum ab exundante Nilo etiam irrigari, mox dicit humentes campos. Ita nunc Mela, ubi planities sunt, ibi scribit inundari campos ab Oceano, et quidem non alios aliosque invicem, hoc est, ut prius invadat Africam, inde procedat ad Hispaniam, post ad Galliam, ut sic campi vel regiones excipiant has vices; neque ut, ubi sint oppositae regiones, nunc Britannia repleatur exhausta Gallia, post Gallia

ſentiat liberata Britannia, et ſic alterni inter eas ſint acceſſus. Hanc geminam Melae interpretationem ignoravit Voſſius, ut plene patet ex *Appendice*, prorſus quae duo diverſa facit Mela, confundens. Stolida eſt igitur et paraphraſis Voſſiana et lectio. Etiam repoſui ex MSS. *ingens infinitumque pelagus*, non ut edunt, *et infinitum*. I. GRONOVIVS *in nota poſteriori*. Ita quidem ſenſus loci, qualem libri exhibent, expeditus eſt ad nexum aptiſſime. Vidit aliquatenus Pintianus, ſed non perſpexit, quia forte τὸ *neque* ad ſequens *neque* referendum eſſe putaret. Excepit tamen Schottus, ex cuius editione ſic refert Barthius in adverſar. 14, 12. p. 767.

alternis) Cibin. *alterius*, ita tamen ut τὸ *u* obelo notaret; Rehdiger. *ulterius;* prius etiam dant edd. 15. 20. 23. 25. alio errore ed. 19. *alternis oſſibus.*

toto) Omiſiſſe videntur ex Codd. Vatic. 1. Pariſ. 3. et Havn. cum editionibus inde a prima ad 41. in qua revocavit I. Gronovius ex libris, inquit, veteribus. Reliqui certe mei agnoſcunt, nec renuit de ſuis A. Gronovius in huius loci repetitione. TZSCHVCKE. *Toto impetu)* Haec eſt vera atque integra Pomponii ſcriptura, unde vulgo ſubducunt vocem primam, quam ſtabiliunt libri veteres. I. GRONOVIVS. Deſiderat utique vis narrationis et nexus aptior. Poſt Prag. omittit *in*, Cibin. dat *ubi nomina.*

ſint) A. Gronovius ex MSS. refert *ſunt*, uti ex meis habent Lipſ. et Prag. poſſitque etiam locum occupare; omittunt plane Vadiano duce 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. revocavit Reinoldius, retinuerunt ceteri. Tum edd. 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *in medio;* Prag. *ex media.* Pro *rurſus* Gud. Prag. *rurſum*, pro redit edd. 15. 20. 23. reddit. Tum in Rehdiger. abſunt verba *aut*

terrestria d. animalia; in Parif. 1. et Prag. *et;* Havn. *reprehendat;* ed. 5. *et ut terr.* 9. 11. 13. *ut aut terr.* Denique inverfo ordine Venet. *terrestria animalia deprehendat;* deinceps idem cum Vatic. 3. et Prag. *destituat marina.*

§. 2. *anhelitune)* Cibin. Vatic. forte elegantius *anhelitune id fuo;* Prag. *fui;* ed. 23. *anhelituve.* Pro *regerat* Vatic. 3. Venet. Parif. 2. Prag. *retegat;* ed. 5. *regeret;* 7. 8. *regat;* 30. *regnat.* In Cibin. eadem manus fupra fcripferat: *reiciat*, explicationis caufa. Ceterum a voce *Neque* capitis fecundi initium conftituit Vinetus.

undique) Cibin. praemiffa diftinctione maxima: *Vtique fi*, quam lectionem etiam adfert Ciacconius, atque ita volebant Pintianus et Schottus; recte, ni fallor, etfi omnes, Vineto excepto, dant *undique.* Si enim retractam in femet anhelitu undam conclufit, non poteft cum fpiritu undique regerere. Excepi igitur Vineti etiam auctoritate motus. Pro *doctioribus* Vindob. Havn. Prag. et edd. 2. 11. (in qua tamen ad calcem emendatur) 13. 29. *doctoribus.* Atque hoc probaffe videtur Salmafius ad Solin. c. 23. f. 26. p. m. 203. Prag. totum locum fic exhibet: *retegat undam undique, fed ut doctoribus.*

unum) Schottus cum Sanctio pofuit *vivum*, quod et in Vaticano fuiffe videtur. TZSCHVCKE. Caftigo: *utique, fi ut doctioribus placet, mundus animal eft.* Solinus c. 26. *Phyfici autumant, mundum animal effe, eumque ex variis elementorum corporibus conglobatum effe.* PINTIANVS. Alias: [quo codicem notare etiam folet] *vivum animal eft.* Ovidius Metam. 15, 342. CIACCONIVS. *Vnum animal.* Sic editi libri. Pintianus *mundus animal* tentabat. Lege *vivum animal* proxime veritatem; immo germana lectio. Ovidius 15. Metamorph.

Nam sive est animal tellus et vivit etc. SCHOTTUS. Lego: *utique si, ut doct. placet, vivum animal est, ac sint depressi* ex Ovid. Metamorph. et Strabone lib. 1. [p. m. 36. s. 53.] IDEM. Restitui ex Ovidio et aliis *vivum animal.* SANCTIUS *in praefatione. vivum animal*) Sic mutavit hunc locum Pintianus, [immo Schottus] quem secuti sunt omnes alii, [v. supra] cum prius legeretur: *utique* [a Vineto] *si, ut doctioribus placet, unum animal est.* Sed quid opus erat mundum animal vivum dicere, cum animal dixisse sufficiat? Certum est, nihil hic esse mutandum. Loquitur ex Platonicorum opinione, qui mundum unum animal esse credebant, quod omnia animalia in se contineret. Plato itaque in Timaeo [p. 306. ed. Bipont.] universam rerum naturam vocat ζῶον ἓν ὁρατὸν, πάνϑ' ὅσα κατὰ φύσιν αὐτοῦ συγγενῆ ζῶα ἐντὸς ἔχον. Iamblichus de myster. [5, 7.] ἓν ζῶόν ἐστι τὸ πᾶν. Vide quoque Plotinum Enneade 4. cap. 32. VOSSIUS. Facilis quidem error, qualis ex libris notatur in Cicerone de lege agr. 2, 2. Nepotis Eumene cap. 2, 2. at hic bene habet *unum.* Quod enim arcessunt Ovidium, copia haec est, variandae eiusdem notionis et amplificandae studio mota, et divise utrumque ponit; in Strabone est comparatio sententiae, non ipsa sententia. Sed, cum Mela doctiores produxerit, accedit in primis, quod ita vere illi tradiderunt, uti iam Vossius docuit. *Mundus* a Pintiano male repetitum languet. Post Prag. omittit *est;* Rehdig. habet *an si depr.* Paris. 1. *an sint dispersi quo.*

reciprocata) Sic codices A. Gronovii et mei, in quibus Vatic. 1. cum reliqui videantur dedisse *reciproca,* uti Havn. certe ita legi in Prag. nec aliter editiones ad Vossium, qui primus revocavit *reciprocata,* quod ex optimorum et plerorumque codicum fide maluit Mela, ut vim externam indicaret, non insitam, etsi alias sic dici recte potest, ut Sil. Ital. 3, 60. *reciproca Tethys;* Plin.

5, 4. in. *reciprocum mare;* Eumen. in panegyr. ad Constantin. Aug. c. 5. *reciproci cursus* de aestu maris et similia, quae Lexica subministrant. Post Prag. *resident.*

atque unde) Lips. Paris. 1. *inde;* Vatic. 1. *undae;* reliqui cum Ciaccon. et Gronov. et edd. priscis, in quibus Camertinae Ald. Iunt. *atque unde*, pro quo Vadianus dedit *atque inde*, exceptum ab aliis, reiectum a Reinoldio et posteris. Tum Cibin. *extollant.*

causas) Rehdiger. Leid. *causam;* Vindob. *causas tantas;* Havn. *an luam cavans.* TZSCHVCKE. Vulgatum praestat. Supra 2, 7. *Et si ita res fuit, videri potest coniectantibus in tantum mutatae causas Nilum praebuisse.* A. GRONOVIVS. Pro *meatibus* Ciacconius coniiciebat *motibus* ex Iustino 1, 9. [forte 1, 1, 9.] ubi *motus siderum;* sine gravi causa. Tuetur et Vossius in appendice ad 1, 8, 1. et I. Gronovius in epistola de Vossii append. p. 101. etsi idem ad Melam c. l. ex Cod. Gud. hic refert *permeatibus*, quod equidem non inveni.

Ad ortus) Vatic. 3. Lips. Gud. Cibin. Venet. Vindob. Rehdiger. Prag. Paris. 2. *At ortus* facili lapsu; sensu minus commodo.

neque eodem) Sincerior, ut arbitror, lectio erit: *Namque eodem assidue tempore, ut illa surgit* etc. PINTIANVS. Retinenda illa lectio contra Pintianum. Vide Plin. 2, 97. [f. 99.] et 99. [f. 102.] Solinus cap. 26. [f. 23.] CIACCONIVS. Haec verba in aliam formam mutavi, retento tamen eodem sensu; nunc ea in statum priorem restituo. Plinius 2, 99. de aestibus maris: *Nec umquam,* inquit, *eodem tempore, quo pridie fluunt, ut ancillantes sideri avido, trahentique secum haustu maris et assidue aliunde quam pridie exorienti.* PINTIANVS in *retractationibus.*

demergitur) Cibin. *deiungitur;* hinc ed. 9. *redere;* 13. *redire,* utraque subiicit *atque eventare,* quod posterius etiam habent 3. 4. 11.

§. 3. *Huc)* Inde cap. 2. exorditur ed. 11. hac inscriptione praemissa: *De ora Hispaniae.*

Atlanticum) Cibin. Rehdiger. ed. 11. *athl.* Vindob. *athal.* Tum Vindob. Rehdiger. *bethice;* edd. aliquae, antiquae etiam, *Beticae, Betice, Baethicae,* ut infra eadem vitiose efferuntur in libris. Sed nolo haec morari.

frontis) Gud. Rehdig. *fontis,* ut quaedam edd. 6. 7. 8. 10. 19. Cibin. *fontibus.* De utriusque vocis commutatione dictum ad 1, 13, 3. Sic infra. Vtrum hic praeferendum, adparet. Vox *excipit* abest in edd. 12. 14. 19. Pro *nisi* Vindob. *nixi.*

paululum) Cibin. *iterum paululum;* Vindobon. *paulum;* Vatic. 3. postea *semet abditur.*

flumen) Vatic. Lips. Gud. Cibin. Prag. Rehdig. Venet. Havn. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 22. 23. cum Vadianis *fluvium;* 21. 24. 25. Olivarianae, Vinetus et ceteri *flumen,* quod forte fuit in Parisiens. et Vindob. Nam de aliis aliorum siletur. Equidem, etsi parum referat, librorum tamen illorum auctoritatem reveritus revocavi *fluvium,* quam vocem non plane aspernatur noster, nec cur aspernetur, adparet. Ita vero synonyma passim commutantur, uti plura exempla docent ad 1, 5, 5. adposita. Post Cibin. *pene erecta;* Rehdiger. *pene rata.*

Bastuli) Paris. 1. *Bastali;* Paris. 2. Vatic. Havn. Prag. *Bustuli;* Gud. *Bostuli;* Vindob. *Basculi.* Vera scriptura, aliunde nota, etsi passim aliter depravata in ceteris libris.

§. 4. *In proximo*) Prior vox abest in Prag. utraque in Venet. Caput tertium hinc incipit Vinetus.

lucus) Forte *locus*, et mox *a litore* glossam olet. SCHOTTVS. Vtrumque cum libris vel nexus tuetur vel obpositio. Mox pro *tum* ed. 1. *tunc* nota confusione.

Ebora) Gud. Perizon. Voss. 1. 5. Cibin. Paris. 1. 2. Lips. *Chora;* Voss. 3. A. Gronov. Vatic. 3. Venet. Havn. Prag. *Cora;* Voss. 4. Rehdiger. *Ehora;* Chis. *Heora;* reliqui cum edd. *Ebora*, praeter 13. in qua *Ebura*. TZSCHVCKE. Legendum *Ebura* ex Strabone, [3. p. m. 97. s. 140.] Plinio, [3, 3. s. 1.] Antonino. [p. m. 426.] CIACCONIVS. Surita in emendatt. ad Antonini itiner. p. 560. [p. 409. Wess.] e MS. *Chollar* profert, pro quo *Colobona* ex Plinio 3, 1. [s. 3.] ubi MSS. *Colobana* habent, corrigendum existimat. A. GRONOVIVS. *Ebura* etiam hanc Baeticae urbem scribendam potius censet Vasconcellus ad Resendii Antiqu. Lusit. p. 26. De Strabone recte Ciacconius, minus de Plinio et Antonino. In illo enim alia urbs est *Ebura*, uti monuit Harduinus, nostra *Ebora* etiam scribitur in Plinio 4, 35. s. 22. et in Antonino item legitur constanter *Ebora*, quod probant etiam lapides, veluti apud Gruter. p. 489. Suritam ad Antonin. p. m. 418. ex Resendio, et numi, de quibus praeter Raschium in Lex. num. T. 2. P. 1. p. 509. Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 1. p. 11 sq. quamquam, nisi alia signa adposita sunt, propter alias cognomines urbes, difficile est iudicium. Suritae emendatio, de qua cf. etiam Rodrigo Caro in antiguedades — de Sevilla lib. 3. c. 22. p. 120. longissime recedit a libris, immo *Colobrona*, ut Nebrissa apud Plinium, inter aestuaria est Baetis, ubi Astam etiam conlocat, quae nostro procul est a litore. Nempe *Chollar* in Codice scriptum pro *Chora* progrediente corruptionis malo.

a litore) Forte hae voces superfluae sunt; nam de maritimis agit. Astam coloniam inter aestuaria Baetis collocat Plinius 3, 1. [s. 3.] CIACCONIVS. At eadem de causa abesse nequeunt. Adsensus tamen est Schottus in superiori nota. Ita vero etiam noster 1, 6, 1. *Cirta procul a mar.*

Asta) Lips. Gud. Cibin. Venet. Vindobon. Rehdiger. et edd. 1. 2. *Hasta;* 9. 13. *Basta.* Eadem variatio supra 2, 6, 4. in *Astigi.*

in ipso mari) Prag. Havn. *in passo mari.* Ipsa vox *mari* Ciacconio redundare videbatur. Pintianus malebat magis ex Pomponii elegantia et nitore: *et in ipso mari.* Mihi quidem secus videtur.

munimentum Caepionis) In utraque voce dissentiunt libri. Nempe codices habent *monumentum,* vel etiam *monimentum,* uti edd. ad Vossium, qui posuit *munimentum,* et hinc reliqui, praeter Reinoldium, qui servavit *monumentum.* Parisienses 2. et 3. videntur habuisse *munimentum* cum Vossio. Magis dissentiunt in altera, etsi nihil hic inde tulerunt Vossius et Gronovius. Nunnesius in MS. vidit *Scipionis;* Ciacconius *Capionis;* Vatic. Parisiens. Venet. Havn. Lips. Gud. Rehdig. Prag. et quem inspexit Holstenius (vid. ad Ortel. p. 40. 46.) et alter Ciacconii *Caepionis* vel *Cepionis;* Cibin. *capopionis;* Boccatius s. v. Ispanum mare *Cepionis monumentum scopulo potius, quam insulae positum.* Edd. 1. 2. 9. *Cepionis;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. reliquae *Geryonis* ad Vossium, quo duce *Caepionis* revocatum est. TZSCHVCKE. *Capionis* alias antiqu. et V. C. MS. ut [13, 2.] *Arati poetae monimentum.* Forte *Cepionis* V. C. CIACCONIVS. Geryoni sepulcrum a Gaditanis fuisse exstructum in ipsis Gadibus prodit Philostratus in vita Apollonii. [5, 5.] Festus vero Avienus arcem memorat in hoc tractu alicubi:

[in ora marit. v. 263.] *Geryonis* [vulgo ibi et hodie *Gerontis*] *arx est eminus; namque ex ea Geryona quondam nuncupatum accepimus.* Ex hoc loco procul dubio correctores depravarunt hunc Pomponii. Prius legebatur: *Cepionis*, non *Geryonis*. Pro *monimentum* vero *munimentum*, nisi fallor, rectius legeris. Certum est veram hanc esse lectionem, et a Caepione turrim hic fuisse exstructam, non a Geryone. Colligo hoc ex Strabone, cuius verba haec sunt lib. 3. [p. 96. s. 140.] Καὶ ὁ τοῦ Καιπίωνος πύργος ἵδρυται ἐπὶ πέτρας ἀμφικλύστου. Male vulgo Καπίωνος, quod perperam corrigunt viri docti. Quamvis autem multi fuerint Caepiones, dubitari tamen non potest, quin is, qui munimentum sive Pharum istam exstruxit, fuerit Quintus Servilius Caepio, qui de Lusitanis triumphavit, notus quidem hoc nomine, furto tamen et supplicio longe nobilior. Exstructum autem ab illo hoc monumentum fuisse existimo, ad inhibendam Lusitanorum piraticam; eo enim tempore infestasse classes Romanas, ac ostia Baetis obsedisse, veteres testantur historiae. Vulgo locus ille appellatur *Chipiona*, tamquam si a Scipione sic diceretur. Nec recens est istud vocabulum. Sic iam olim existimavit Iornandes haud longe a principio: *Quamvis nonnulli et illa gemina Galliciae et Lusitaniae promuntoria in Oceani insulis ponant, in quorum una templum Herculis, in alia monumentum adhuc conspicitur Scipionis.* Verba quidem inepta et barbaro scriptori convenientia, attamen, unde id, quod dixi manifeste colligi potest; ac illud praeterea, locum istum iam tunc promuntorium fuisse, non insulam. VOSSIVS. *Geryonis* nomen vix videtur ex Avieno huc translatum esse, cum omnes libri ibi legant *Gerontis*, quod quia vetustum Graeciae nomen vocat Avienus, et inferius paulo v. 304. *Gerontis arx* iterum memoretur, vindicat recte Wernsdorfius et de Arganthonio, Tartessi rege, cuius senectus celebratur, explicat. Ex Strabonis lectione Casaubonus in nostro *Capionis* videtur praeferre,

contra in Strabone ex noſtro, qualis nempe in editionibus fertur, emendat Geryonis Nunneſius in epiſtola ad Schottum de patria Melae, quae legitur in ed. A. Gronovii a. 1748. p. 525. idemque probat etiam in Mela. Praeferendum utique eſt cum libris *Caepionis*, quam vocem firmiter adſtruit Strabonis locus, etſi ibi vitioſe *Καπίωνος* legitur. Inde vero lapſus ad *Scipionis* facilis fuit, nec ſine exemplis. Sic multi Codd. etiam ex meis Moſcov. et Pariſ. in Strabone 4. p. 130. ſ. 188. pro *Καιπίωνος* dant *Σκηπίωνος* vel *Σκιπίωνος*; libri quidam in Salluſtii Iug. c. 114. ſ. 122. in Eutropio 5, 1. Aurelio Vict. de V. I. cap. 66. extr. et alibi. Sed vid. Bryanus et Solanus ad Plutarch. in Lucullo c. 27. extr. ille et Xylander ad eundem in Lucullo c. 47. Schweighaeuſer. ad Appian. de reb. Hiſpan. c. 70. et in emendatt. in Suid. n. 4. p. 25. viri docti ad Vellei. 1, 15, 3. Perizon. in animadv. hiſt. c. 10. p. m. 435 ſq. Reimarus ad Dion. T. 1. p. 41. et quae adferunt. Sic contra *Caepio* apud Gudium in inſcrr. p. 19, 4. et 24, 8. pro *Scipio*, ut faſti docent ad an. U. 809. quod tamen deſcriptoris, non lapidis peccatum putat Saxius in epigram. lapidum vetuſt. p. 52. Fuit quidem *Scipionis rogus* a Plinio 3, 3. ſ. 1. commemoratus, qui monumenti loco haberi poſſit; uti et Iornandes c. l. *monumentum Scipionis* producit, quod haud procul a Carthagine nova ponit Anvillius in tabula Orbis Romani. At hoc aliquantum ab hoc noſtro tractu diſtat. Nec rogus ille huc referri poteſt, tum propter ipſius nominis cauſam et Melae deſcriptionem, tum quod necem ſpectat Cn. Scipionis a Poenis in turri quadam cum ſuis cremati, quam vero inter Vrſonem et Caſtulonem ſtetiſſe, ipſa narratio Appiani de rebus Hiſp. c. 16. docet. Reſtat igitur nomen *Caepionis*, cuius victoriam de Luſitanis adtigit Eutropius lib. 4. extr. triumphum Faſti. In hoc igitur facile obſequi Voſſio licuit; non item in altero. Cum enim *monumentum*, qualecunque fuerit, certe veluti Pharus ſecundum Strabonem, et

ſignum nautis erectum nihil in ſe repugnantiae obiiciat, itaque libri velint, retinui cum Reinoldio. Atque ita etiam ſupra ad 1, 6, 1. Voſſius hunc locum repetit et explicat, etſi et ibi *munimentum* poſuit. Vtramque tamen vocem alibi etiam variari docent Drakenb. ad Liv. 4, 10, 6. et Oudendorp. ad Iul. Caeſ. de B. C. 2, 21. Lipſius ad Taciti Ann. 1, 3. Pro *impoſitum* Vindobon. *oppoſitum.*

§. 5. *Baetis)* Libri *Betis*, *Bethis*, *Baethis*, *Boetis* (Lipſ.) uti ſupra dixi. Sic *traconenſi*, (Prag.) *terrachenſi*, (Vindob.) *tarconenſi*, (Rehdiger.) *teraconenſi*, (Pariſ. 2.) *terraconenſi*. (ex editis plerique olim.)

grandem) Abeſt a Vatic. 3. Prag. et Pariſ. 2. Poſt Lipſ. Gud. Cibin. Vatican. Venet. Prag. Ciaccon. MSS. melioris notae apud A. Gronovium et edd. 15. 17. 20. 30. 32. 37. *fecit;* in aliis legitur *facit*. Apte inluſtrat Gronovius priorem lectionem ſimili loco 2, 2, 9. de Strymone: *ubi non longe a mari lacum fecit, maiore, quam venerat alveo, erumpit.* Equidem ſic dare non dubitavi. Sic fere 3, 2. f. de Rheno: *ubi campos implevit, Flevo dicitur;* item alibi in eodem aut ſimili nexu, ad temporum veram rationem et uſum accommodatius. Poſt Voſſ. 1. *quaſi ex novo feminus oritur.* Forte, inquit A. Gronovius, voluit librarius: *quaſi ex novo fonte geminus oritur.* Quid voluerit aut debuerit, docet Cibin. in quo: *quaſi ex novo fonte geminus.* In utramque lectionem disputari poſſit. Praetuli tamen *uno*, quod obpoſitionem τοῦ *geminus* reddit efficaciorem, et ſic *quaſi* ad *fontem* propius pertinet. Venet. omiſit *exoritur.*

ſimplici) Vindob. *ex ſimplici;* Rehdiger. *ſingulis tantus.* Poſt Prag. *flectitur;* Cibin. *eorumque parva oppida.*

Olintigi) Cibin. et varr. ed. 29. *olintygi;* Rehdiger. *olyntygi;* reliqui *Olintigi,* uti ex ſuis notat Voſſius. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. et reliquae ad Voſſium *Olitingi;* hinc *Olintigi.* TZSCHVCKE. Legendum *Olitegi.* CIACCONIVS. *Olitingi)* Sic perperam mutarunt, cum veterum librorum ſcriptura ſit: *Olintigi.* Corrupte quoque apud Plinium [3, 3. ſ. 1.] *Oſintigi.* Sic *Olontigi* ad Maenobam flumen alia eſt. Sic autem expurgandus eſt ex optimis noſtris membranis locus ille Plinii: *Maenobam amnem, et ipſum navigabilem haud procul accolunt Olontigi, Caelia, Laſtigi.* VOSSIVS. Harduinus in Plinio dedit: *Alontigiceli, Aloſtigi.* Quippe deſiderantur populi. Ceterum *Olintigi* obſcurum nomen, quod ſoli codices ſuſtinent.

Onoba, Laepa) In codicibus cum depravatione coaluerunt haec nomina, ut plura alia, Ciaccon. *Onolappum;* Vatic. 1. Venet. Lipſ. Gud. Pariſ. 1. 2. Cibin. Rehdiger. (hic quidem diviſe) et varr. in edd. 27. et 29. *Onolappa;* Pariſ. 3. Prag. (praemiſſo *et*) Vindob. Havn. *Onolapa;* Vatic. 3. *Onolara.* Edd. 1. 2. 3. 4. 9. 11. *Onolapa,* Vinetus *Onolappa;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Oſſonoba;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *Onoba;* Voſſius et hinc reliqui *Onoba, Laepa.* TZSCHVCKE. *Oſſonoba* ſcribendum, non *Onolapa,* ſive, ut Ptolemaeus [2, 4.] *Onoba* cognomento *Liſturia,* quam Plinius initio fere libri 3. *Oſſonobam Aſturiae* vocavit. BARBARVS. Legendum *Oſſonoba.* Sic legit Plinius 3, 1. [ſ. 3.] Nam *Onoba* mediterranea eſt appoſita Baeti fluvio ibidem, et Ptolemaeus Ὄνοβα. CIACCONIVS. *Onolappa* prius legebatur, unde *Onobam* fecerunt. Sed legendum *Onoba, Laepa.* Haec Ὄνοβα Ptolemaeo eſt Ὄνοβα Λιστοϱία. Et ita quoque vulgo apud Plinium legitur. Marciano Heracleotae [p. 40. Hudſ.] eſt Ὄνοβα Ἀστουϱία. In Antonini etiam itinerario [p. 431. Weſſ.] eo loco, ubi

legitur: *Iter de Eſtri Pacem Iuliam*, monet vir ille doctiſſimus, [Surita] qui nobis optimam eius auctoris dedit editionem, vidiſſe ſe in aliquo codice ſcripto: *Iter de Aſturica* etc. Sed nulla comminiſci poſſit cauſa, cur *Onoba* dicta fuerit *Aſturica* vel *Aſturia*, cum oppidum illud remotiſſimum fuerit ab Aſturibus populis. Ipſa lectionum varietas docet, latuiſſe hic aliud vocábulum magis inſolens, quod corruptioni dederit occaſionem. Vera omnino eſt lectio Ὄνοβα Αἰστουρία. Crebras enim ἀναχύσεις ſive aeſtuaria hoc loco occurrere, nemo eſt, qui ignoret. Vt autem a *luxu luxuria*, et a *penu penuria*, ita ab *aeſtu aeſturia* formatur. In libris melioribus Plinii legitur: *a flumine Ana, litore Oceani, oppidum Oſſonoba aeſtuaria cognominatum.* Sed et apud illum et alios, quos citavi, *Aeſturia* vetus fuit lectio. Apud Plinium etiam lege *Onoba*, non *Oſſonoba*, quae eſt ultra Anam, niſi ipſe in eo erraverit Plinius. Eſt enim Baeticae Onoba Aeſturia, illa vero Luſitaniae. Diſtinguit eas etiam Marcianus Heracleota p. 40 ſq. Hudſ. Apud Strabonem lib. 3. [p. 99. ſ. 143.] legas: Τούτων δ' ἐστὶν ἥτε Ἄστα, καὶ Νέβρισσα, καὶ Ὄνοβα καὶ Σόνοβα καὶ Μαίνοβα καὶ ἄλλαι πλείους. Cui non appareat, Ὀσσόνοβα eſſe ſcribendum? *Laepae* vero, quam Onobae ſubiungit, meminit in hoc tractu Plinius, [3, 3. ſ. 1. ubi olim *Laepia*, nunc *Regia* —] qui Latinorum vocat. Differt autem haec a Laepe magna, cuius meminit Ptolemaeus. [2, 4.] Vulgo nomen obtinet locus iſte, et ſitus eſt ad ſinum exiguum, qui in oceanum exit inter Cartayam et Aiamontem, vossivs. *Onoba*, quod innuunt etiam codices, recte ſe ideo habere videtur, quod Mela ipſe ab Oſſonoba diſtinguit. Onoba enim a flumine Ana ad Baetin progredientibus obvia eſt, uti ex Plinio 3, 3. ſ. 1. perſpicitur, cum quo conſentit Ptolemaeus 2, 4. ubi Ὄνοβα Αἰστουρία legendum eſſe, dudum viri docti multi monuerunt, adſtruente Plinio. Vltra autem omnes ponunt Oſſonobam. Neque

tamen confundi debet cum Onoba alia, quam Ptolemaeus procul hinc in mediterraneis ponit, et Plinius etiam diſtinguit. Vnam tantum commemorant Antonius in itin. p. m. 431. et Geogr. Raven. 4, 45. quae noſtra eſſe debet. Nempe ex migrationibus populorum variis iisdem conditoribus factum eſt in Hiſpania, maxime ubi Turduli habitarunt, ut plures eiusdem eodem nomine urbes ferrentur. Quod de *Laepa* ex Plinio ſubiungit Voſſius, obtruſit illi hoc Dalechampius, cum teſte Harduino MSS. et vetuſtae edd. habeant 3, 3. ſ. 1. *Latinorum Regia Cariſſa, cognomine Aurelia*, uti ipſe Harduinus repoſuit, nec ſi tali nomine urbem ibi commemoraſſet Plinius, ad hunc tractum, uti ſeries docet, referri poſſet. Occurrit quidem apud Ptolemaeum 2, 4. Λαῖπα μεγάλη, ſed ex ſitu prope Hiſpalim ſatis intelligitur, locum hic habere non poſſe, quod et Voſſius agnovit, immo ſi Ptolemaeum cum Antonino p. 411. compares, et in primis *Obuculam* teneas, *Laepa* Ptolemaei et *Ilipa* Antonini unius oppidi diverſum nomen fuiſſe videtur, quod et iudicat Weſſelingius. Et ſic ſupra Hiſpalim iuxta Baetin aperte Ilipa notatur a Strabone 3. p. 97. ſ. 142. quae etiam intelligenda videtur apud Plinium 3, 3. ſ. 1. prope Italicam, Cum vero alia etiam *Ilipa* in Antonino p. 431. prope Onobam noſtram reperiatur, ab illa priori mediterranea aliquantum diſtantem et infra Hiſpalim ſitam ad oſtium fere Anae, haec vel etiam Laepa dicta eſt, et ſic a Laepa magna diſtincta, vel omnino legendum *Onoba, Ilipa*, quod contractionibus factis perverſio inlata patitur. *Hilipa* eadem eſt in hac ſerie Geogr. Ravenn. 4, 44. Proxime tamen ad codices accedit *Laepa*, et ſi *Ilipa* dicta etiam eſt *Laepa*, ut obponatur *magnae* illi, optime reſpondet et ſitu et nomine urbs hodie eodem nomine (*Lepe*) conſpicua, uti declarat tabula Hiſpaniae Ianvierii, unde adparet, etſi Ilipam hanc, vel Laepam Onoba removeat Antoninus c. l. 30 M. P. ab Anae oſtio quidem ſatis abfuiſſe, ſed ad mare, quod paullum hinc terram intrat,

ſedem conſtitutam habuiſſe. Quare diſcedere a Voſſio receptamque lectionem movere dubitavi.

§. 6. *At Luſitania)* Cibin. *Ad;* Vindob. *Luſitanea.* Cap. 4. hinc incipit Vinetus. Poſt Rehdig. *athl.* Vindob. *athal.* ut ſupra et alibi.

deinde) Vatican. Cibin. Gud. *dein*, quod etiam A. Gronov. in ed. 44. recepit, poſt reliquit. Mollioris ſoni cauſa in hoc nexu inſtauravi. Variatio alias obvia et paſſim notata. *Baethica, Betica* nolo relegere. Pro *abducit* Prag. *adducit.*

Anae) Ed. 1. 2. *anne;* poſt Prag. *qua;* Gud. *quod* pro *quia;* Prag. *et ſua latera;* Rehdiger. Gud. *littora.*

faſtigat) Quidam codices et edd. veteres cum Ald. Iunt. Vadian. Olivarr. Vineto *faſtigiat;* Schottus, Voſſius reliqui *faſtigat*, uti codd. meliores Vatic. Cibin. Pariſ. 1. Rehdiger. *Caſtigat*, ut ſolet, Lipſ. Sed de ſcriptura ſatis dictum opinor ad 1, 4, 1.

ager) Verbum *ager* ſuppoſititium videtur. Nam Plinius in tertio [lib. 4. c. 35. ſ. 22.] ſine ullo additamento *Cuneum* hoc promontorium nominat. Occaſionem dederunt errori, ſi error eſt, verba Strabonis in initio tertii [p. 95. ſ. 137.] male tralata. Quid ſi legendum non *ager dicitur*, ſed *a Graecis dicitur?* ut praetermiſſum ſit librarii indiligentia nomen promontorii Graecum *Sphen;* ſic enim *Cuneus* vocatur Graece. Nam Marcianus, Latinus auctor, [lib. 6. p. m. 198.] Graeco maluit, quam Latino nomine hoc promontorium demonſtrare; *per Sphenis*, inquit, *frontem circuitu ſacri promontorii* etc. PINTIANVS. Forte *Cuneus hac re dicitur.* Supra lib. 1. c. 9. *Ne illud quidem a vero nimium abſceſſerit, in illis ortum amnem, ubi ſubter maria caeco alveo penetraverit, in noſtris rurſus emergere, et hac re ſolſtitio*

accrescere, quod tum hiems sit, unde oritur; et c. 13. *Tunc ingenti urbe celebris Isso fuit, et hac re sinus Issicus dicitur.* CIACCONIVS. Audiendi non sunt, qui hanc lectionem sollicitant. Cum enim ager iste quam maxime in mare procurrat et promineat, recte promuntorium dicitur. VOSSIVS. Pintiano etiam hic eatenus obsequutus est Schottus, ut vocem *ager* minoribus litteris notaret. Nihil tamen, reluctantibus libris omnibus, mutandum esse, docet locus Strabonis, ubi χώραν diserte vocat, sed quae sacro promontorio adhaeserit. Ex iis tamen, quae de Artemidori, oculati testis, descriptione subiungit, intelligitur, in tria cornua promontorium illud procurrisse, quamvis ipsa re et divisione Mela ab aliis discrepare videtur, de quo Vol. 2. Quod Artemidorus νησίδια τρία vocat, de eo ibi disserit Casaubonus. Vtrumque vero forte fuit in usu, *Cuneus ager* et *Cuneus.* Ita vero nec Ciacconii emendatione opus est, etsi poterat addere locum 3, 3, 4. Tuetur vocem ipse Mela, dum tres urbes in eo commemorat, uti recte contra Pintianum monuit Florez in España Sagrada T. 13. p. 20. Post Prag. *magnum quidem ulterius;* Paris. ridicule *quod utilius est.*

Myrtili, Balsa) De MSS. haec A. Gronov. Duo *Mirtilibalio;* reliqui *Myrtilibalio,* vel *Myrtilibaleo;* Ciaccon. *Myrti alco;* Vatic. 1. Cibin. Rehdiger. Venet. Mediolan. duo I. Gronovii in quibus Gud. (sed vid. deinceps) *Myrtilibalio;* Paris. 1. 3. Vindobon. Gud. Havn. Lips. *mirtilibalio;* Vatic. 3. *myrtilibalis;* Prag. Paris. 2. *mirtilibalis,* varr. in ed. 27. 29. *Myrtilis.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *mirtilibalio;* 5. *myrtilibalio;* 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. Vinetus *Myrtilis, Balsa;* 13. *Mirtilis Balsa;* 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadian. Olivarr. Schottus, Vossius, 40. *Mirtylis, Balsa;* 41. 42. ceterae *Myrtili Balsa.* TZSCHVCKE. Scribendum *Myrtilis, Balsa* ex Plinio, [4, 35. s. 22.] Ptolemaeo, [2, 5.] Antonino, [p. m. 431.] ceteris. BAR-

BARTS. *Balsa* quoque Ptolemaeus, [2, 4.] quamvis apud illum Ἴβαλσα legerit Marcianus. [p. 42. Hudf.] Scio quidem, in fexcentis literam illam priorem adiici, fed utique ut Ptolemaeus, ita quoque epitomatorem eius Marcianum fcripfiffe verifimile eft. Errat quoque in eo, quod πληθυντικῶς τὰ Ἴβαλσα vocarit. VOSSIVS. *Myrtilis, Balsa* correxit Hermolaus ex Plinio, Ptolemaeo, Antonino et ceteris. In quibus quum nihil culpare poffit Voffius, culpat lectionem Marciani Ἴβαλσα, putatque fcripfiffe Βάλσα, ut apud Ptolemaeum. Ego non dubito, quin Ἴβαλσα verum fit nomen etiam apud Melam, cuius veram fcripturam non adfecutus fuit Hermolaus. Nam quum hic citet *Myrtilibalio*, idque ego fciam exftare in duobus fcriptis, etiam in Mediolanenfi viderit Frater, et haud dubie exftabit quoque in aliis, manifefte apparet idem fatum huius vocis fuiffe, quod vocis *Hispal* fupra et fcripfiffe Melam *Myrtil, Ibalsa*. I. GRONOVIVS. *Myrtilis, Balsa* ab omnibus appellantur haec oppida, a nemine autem Myrtil vel Ibalfa. Nam quod Marcianum Heracleotam attinet, ille non potuit aliter fcripfiffe, quam Ptolemaeus, et manifefte apud hunc ultima praecedentis vocis litera adhaefit initio fequentis. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Nugatur in Appendice Voffius tacens de libris antiquis, nihil fanum iaciens, quod ad Melam pertineret. I. GRONOVIVS *in nota posteriori*. In Ptolemaei editionibus Graeca tantum exhibent Ἰουλία, Latina auctius *Iulia Myrtilis*, etfi etiam hoc ex MS. fuo profert Harduinus ad Plin. 4, 35. f. 22. in quo certe eodem modo legitur. Antoninus c. l. *Myrtili*, ad quem Weffeling. ex Idatio in MSS. profert *Martyli* ad an. 16. Theodofii II. Addo *Myrtilin* ex Geogr. Raven. 4, 43. Iis igitur de fcriptura, cum ex Graecis nihil fubfidii fubpetat, ita tamen adquiefcendum videtur, ut cum codicibus praeferamus *Myrtili* terminatione in Hifpanicis urbibus frequentata. *Balsa* praeter Graecum Ptolemaeum probant iidem auctores Latini, et fic etiam in Marciano leg. cenfet

Harduinus ad Plinium c. l. in quo adſentior. Recte autem haec nomina ab Hermolao Barbaro reſtituta evincit in primis Plinius, qui, etſi inverſa progreſſione, tria haec nomina deinceps recenſet. In *Oſſonoba* parum, aut nihil discrepant libri; tantum enim Pariſ. 2. ſimplici *s*, uti Marcianus c. l. Edd. 1. 2. 9. *Oſſonoba*, cum Ptolemaeo 2, 5. in.

Lacobriga) Vatic. Vindob. Pariſ. 2. 3. Venet. Havn. *Latobrigal;* Gud. *Lattobrigal;* Cibin. adpenſo proximo *et*, *Lattobrigaleth;* Rehdig. Lipſ. *Lottobrigal;* Pariſ. 1. *Labrobigal;* Ciaccon. *Lattobriga* et *Lottobriga;* Prag. *Catobrial.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Latobrigal;* reliquae *Lacobriga.* TZSCHVCKE. Scribendum *Lacobriga*, uſitatum id Hiſpanis urbibus vocabulum. BARBARVS. Recte de poſteriori nominis parte, pro quo etiam *brica*, veluti in *Merobrica*, quam eandem hic eſſe putat in Plinio 4, 35. ſ. 22. Ciacconius, qui tamen *Menobricam* falſo vocat. Sed de priori parte nihil aliunde certi conſtitui poteſt. Occurrit *Lacobriga*, vel ut ſcribendum numi docent apud Goltzium in theſ. p. 244. et Harduin. in Oper. ſel. p. 91. *Laccobriga*, ſed in Vaccaeis Hiſpaniae Tarraconenſis omnes ponunt et in mediterraneis. Vid. Plin. 3, 4. ſ. 3. (ubi *Lacobricenſes*) Antonin. in itiner. p. 395. et alibi. Apud Ptolemaeum 2, 6. m. tantum Latina habent, et in Palat. Cod. fuit μεοϱιγα. Quod huc refert Harduinus ad Plin. c. l. et ex eo Raſche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 1404. Λαγγοβϱίτας Plutarchi in Sertorio cap. 13. etſi cum Weſſelingio ad Antonini itiner. p. 421. probabiliter ſubſtituas Λαγγοβϱίκας, id tamen dubium hic facit ſitus, cum *Langobrica* prope Minium ab Antonino longius hinc ponatur, *Lancobrica*, ſi eandem quis putaverit, a Ptolemaeo 2, 5. in urbibus Celticorum mediterraneis. Forte propius acceſſerit *Catobriga*, quam lectionem etiam adſtruit Cod. Prag. Nempe ea occurrit in Antonino p. m. 417. qui Oliſipone (ita)

removet 24. M. P. a Salacia 36. et deinceps Salaciam Ebora 43. ut tantum de hac Lusitaniae parte, in qua nunc Mela subsistit, intelligi possit. Nam magnam difficultatem errorumque pericula obiiciunt similes plurium et diversarum urbium adpellationes. In Geogr. Raven. 4, 43. dicitur *Cetobricca* inter Eboram et Olysipona. Tum vero est Ptolemaei 2, 5. Καιτόβριξ, pro Καιτόβριγα, forte quia Cetobriga accusativum in aliis crederet. Καστοβρὶξ corruptius Marciano p. 42. Hudf. eodem situ, unde apud hunc antea in Σαλάκρων latere debet urbs *Salacia*. Resendius tamen in antiqu. Lusit. lib. 4. p. 210. mavult *Cetobriga*, quem et probat ad Antonin. c. l. Wesseling. Hodie remansit eius nomen *Cetobra* s. *Cetobala*, ita tamen ut in alteram sinus oram convenientibus piscatoribus urbs migraret. Vid. Resendius p. 198 sq. c. l. ubi plura. Aliis, ut Buschingio, usitatius *Setural*. Hoc tamen notare, quam recipere malui; quamvis, si quid mutandum sit, praetulerim *Catobriga*, cum etiam literae C et S passim commisceantur.

portus) Cibin. *portus et Hannibalis*. Tum libri *Hannibalis* et *Annibalis*, uti 2, 6, 5. ubi cf. notata.

Ebora) Rehdiger. *ehora;* in varr. edd. 27. et 29. *Ebura*, atque ita in ed. 13. Cf. supra ad §. 4. Nihil hic mutandum invitis libris, quaecunque in hoc situ urbs fuerit.

Sinus intersunt) Scribo: *Sinus intersunt. Vrbes, in proximo Salacia*, ut in Gallia exteriore: [3, 2, 4.] *Belgarum Treveri. Vrbes opulentissimae. In Treveris Augusta.* Frequens est in hoc ordine Mela. PINTIANVS. Neque tamen illi ita adstrictus, ut solvere se nequeat, immo in eodem loco *que* adpenditur, tum a populis ad urbes ibi progreditur. TZSCHVCKE. Alii [qui?] *sinus intersunt duo, in proximo Salactia.* Et sic paulo ante:

bis in semet recepto mari, in tria promontoria dispergitur. Et lib. 1. c. 7. *deinde tria promontoria vaste proiecta in altum, duos grandes sinus efficiunt.* CIACCONIVS. Nulla mutandi subest causa.

in proximo) Vatic. Rehdiger. Prag. Lipf. Gud. et edd. 11. 13. *in proximum.* Ita quidem *in* passim cum accusativo, de quo ad 2, 2, 6. et alibi. At obstant etiam sequentia. Pro *Salacia*, Gr. Σαλακία, Vindob. edd. 1. 2. 9. 11. 13. *Salatia;* Prag. *Salantia;* Vatic. 3. *Salaucia.*

Ulyssippo) Lipf. Vindob. *ulixipo;* Gud. *Ulisipo;* Parif. 2. Havn. *ulixipona;* Prag. *ulispona;* Vatic. 3. *ulyspona;* Cibin. *Ulisippo;* Rehdiger. *Ulysippo;* Parif. 1. 3. videntur habuisse *Ulyssippo,* et Vatic. 1. *Ulyssipo.* Edd. 1. 2. 9. 11. *Ulysipo;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 22. Vadianae *Ulyssipo;* 13. 21. 24. 25. Olivarianae, 28. Vossius, Gronovii, Kappius *Ulyssippo;* Vinetus *Ulisipo;* Schottus *Olyssippo;* Reinoldius *Ulyssipo.* TZSCHVCKE. Aliis *Olyssippo* scribitur. Ptolemaeo [2, 5. in.] Ὄλιος Ἱππῶν. Straboni [lib. 3. p. 103. f. 149.] Ὀδύσσεια. Ὀδυσσεῖς Stephano de Vrbibus. Strabonis locum lib. 3. Geogr. Laurent. Valla alibi est cavillatus. Andr. Resendius cum Olyssippone Conimbricam Academiam migraret, quam Ioannes III. Lusitaniae rex, a Dionysio institutam, liberaliter instaurabat, in Oratione, quam pro Rostris habuit, *Olisipo,* septem non amplius litteris scrib. simplici *p* et sine *y* Graeco, ex eiusdem urbis litteratis marmoribus plurimis, docuit et singulari libro Damianus a Goes. SCHOTTVS. Si auctorum libros inspicias, varia et inconstans reperitur scriptura, etsi ab initio *O* praeferre solent. Praeter ea, quae iam notavit Schottus, in Ptolemaeo Cod. Palat. et teste Wesseling. ad Antonin. p. 416. Coislin. habet Ὀλιοσσίπων; Marcianus Heracl. p. 42. Hudf. Ὀλισίπων; Plinius 4, 35. f. 22. 8, 67. f. 42. *Olisipo,* etsi alii ante Harduinum *Olysippo;*

Antonin. in itiner. p. m. 416. *Olisippo;* Geogr. Ravenn. 3, 43. *Olysipo;* Solin. c. 26. f. 23. *Ulyssippo,* ubi tamen Salmasius dedit *Olisipo,* quia sic omnes libros habere adfirmat in exercitt. Plin. p. m. 196. in quo de suo vetere codice adsentitur Resendius in antiqu. Lusit. lib. 1. p. 8. Idem de pluribus testatur in Martiano Capella lib. 6. p. 202. Wesseling. c. l. ubi etiam vulgo *Ulissipo.* Varro de R. R. 2, 1, 19. *Olysippo,* etsi in eo et aliis libri cum scripti tum editi variant, quidam etiam *U* praefigunt, de quibus consulendi illorum locorum interpretes. Si inscriptiones monumentorum priscorum adeas, *Olisipo* illae sua auctoritate confirmant. Vid. Gruter. p. 252, 7. p. 273, 2. Cf. p. 901, 17. et quae a Schotto producti, Resendius et Goesius (vid. in Schotti Hispania illustr. T. 2. p. 881.) de scriptura nominis et priscis etiam monumentis adtulerunt. Rectius igitur tot tantisque testibus adfirmantibus videtur in initio ponendum *O,* praeferremque hic, nisi codices pertinaciter reluctarentur. Possit tamen et *U* vindicari, si tenueris, eius urbis originem ab Ulysse repeti, quod faciunt certe Solinus, Capella ce. ll. ut sic forma Latinis recepta stare possit. An Strabonis Ὀδύσσεια huc revocari possit, recte dubitatur, etsi et idem conditorem facit Ulyssem, cum lib. 3. p. m. 108. f. 157. procul hinc in locis montanis supra Abdera et Malacam ponat.

et Tagi) Lego *ad Tagi ostium;* urbes enim testatus est se relaturum, non fluvios, sed in transitu dixit *ad Tagi ostium sitam.* PINTIANVS. Sed ubi diserte id professus est, et an *portus Hannibalis* urbibus adscribatur? Solet talia ad viam decerpere. Pro *Tagi* Rehdig. *thagi.*

gemmas aurumque) Ita 6 MSS. A. Gronovii, et ex meis Lips. Gud. Vatic. Cibin. Rehdiger. Prag. (in quo abest *que*) verba haec struunt; Vindobon. et conlati cum edd. alii, uti edd. omnes cum Reinoldianis, inverso

ordine *aurum gemmasque*, dum priorem invexit A. Gronovius inde ab ed. 44. quod excepi.

§. 7. *Ab his)* Hinc cap. 5. in Vineti editione principium. Pro eo edd. ad 42. dant *Ab iis*, reliquae duce Reinoldio cum MSS. *Ab his*. Commutatio levis et crebra. Vid. ad 2, 6, 7.

in illam) Sic cum plerisque MSS. editiones recentiores inde ab 41. exceptis Reinoldianis, quae cum ſuperioribus ſcribunt *ad illam*, ut et eſt in Cod. Vindob. et forte quibusdam aliis. TZSCHVCKE. MSS. tres *in illam p.* quod nunc reſtitui. Mox *paululum eminet*, non *paulum*. I. GRONOVIVS. Sic Ciacconius etiam notaverat; ſed et idem de ſequ. *quod receſſit*.

Turduli) Vatic. 1. Lipſ. Gud. Cibin. Rehdiger. Pariſ. 3. Vindob. Havn. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Turauli;* Prag. *tumuli;* Pariſ. 2. *turerauri;* Vatic. 3. *turanauli;* Pariſ. 1. Venet. *Turduli*, uti mox omnes, et hic edd. 6. 7. 8. 10. 12. 13. reliquae, monente olim Hermolao Barbaro.

amnes) Venet. Ciaccon. *amnis*. Pro *Monda*, Ven. Gud. Rehdiger. *in unda;* Vatic. 3. Pariſ. 2. Prag. Havn. *in nuda;* Vindob. *mondi;* Vatic. 1. Cibin. Lipſ. Ciaccon. varr. in edd. 27. 29. uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Munda*. Iidem libri mutato ordine verba *in medium fere* ſtatim poſt *autem* ponunt; tantum Vind. *annes* (ſic, ut ſaepe) *autem fere in medium mondi ultimi*. Quo nunc leguntur ordine, debetur ille Vadiano, qui et *Monda* dedit, eumque ſecuti ſunt reliqui. Vtrumque ſic exhibuiſſe videntur Pariſ. 1. et 3. In ſcriptura *Monda* Vadianus reddere voluiſſe videtur Ptolem. 2, 5. et Marcianum p. 43. Hudſ. At codices mei quidem per *u* ſcribi volunt,

ut et editur in Plinio 4, 35. f. 22. Et fic habet Boccatius f. v. Hifp. mare, qui Melam referre folet. Sic et Graecis Δόριος eft, qui Latinis *Durius*. Corruptionis exempla fimilia in Munda urbe dabit Dukerus ad Flor. 4, 2, 85. Ceterum ordo Vadiani magis adridet.

in medium —) Emendatius, ni fallor, fcribetur: *e medio fere ultimi promontorii latere fluens.* PINTIANVS. Hoc eft argutias captare vel mufcas agitare. Pro *latus* Havn. Prag. *lacus*. Tum Schottus *radicem*.

alluens) Sic inde a Voffio editiones, uti etiam in ed. 23. ex Vatic. notatum erat, et ex Voff. 1. 2. ab Oudendorpio ad 1, 4, 4. Antea cum plerisque MSS. *abluens*, uti folet. Dedi *adluens* cum Cibin. unde commiftio facilius intelligitur. Cf. ad 1, 4, 4.

Durius) Ciaccon. *aduria;* Vatic. 3. Prag. Havn. *Durus;* Lipf. *clinius*, uti poft, nefcio unde.

Frons) Cibin. ed. 30. *fons;* Vindob. *frons ille;* pofterior vox illa abeft in edd. 6. 7. 8. 10. et *Fons illa* prave fcriptum in edd. 32. 37. de qua commutatione in MSStis etiam dictum eft ad 1, 8, 1. et 13, 3.

habet) Lego: *rectam ripam agit*, ut de Gadibus [3, 6, 1.]. *qua terris propior eft, bene rectam ripam agit.* PINTIANVS. Omnino quidem bene, fed non ideo hic recte.

dein) Cibin. Rehdiger. Lipf. alii cum edd. omnibus ad Gronov. 44. *deinde;* in ea et ceteris *dein*, uti tefte A. Gronovio, Voff. 1. Mediolan. quibus addere poterat Gud. Profert etiam Ciaccon. ni fallor ex fuo, dum fcribit ex more folito, alias, *dein*. Reinoldianae maluerunt *deinde*.

paululum) Parisienses et Havn. ex silentio conlatorum cum edd. ni fallor, omnibus *paulum*, quod I. Gronovius in ed. 41. mutavit in *paullulum*, de quo ille supra monuit. Ita certe Vatic. Lipſ. Rehdiger. Gud. Prag. Cibin. Venet. Post *iterum* omittit Vatic. 3. cum Prag. qui et pro *iterumque* dat *verumque*. I. Gronovius distinctionem posuit post *iterum*. TZSCHVCKE. *Iterum, iterumque*) Hanc distinctionem ex aliis editionibus retinuimus, a quibus temere abiit Vossiana alias peiores sequuta. I. GRONOVIVS. Perſuadet ipſa vis narrationis et ſenſus. Monuerat iam de hoc I. Gronovius et expoſuerat ad 1, 9, 2. Nempe antea plane aberat.

recta) Ita novem MSS. A. Gronovii, quibus suffragantur ex meis Lipſ. Rehdiger. Prag. Gud. forte etiam Havn. Venet. cum editionibus veteribus, et plerisque aliis; 13. Vinetus, Schottus, Vossius, 40. 41. 42. *recto*, uti Vatic. Cibin. forte etiam Parisienses; inde 44. 45. reliquae *recta*. Reinoldianae fluctuantur; certe, quae repetita prodiit an. 1775. *recta*, cum aliae habeant *recto*. Neutri repugnare Latinitatis uſum conſtat, etſi, quod maſculino genere adhibuit Lucanus 9, 497. notandum cenſuit Scholiaſtes. Cf. Barthius adverſ. 21, 1. Ciofanus ad Ovid. Metam. 1, 14. Maſculino quidem noſter utitur 1, 2, 2. 2, 4, 8. ſine codicum diſſenſu, et 3, 6, 4. tantum aliquae editiones diſſentiunt; quare et hic praeferre, addicentibus optimis MSS. malui. Poſt Lipſ. *ſed a clivo*, ut ſupra.

§. 8. *Grovii)* Cibin. Vatic. 1. Gud. Pariſ. 2. *Grovi*; Rehdig. Pariſ. 1. 3. *grovii*; Venet. Havn. Prag. *groni*; Lipſ. Vatic. 3. *gorvi*; Vindob. *gioni*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 15. 17. 20. 23. *Groni*; 12. 14. 19. Vinetus *Gravii*; 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarr. Schottus *Gronii*; Vossius et reliqui *Grovii*. TZSCHVCKE. Plinius quoque [4, 34. ſ. 20.]

Groni sive Gronii, ut diximus; itemque Silius [1, 235.] quibusdam exemplaribus; sed frequentius tamen *Gravii*, a *Grais* dicti: *Quique super Gravios lucentes voluit arenas Infernae populis referens oblivia Lethes.* Item: [5, 366.] *Et quos nunc Gravios violato nomine Graium Oeneae misere domus Aetolaque Tyde.* Sed et Ptolemaeus [2, 6. m.] *Gruios* quasi *Gravios* appellat. BARBARVS. Legendum *Grovii.* Ptolemaeo Γρουΐοι. Sic quoque habebat vetus lectio Plinii, quod perperam mutarunt. Remanet hoc nomen etiam hodie in insula et promuntorio ad ostium Ulae fluminis sito; *Grove* enim vocatur. Confirmant hanc lectionem etiam meliores Silii codices, qui habent *Grovios*, non *Gravios*. *Quique super Grovios* etc. Sed et alibi: *Et quos nunc Grovios violato* etc. Errant quoque, qui apud Martialem populi huius mentionem fieri putant lib. 4. epigr. 55. *Luci gloria temporum nostrorum Qui Graium veterem Tagumque nostrum Arpis cedere non finis disertis.* Commentitia est haec lectio, cum libri manu exarati habeant: *Qui Caium veterem.* Caius mons est is, ex quo Durius profluit. Iulius Orator [p. 694. in ed. Gronov. Melae an. 1722.] *Fluvius Durius nascitur in Carpetania exiens de monte Caio iuxta Pyrenaeum; currit per campos Spaniae illustrans Pyrenaeum. Deinde disrumpens loca montuosa, dividens Galliciam a Lusitania, ducens aquas multas valde occidit in oceano occidentali. Currit millia CCCCXCV.* Male vero montem hunc iuxta Pyrenaeum collocat, a quo abest quam longissime. Apud Livium *mons Caunus* vocatur lib. 40, [50, 2.] cum *Caius* verum sit nomen. Sed et altero loco apud Martialem monti huic nomen reddidimus lib. 1. epigr. 55. *Videbis altam, Liciane, Bilbilim equis et armis nobilem, sterilemque calvum nivibus effractis sacrum Vada Veronem montibus.* Notant viri docti se in scriptis codicibus reperisse: *Senemque Catum*, quod etiam nos in nostris reperimus. Noli dubitare, quin sic scripserit Martialis: *Senemque Caium*

nivibus et fractis sacrum Vada Veronem montibus. VOSSIVS. Vossii lectionem adstruit praecipue Ptolemaeus, nec in prima aliam literam poni volunt codices. At quod de Silii codicibus suis memorat, se in nullo codice et editione, nec in eorum excerptis *Grovii* invenisse, adfirmat Drakenborchius et aliis codicibus Vossium usum esse arbitratur. At is mos est Vossii, talia ad suam rem iactare. Immo, qui variant, habent ibi potissimum *Gronii* vel *Gromi*. In altero Silii loco omnes in *Gravii* consentiunt, eamque scripturam ipsa vis orationis adiuvat. Nec aliter ibi legit Herm. Barbarus, uti eius superior nota docet. In Plinio olim legebatur etiam *Gronii*, ubi Harduinus notat, in MSS. Reg. et Colb. esse *Grovii*. Ipse dedit *Gravii*, quasi Graii, motus Silii auctoritate, qui Graecam iis tribuit originem cum Plinio ipso. Atque haec scriptura omnino potior videatur, quam et invenisse se in duobus vetustis Plinii MSS. adfirmat Resendius in antiqu. Lusit. lib. 1. p. 7. qui et sic reponi vult in nostro, et cum nostro in Ptolemaeo Nonius in Hisp. c. 41. Neque tamen τὸ *a* recipere ausus sum, cum alterum tueantur libri omnes cum Ptolemaeo, quod nec improbat Heinsius ad Sil. 3, 366. Videntur ipsi auctores in eo dissensisse. Ceterum quod ad Iulii Oratoris locum pertinet, si conferas a I. Gronovio p. 690. c. l. notata, videtur ille ex Vossii ingenio prosiluisse.

Avo, Celadus) Coniuncte haec duo nomina proferunt libri plerique. Vatic. *avoceldus*; Vindob. *anocelardus*; Rehdiger. *avocelaudus*; Paris. 3. *avocelandus*; Prag. *a voce ladus*; Havn. *avocae ladus*; Lips. Gud. Venet. aliique etiam meliores Vossiani *avoceladus*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *avocelandus*; tum divise *Avo Celandus* 6. 7. 8. 10. 12. 13. ceterae cum Vineto, Schotto, tantum 20. *Gelandus*; Vossius cum reliquis *Avo Celadus*. TZSCHVCKE. *Avocclandus)* Ptolemaeo [2, 6.] amnes iis locis sunt *Avus* et *Nibis*, sive ut Strabo [lib. 3. p. m.

105. f. 153.] *Naebis*, etsi est inversa dictio apud eum *Baenis* pro *Naebis*. Nihil vero mirum sit *Avonem* Pomponio vocari, quem Ptolemaeus *Avum* nominat; nam et *Naelonem* Plinius [4, 34. f. 20. *Nelo* ibi hodie editur] appellat in Artabris fluentem, a quo *Noela* civitas, alia quam *Noega* inter Astures, ut dicemus. Ptolemaeus non *Naelonem*, sed *Noelum* in Cantabris tamen et Asturia, non Artabris, a quo *Noelae* populi dicuntur Plinio; *Lacienses*, inquit, [3, 4. f. 3. h. *Lancienses*] *et Pesici et Noelae*, quamquam scriptum est *Zoelae* tertio volumine. Ab fluvio *Avone Avarum* gens. De Celando nihil comperi. BARBARVS. De *Celando* alii non adeo meminere, et suspicio est, corruptam esse lectionem *Avo*, *Celandus* pro eo, quod est, *Avo Celerinorum*. Sunt autem Celerini supra Braccaras et Gronios in citeriori Hispania Plinio, [4, 34. f. 20.] quorum agrum is amnis abluit, ut indicat Ptolemaeus. VADIANVS. Voluit igitur dare, uti legitur in Plinio, *Avo Cilenorum*; Κιλινοὶ Ptolemaeo 2, 6. At cum haec vox longius relinquat codices, tum nexus minime patitur, populum hic inferciri eumque a Groviis diversum, etsi alias obscurum est hoc nomen.

Naebis) Plerique codices *Nebis*, uti editiones veteres cum Vadianis, Olivarianis, Vineto, Schotto, Vossio, Gronovianis ad 44. Reinoldianis; Cibin. *vebis*; Vatic. Mediolan. et edd. 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. *Naebis*, quod recepit A. Gronovius in ed. 44. et sic 45. cum Kappio. TZSCHVCKE. Strabo [lib. 3. p. m. 105. f. 153.] cum *ae* diphthongo in prima *Naebis*; sine diphthongo Ptolemaeus. [2, 6.] Vtitur autem iure suo Mela hoc etiam loco inculcatis duobus nominibus eiusdem fluvii. Nam *Naebis* et *Minius* idem est auctore Strabone; repugnat tamen Ptolemaeus. PINTIANVS. In Strabonis libris fertur Βαῖνις, uti iam supra dictum, in quo Ναῖβις agnovit etiam Casaubonus adprobante Schweighaeusero ad Appian. Vol. 3. p. 297.

Minius) Cibin. *munus et ovi*; Vindob. *Menius*, uti Stroz. A. in Strabone c. l. Tum Vindob. *oblivioni*, non omnino male.

Limia) Vaticani praeter 3. Cibin. Rehdiger. Lipf. *millia*; Vindobon. *milia*; Parif. 3. *in millia*; Gud. cum edd. 1. 2. 9. *in milia*; Venet. Vatic. 3. Parif. 2. Havn. *In minia*; Prag. *In munia*; codex Stephani (v. praefat.) *Limia*; Parif. 1. omifit plane. Edd. 3. 4. 5. 6. 7. reliquae *Limia*. Pro *Limia* in varr. edd. 27. 29. adfcriptum λήθη, uti fupra vocem *cognomen* eadem manu in Lipf. *lethe*. TZSCHUCKE. Variant codices in nomine huius fluvii. Strabonis exemplaria [c. l.] modo *Limaeam* habent cum *ae* diphthongo in media, modo *Limiam*, primo utrumque ordine Graecorum. Variat item Plinii vetus codex. [4, 34. f. 20. et 35. f. 22.] PINTIANVS. Plinio *Limaea* lib. 3. c. 22. [4, 35. f. 22.] Ptolemaeo [2, 6.] Λίμιος. Limia hodieque nomen retinens flumen et oppidum *Ponte di Lima*. H. Stephanus [in praefatione] *Lethia* legi vult, quod in *Limia* nulla oblivionis fignificatio delitefcat. Non affentior: Melam enim fic explico, ut cognomen fit rara notione, quafi fimul eiusdem rei nomen. Plinius apertius Melae fenfum reddidit, olim etiam *Oblivionis* flumen dictum, ut funt plura faepe eiusdem rei nomina, quae Gramm. Graeci Συνώνυμα paulo aliter atque Dialectici appellant. Horum in Geographia copiofam filvam edidit Abr. Ortelius, civis meus, cuius induftria illuftrata Geographia omnesque ftudiofi plurimum debent. Huius et Livii epitoma *fl. Oblivionis* meminit lib. 55. et forte Salluftius fragm. hiftoriar. [apud Servium ad Virgil. Aen. 1, 267.] *cui nomen Oblivionis condiderunt*. SCHOTTVS. In Ptolemaeo Λιμίου, quod adhibito Plinio a Λιμίας duxerim potius, quam a Λίμιος cum Schotto. In Strabone variatur, et plerique, non omnes, libri Λιμαίου adferunt. Hunc autem transpofitis literis indicaffe codices noftros, qui iuxta Minii amnis

ostia memorat. Alia, quae hic in disceptationem verti possunt, dabo volumine altero.

Lambriacam) Voss. 1. Cibin. Lips. Ciaccon. varr. in edd. 27. et 29. *lambricam*; A. Gronov. *Labriacam*; Vatic. 3. Prag. *Labricam*; ceteri A. Gronovii et mei *Lambriacam*, uti editiones omnes, tantum 30. 32. et Vinetus *Lambricam*; Suritae codex (vid. ad Antonin. itiner. p. m. 421.) *Libriacam*. TZSCHVCKE. Legendum existimo non *Lambriacam*, sed *Abobricam*, quam in hoc tractu, ut insignem urbem famigerat Plinius. [4, 34. s. 20.] PINTIANVS. *Lambriaca* vel *Labriaca*, uti habent veteres membranae, quale sit oppidum, nescio. Videtur tamen ita dictum a monte *Lauro*, qui a dextra imminet ostio Tamarae fluminis. *Abobricam* Pintiani locum hic non habere, infra ostendemus. VOSSIVS. Surita c. l. *Langobrigam* malit substituere, quod recte fieri ideo negat Wesselingius, quod *Lambriaca* sit cum fluvio eam amplectente ultra Durium, cis quod flumen *Langobriga* iaceat. Cum rectam ripam ad Minium usque perducat Mela, et hinc flexum incipiat, adparet ultra Minium quaerendam et ponendam eam urbem esse, qualicunque nomine fuerit praedita. Obscura est plane *Lambriaca*; *Abobricam* Pintiani ad Minium ponit Plinius 4, 34. s. 20. At repugnant codices, et infra a Nostro Adobrica commemoratur, etsi situ aliquantum diverso, si Plinium sequaris, qui tamen hic mire turbat et miscet. Proxime ad libros accesserit *Talabrica*, pro quo *Labrica*, ut hic, libri quidam adferunt in Appiano de reb. Hispan. c. 73. in. qui seditiosam eam urbem et saepe rebellem a Bruto domitam fuisse narrat. At cum ex progressionis serie et narrationis nexu adpareat, in Bracaris quaerendam esse, tum etiam reluctantur Ptolemaeus 2, 5. et in primis Antoninus in itiner. p. m. 421. qui a Bracara Augusta illam removet 66. M. P. i. e. 17 fere miliaribus Germanicis, quam distantiam augent adeo numeri in Ptolemaeo adpositi.

A Langobrica cis Durium procul hinc versus Bracaram aberat 18. M. P. Ex Plinio, qui eandem habet 4, 35. s. 21. in. nihil certi elici potest, quippe cuius turbatum ordinem illa ipsa narratio satis ostendit. Antoninum probat Geogr. Ravenn. 4, 43. Resideat igitur ignotum aliis oppidi huius nomen, quod tantum levi facta immutatione optimis MSS. adiutus ad Hispanicam formam, Lambricam, redegi. Boccatius de fluminibus s. v. Laeros vocat *Lambracam.* Antea pro *flexus ipse* Rehdiger. *flexus ille ipse*; post pro *amplexus* Lips. *complexus.* Ceterum a verbis: *Flexus ipse* cap. 6. incipit Vinetus.

Laeron et Ullam) In utroque nomine magna librorum inconstantia reperitur. Ciaccon. *Lanos* vel *Lareos*; Paris. 1. 2. Vatic. 3. Lips. Gud. Prag. Rehdig. *lacros*; Venet. *laceros*; Havn. *laeros*; Vindob. *leros*; Cibin. *laesos.* Edd. 1. 2. *heros*; 9. 11. 13. *hieros*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12, 14. 15. 17. 20. 23. *Laeros*; 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Iernam*; Vossius cum ceteris *Laeron.* De posteriori nomine haec ex libris notavi: Vatic. 3. Paris. 2. *et in illam*; Ciaccon. Cibin. Venet. Havn. Vindob. Rehdiger. Prag. Lips. *et illam*; Vatic. 1. Paris. 1. (omisso tantum *et*) Gud. *et ullam.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *et illam partem*; (quam postremam vocem, tamquam coniunctam, adnectunt etiam codices;) 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *et Viam*; Vossius et deinceps alii *et Ullam.* TZSCHVCKE. Strabo [cf. lib. 3. haud procul ab initio, in Guarini tamen versione, pro quo h. *Nerium*] his locis *Iernam* nominat montem, qui alias *Artabra* dicitur, a quo redditum amnem *Iernam* vocari potuisse, vero admodum simile est. De *Via* ipse quoque Ptolemaeus [2, 6.] et Strabo lib. 3. [p. 105. s. 153.] *Alia,* inquit, *plura flumina ulterius sunt praedictis aequali distantia contigua*; eorum tamen nomina

non reddit. Pleraque exemplaria [vid. ſupra] ſic habent: *Iernam et illam partem, quae prominet* etc. ut ſupra dictos fluvios flexum ipſum recipere intelligamus; Iernam autem montem et reliqua, quae in Celticum prominent, Praeſamarcos tenere. Nihil ſtatuo; cenſendi ius aliis eſto. VADIANVS. Aldus *Laeron* [immo *Laeros*] non *Iernam* legit. *Hierna* porro cum adſpiratione in prima promontorium eſt, non fluvius, Straboni in tertio. [p. 94. ſ. 137.] Sed ſciendum, eam dictionem, ut pleraque alia in Strabone, depravatam eſſe, legendumque in eo non *Hierna*, ſed *Nerium*, quamvis Hermolaus diverſae ſit opinionis. Patet id ex alio loco eiusdem Auctoris in eodem ipſo libro: [p. 105. ſ. 153.] *Extremi*, inquit, *Artabri incolunt circa Nerium promontorium, quod occidentalis et ſeptentrionalis eſt lateris.* Neque id promontorium dictum eſt alio nomine *Artabra*, ut Strabonis vitioſa tralatio perſuaſit credulis Lectoribus, [in iis Vadiano] ſed Artabrorum populorum promontorium eſt *Nerium*. Denique de *Hierna* promontorio aut fluvio nusquam mentio; Nerium promontorium omnes fere celebrant, Strabo, [c. l.] Ptolemaeus, [2, 6.] Plinius, [4, 34. ſ. 20. et ſequ.] Pomponius. Sed Strabo et Ptolemaeus *Nerium* nominant; Plinius et Pomponius *Celticum*. Cauſa diverſitatis in nomine eſt, Celticos populos extremum illum angulum habitantes dictos eſſe cognomine *Nerias*, auctore Plinio. [4, 34. ſ. 20.] Quod ſi divinandum eſt, fluvium eſſe in illo tractu, monti cognominem, *Orbium* libentius ſcripſerim ex Ptolemaeo. [ſ. 2, 6. ubi Ὤργια tamen vel Ὠρκία.] PINTIANVS. Promontorium, quod eſt commune utriusque lateris Hiſpaniae, occidentalis et ſeptentrionalis, dixi appellari a Strabone et Ptolemaeo *Nerium*, a Plinio et Pomponio *Celticum*, nec, ut ſentiunt aliqui, a Strabone dici *Artabram*. Poſtea animadverti, tradi a Plinio 4, 21. [ſ. 35.] a quibusdam appellari id promontorium *Artabrum*. Sed loco ita depravato atque alieno, ut promontorium id ſtatuatur

longe ab eo ſitu, in quo eſt, quod mihi cauſa hallucinandi fuit. IDEM. *Latros et illam partem* legit Aldus [at vid. ſupra] et antiquus codex. Alii *Lareos et illam* vel *Lareos et Ullam* ex lectione veterum codicum. CIACCONIVS. Et haec quoque corruperunt priores Interpretes, cum vera ſit lectio *Laeron et Ullam. Laeros* flumen etiamnum nomen ſervat; *Leriz* enim vocatur. Meminit quoque huius Geographus anonymus Ravennas. [*Clerum* forte 4, 45. intellexit.] Sed et alterum flumen nomen ſuum etiamnum tenet, et *Ulla* vocatur, cum cognomine oppido et agro adſito, qui *Ullous* ab amne appellatur. Ptolemaeo [2, 6.] eſt Οὐΐα pro Οὐλία. VOSSIVS. Vtrumque nomen, etſi obſcurum, praeſtat cum codicibus retinere, quibus ſuffragatur hodierna adpellatio. *Ierna* enim nimis recedit a libris, et commentitium eſt. Addi poteſt Boccatius de fluminibus, ubi ita: *Laeros eſt Hiſpaniae fluvius Lambracae civitati propinquus. Ullam* facilius etiam transiit in *illam*, quia ad *partem* retulerunt. Male tamen et alieno loco Cellarius in Geogr. ant. 2, 1, 40. *Ullam* ex Noſtro commemorat, et ſcribarum vitium ſubeſſe putat. Nempe ibi agitur de *Ulia* prope Cordubam, uti docent Antonini itiner. p. m. 412. aliique a Surita ad eum producti. Tum vero Οὐΐα Ptolemaei, quae eſt *Ulla* Melae, graviorem corruptionem ſubiit. Denique hoc addo, Pariſienſem 3. videri cum ed. Voſſ. conſenſiſſe.

quae prominet) Prag. *qua prominet*; in Pariſ. 1. poſterior vox abeſt.

Praeſamarchi) A. Gronovius ex ſuis MSS. adfert *Preſamathi, Preſamaechi*, et ex tribus *Praeſamarchi.* Ex meis Lipſ. *praſambarchi*; Rehdiger. *preſambarchy*; Vindobon. *preſamarici*; Pariſ. 2. 3. puto, *Praeſamarci*; Cibin. *preſamarchi*; Vaticani, Prag. Gud. alii, ut edd. veteres *Praeſamarchi*; 13. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, 40.

41. 42. *Praesamarci*; Reinoldianae, 44. 45. ceterae *Praesamarchi*. In Plinio 4, 34. s. 20. *Praesamarci* vocantur. Vtra scriptura verior sit, dubium faciunt libri. Equidem acceptam reliqui, etsi alteri momentum adferat Plinius.

Tamaris) Vatic. 3. *Temeris*; Prag. *Temerris*; Vindob. *temaris*; Lipſ. Ciaccon. *Tameris*; Gud. *tam ceris*; Venet. *Tamerris*; Rehdig. *thamaris*; reliqui cum edd. *Tamaris*, quam scripturam tuetur Ptolemaei 2, 6. Ταμάρα, et Plinii 4, 34. s. 20. *Tamarici*, uti noster paullo post. Sed et *Tamaris* constantiori consensu proxime dant libri, tantum Venet. *Tameris*; Rehdiger. *thamaris*; Prag. *Thamerus sinus Ebora.* Pro *Sars* Rehdig. hic et postea *Sarx*; Vindob. *Sarssabes*; Rehdiger. *longe ora decurrunt.* Verba *et Sars — Tamaris* absunt in Paris. 1.

Ebora) Ita omnes MSS. et veteres editiones; tantum Paris. 1. *Ebra.* Praeeunte Vadiano 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus *Arotebrarum*; Schottus, Vossius instaurarunt iterum *Ebora.* TZSCHVCKE. Strabo non *Arotebras* appellat, sed inversis litteris *Arotrebas.* Cui lectioni favet non Plinii modo [4. 35. s. 22.] vetus codex, sed ipsa etiam Plinii sententia: *Et ibi*, inquit, *gentem Artabrum, quae nunquam fuit manifesto errore. Arotrebas enim, quod ante Celticum diximus promontorium, hoc in loco posuere litteris permutatis.* Quibus Plinii verbis non puto refutari opinionem Melae, etsi paulo post *Artabros* ponat. Nam, qui a Plinio refelluntur, ex *Arotrebis Artabros* fecerunt mutatis litteris, ut ex Plinii verbis liquet. At Mela utrosque refert et *Arotrebas* et *Artabros.* PINTIANVS. Legendum *Arotrebatum portum.* CIACCONIVS. *Ebora* prius scriptum fuit, pro quo interpretes alterum istud supposuerunt. Sed sane Artabrorum portus vel Arotrebarum est septentrionalior,

cum fit in extimo promuntorii angulo. Retinuimus itaque *Eboram*, quae, si bene calculum ponimus, est illa, quae *Mores* vulgo vocatur. Portum illum admittit dextra ripa *Tamarae* fluminis, commodum valde et notissimum nautis. Abest a monte Lauro, cuius modo mentionem fecimus, paucis tantum millibus. VOSSIVS. Recte; etsi non necesse erat, argumentis refutare hoc Vadiani commentum, quod unde duxerit, ne verbo quidem indicat. Quod enim *Arotrebarum portum* Strabonis auctoritate lib. 3. p. 106. s. 154. inlustrat, tantum abest, ut probet, ut hic Arotrebas sua aetate dictos esse Artabros narret; et sic ad eorum recensum Mela rectius reiecisset, quam hic alieno situ notasset. Pro *portum* Paris. 1. 3. Prag. et edd. veteres 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 17. 19. 20. *pontum*, uti pro *Augusti* Rehdiger. (ut infra) Vindobon. (hic etiam antea *at iuxta*) *angusti*, de qua commutatione vid. ad 1, 13, 3.

Tamarici Neriique) Varie haec nomina depravant libri, prioris insuper postrema syllaba recisa et posteriori adpensa. Cibin. Vatic. Vindobon. Lips. Gud. Paris. 1. 3. *tamari*; Rehdiger. *thamari*; Venet. Havn. *tameri*; Paris. 2. *Tamerri;* Prag. *thamerei.* Edd. 1. 2. 9. 13. *Tamari*, reliquae *Tamarici.* Tum Vatic. Venet. Havn. Vindobon. Gud. Prag. Paris. 1. 2. 3. *Cinerique*; Vatic. 3. Lips. *cinarique*; Cibin. *cynere*; Rehdiger. *thynerique.* Edd. 1. 2. 9. *cinerique*; 13. *Tamari Celerini qui*; 15. 17. 20. 23. *Heriique*; reliquae *Tamarici Neriique.* TZSCHVCKE. Scribendum videtur *Neriae* non *Nerii*, ex Plinii [4, 34. s. 20.] scripta et Romana lectione. PINTIANVS. *Nerii* tamen volunt libri. Vtrumque populum coniungit Plinius. Post Vindob. *enim hactenus.*

§. 9. *Deinde)* Ciacconius adscripserat *dein*, quod inveni etiam in Gud. et vir doctus in Vindob. nota commutatione. Tum Prag. *ad septentrionem*, de quo

ad 2, 3, 10. Tum ed. 11. *adeo Celtico*; Rehdig. praeposita distinctione maxima *A Celtico*. Vid. deinceps Ciacconius.

Perpetua) Vadianus invitis libris *Hinc perpetua*, quem cum ipsius familia reddiderunt 21. 28. Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vossius et in ed. 40. I. Gronovius, qui tamen post migrare iussit. TZSCHUCKE. Forte *a Celtico promontorio ad Scythicum usque perpetua eius ora, n. u. m. r. ac parva promontoria sunt, ad Cantabros bene recta est*. Nam Aldus et antiqui codices *hinc* non habent, et Auctor duos sinus, quos postea *magnos* vocat, cum hoc comparat. Itaque perpetua ora et non interrupta videtur, ut Europae ad mare mediterraneum. CIACCONIUS. Pomponii haec verba suadente ratione, iubentibus vero manu exaratis libris, ita restituimus: *Perpetua eius ora* etc. non vero, ut vulgo, *Hinc perpetua eius ora*. Non enim a Scythico promuntorio, sed a Celtico dicit incipere istam litorum septentrionem versus in rectum extensionem. VOSSIUS. Vocem primam nos quoque in nullo ex tribus scriptis exstare novimus, ut recte Vossius eam delendam iudicet, et sicut debuit, nunc delevi. I. GRONOVIUS.

Scythicum) In hac voce omnes libri consentiunt, nec sollicitavit, nisi Cluverius in Germ. ant. 1, 2. p. 17. qui reponi mavult ex Ptolemaeo 2, 6. *Trileucum*, quod certis argumentis se olim edocturum esse promittit, neque tamen morte interceptus praestitit. Sed bene locus habet, dummodo *Terra* non ad Hispaniam redigas, sed de tota Europa versus Scythiam et Scythicum promontorium explices, unde in Eoum mare cursus iterum inflectitur, uti adparet ex lib. 3. c. 7. conl. Plin. 6, 20. s. 17. Plura Vol. 2.

Artabri) Rehdiger. *arthabri*, ut antea *canthabros*; Vatic. 3. Paris. 2. *Arabri*; Prag. *primi Arabri*. A verbis *In ea* cap. 7. exorditur Vinetus.

etiamnum) Vaticani, Cibin. Rehdiger. Prag. Lipf. Gud. Parif. 2. 3. Venet. Havn. *et Ianafum*; Parif. 1. Vindobon. *funt Ianafum*; Boccatius f. v. Ifpanum mare *Ianafos*; Ciaccon. unus *et nunc*, alter *etiam nunc*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus *et Ianafum*; 15. 17. 20. 23. *et Lanafum*; Schottus *etiamnunc*; Voffius, reliqui *etiamnum*. TZSCHVCKE. *Etiam num Celticae gentis)* Nam paulo ante dixerat Celticos populos longe tenere oram Hifpaniae, quae occidentem fpectat usque ad Celticum promontorium, communem angulum utriusque orae occidentalis et feptemtrionalis. Nunc autem referens populos, feptemtrionalem oram incolentes, ait primos in ea effe Artabros populos, nec pertinere ad fequentes gentes Aftures Cantabrosve, fed effe adhuc Celticae gentis antedictae. PINTIANVS. Lege *et nunc Celticae gentis*, ut eft in V. C. vel lege *etiam nunc Celticae gentis*; atque ita habet vetus meus codex. CIACCONIVS. Bene hunc locum fic reftituit Pintianus, cuius coniecturam confirmant vere libri veteres. Prius legebatur, *et Ianafum Celticae gentis*, et Ianafum interpretantur [Vadianus, Olivarius] *Compoftellam*. Sed nullius hic oppidi nomen latere poteft. Certum denique eft, Compoftellam effe *Iriam Flaviam*. — VOSSIVS. Optime Ciacconii codices rem conficiunt, et inveterato vitio medentur, unde Boccatius adeo de maribus f. v. Ifpanum commentus eft *Ianafos*, populum. Plura de hac nominum adpellativorum converfione dicta ad 2, 7, 10. Mox Ciaccon. ut fupra *dein*; Gud. Parif. 3. Vindob. Prag. edd. 1. 2. 9. *aftires*; Vatic. Venet. Rehdiger. *aftyres*, quae quidem fcriptura non plane eft reiicienda. Non enim folum in Graecis, veluti Strabonis per ου et υ exprimitur, fed et y in Latinis reperitur, maxime in infcriptionibus. Ita *Aftyria* fub Claudio apud Donium p. 174, 54. Gruter. p. 463, 4. et *Aftyrius* pro *Afturius* multos velle, docet Oudendorp. ad Lucan. 4, 298. prout

derivant vel ab Astura fluvio, uti Isidor. orig. 9, 2. (ubi sic leg. pro *Isiura*) vel ab Astyre Memnonis auriga, de quo Sil. Ital. 3, 334. Ita vero etiam variatur infra.

In Artabris) Vatic. Lipf. Cibin. *Artabres;* Rehdiger. *arthabres*; Venet. *altabres*; Havn. Vindob. *artabros*; Prag. *Maltabres*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 23. 28. *In Artabros*; 16, 21. 22. Vadianae, Olivarianae, ceterae *In Artabris*. TZSCHUCKE. Forte *In Artabro sinus*, ut supra *in Brutio*, nempe agro. CIACCONIUS.

admissum) Vatic. 3. Paris. 2. Prag. *At inmissum*; Venet. *At immisium*; Gud. *an missum*; Havn. Paris. 1. 3. et alii Gronoviani *admixtum*; sed Leid. Voss. 1. 3. Perizon. Mediolan. Ciaccon. Cibin. Vatic. 1. Lipf. varr. in edd. 27. 29. *admissum*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vossius, 40. 41. 42. *admixtum*; 15. 17. 20. 23. *admisium*; Vinetus, Schottus, Sanctius, Reinoldianae, 44. 45. reliquae *admissum*. TZSCHUCKE. Legendum *admissum mare*. PINTIANUS. Alias *admissum*, ut de Ambracio sinu 2, 4. *Facit sinus, qui angustis faucibus, et quae minus mille passibus pateant, grande pelagus admittit;* et cap. 5. *ceterum mare, quod inter utraque admittit, tenuibus* etc. et lib. 1. c. 5. de Arabia, *portum admittit Azotum*. CIACCONIUS. *Admixtum* nugatoribus placuit edere, in quibus emicat Vossius, quum priores editiones habuerint *admisium*, ut est in Iuntina. Sed MS. Mediolanensis exhibet plane *admissum*; ego vidi in altero [Gud.] *ammissum*. Immo *admissum* edidit iam Andr. Schottus et similiter Franc. Sanctius, cuius editione in conferendo libro Chisiano usus fuerat Rulaeus, ut hinc pateat, in eo MS. etiam ita fuisse. Nec potest aliter esse, quin idem in codd. MSS. omnibus repererit Vossius, ille, qui Schottum hominem vocabat bonum,

qualis ipſe non erat. Hoc Melae eſt, ac doléo nunc non repoſitum. Lib. 2. c. 6. [c. 3.] *Facit ſinus, qui anguſtis faucibus grande pelagus admittit.* Lib. 2. c. 5. *Sed qua mare admittit.* Lib. 2. c. 6. *Pelagus primum magno impetu admiſſum.* Lib. 1. c. 5. *Oceanum, ad quae nunc inundet, admiſſum.* Idem eſt lib. 3. c. 7. *Indus et alia quidem flumina admittit.* I. GRONOVIVS. Ita legendum iam antea in ſcholis privatis monuerat, ut exceptae inde notae MS. declarant. Et recte nunc receptum, cum ſic codices boni Pomponianam formam reddant. Lapſus facilis et ab aliis alibi notatus. Vid. Drakenb. ad Liv. 3, 57, 9. *Admiſſum* probavit etiam hic Oudendorp. ad Lucan. 1, 421. ubi hanc dictionem inluſtrat.

Adobricam). Voſſ. 1. *ad vibricam*; Ciaccon. *Adopricam*; Pariſ. 3. *Adrobicum*; Holſtenius ad Ortel. p. 5. adfert ex MSS. *Adobricam* et *Adrobricam*; Gud. Perizon. Voſſ. 4. 5. A. Gronov. Cibin. Venet. Rehdiger. Prag. varr. ex codice in edd. 27. 29. diviſe *ad robricam*; Vaticani *Adrobricam*; Mediol. Leid. Voſſ. 3. Vindob. Lipſ. *Adrobicam*; Pariſ. 1. videtur habuiſſe *Abobricam*. Edd. 1. *adrabicum*; 2. 3. 4. 8. 9. 11. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *Adrobicum*; 6. 12. 14. 19. *Adrobitum*; 13. *ad Bobicum*; Voſſ. 40. 41. 42. *Abobricam*; 16. 17. 20. 23. Vinetus, Reinold. 44. 45. ceterae *Adobricam*. TZSCHUCKE. Libri antiqui, manu exarati, habent *Adrobricam*. Verum *Abobricam* reponendam exiſtimo. Plinius lib. 4. c. 20. [ſ. cap. 34.] recte vocat *inſigne oppidum*, propter ſitum, quem ei Mela tribuit. Peccat tamen, cum ad Minii oſtia illud collocat, a quibus immane quantum abeſt. Sed graviſſime erravit Plinius in toto illo tractu maritimo a Cantabris ad Tagum usque deſcribendo, omniaque paſſim flumina, oppida et promuntoria perverſo et confuſo recenſuit ordine. — VOSSIVS. Etſi omnino de Plinio largior,

hoc tamen nomine eum hic accusari nolim, nisi gravissime eum lapsum esse dicamus. Immo *Abobrica* diversa urbs fuisse videtur a nostra, uti etiam situ distinguunt tabulae Danvillianae, quod ex similitudine nominum in pluribus Hispaniae locis intelligi potest. Forte etiam, si Plinius vere hic erravit, in eo *Adobrica* reponi debet, ad quam scripturam certe hic ducunt libri. Possit tamen praeferri ex melioribus libris *Adrobricam*, literae quidem r conlisione molestiori.

incingit) Venet. *attingit*; Prag. *intingit*; Rehdiger. *ostiam cingit*. Quod praeferendum sit, declarat nexus. Post edd. 1. *acolentis*; 2. 3. 4. 5. 11. 12. 13. *accolentis*; 8. 14. *accollentis*. Verbum *sunt* Ciacconius expungit, ut redundans.

duo Mearus) Vaticani *Duchanavis* et *Ducanavis*; Prag. *duchanaris*; Vossii optimus, Paris. 3. Havn. *Ducamaris*; Ciaccon. Cibin. Venet. Lips. *ducanaris*; Vindob. *ducaneris*; Rehdiger. *iucanaris*; Gud. *canaris*. Edd. 1. 2. 9. *ducanaris*; 3. 4. 5. 11. *ducamaris*; 6. 7. 8. 14. 15. 17. 20. 23. *duo Meatus*; 10. 12. 13. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, reliquae *duo Mearus*. Eadem fluctuatio librorum in sequentibus. Nempe pro *et Ivia* Voss. optimus *edibia*; Vaticani *et Libyca* vel *et Libycam*; Venet. Ciaccon. *et Libyca*; Paris. 3. Rehdiger. *et lybica*; Paris. 1. 2. Vindobon. Lips. Gud. Voss. optimus *et libica*; Prag. *et libicam*; Cibin. *et libia*. Edd. 1. 11. *et lybica*; 2. 3. 4. 5. *et Libyca*; 9. *ad libica*; 13. 15. 17. 20. 23. *in Libuncam*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 19. *in Libunca*; 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *exit*, *et Narius ad Libuncam*; Vossius, reliqui *et Ivia*. TZSCHVCKE. Scribendum *per alia duo Mearus exit in Liburica*. Ptolemaeus quoque [2, 6.] *Mearum* et *Naviam* iuxta urbem *Libuncam* statuit. BARBARVS. De *Mearo* amne

et *Libunca* Ptolemaeus. Verum Nario illam, non Mearo vicinam facit, ut legendum hoc loco videatur: *per alia duo Mearus exit et Narius ad Libuncam.* Quatuor enim oſtiorum meminit, quorum duo ignobilia ſunt, etiam accolis; reliqua duo, quod Narium edant et Mearum, magis celebria. Ad hanc lectionem accedunt, licet non integris verbis, pleraque, quae viderim, exemplaria. Si quis Hermolaum ſequi malit, ſusque deque tulerim. VADIANVS. Ptolemaeus *Metarus* et *Nabius.* PINTIANVS. Atqui ex Ptolemaeo conſtat, flumina haec [*Mearum* et *Narium*] longiſſime abeſſe a ſinu Caranienſi, quem hic deſcribit Mela; abeſt quoque Libunca oppidum quam longiſſime. Aut itaque Ptolemaeus, aut Mela turpiter hic erraſſe videtur. Sed profecto et hic quoque graſſati ſunt intempeſtivi correctores. Prius legebatur: *Per alia ducanaris exit et libica.* Sed vero optimus meus ſic habet: *per alia ducamaris exit et libica.* Scribo: *per alia duo Mearus exit et Ivia.* Loquitur hic de ſinu oppidi *Caranii*, quod vulgo *Corunna* dicitur. Ait in illum exire quatuor flumina, quod veriſſimum eſt. Mearus hodie nominatur *Rio Mero.* Ivia vero eſt is, qui *Iuvia* vulgo appellatur, alluitque oppidum *Ferol* dictum. Ptolemaeus Mearum longe removet ab hoc ſinu, cum tamen in intimo eius receſſu ſitus ſit. VOSSIVS. Duorum utique hic fluviorum nomina deſiderantur duobus oſtiis ſubpoſita. Quare Libunca, ſi vel ſitu conveniat, locum habere nequit. *Ivia* Voſſii nusquam memoratur, nec niſi hodierni nominis ſpecie probatur, qua ad librorum lectionem proxime accedit. Ptolemaeus 2, 6. in Callaeicis et Paeſicis recenſet Meatum et Nabium. Incerta ſunt omnia, quae nec bene incertis commutantur. Vadianus obtrudit, quae codices ignorant.

Aſturum) Prag. *Aſirum*; Vindobon. *auſtrum*; Cibin. Pariſ. 2. 3. edd 1. 2. 9. *aſtirum*; Venet. Rehdiger. Vatic. *Aſiyrum.* Sed vid. ſupra.

Noega) Vatic. 2. Parif. 1. *Noega*; Vatic. 1. Cibin. *noeca*; Venet. Vatic. 3. Havn. Prag. Parif. 2. *nocea*; Vaticanus alius, Lipf. Gud. *nocca*; Rehdiger. *noea*; Parif. 3. *noeta*; Vindob. *nota*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. *noeta*; 11. *neta*; 7. 8. 17. *Noegefta*; 15. 20. 23. *Neogefta*; reliquae *Noega*. TZSCHVCKE. Plinius [4, 34. f. 20.] et Strabo [3. p. 115. f. 166.] non *Noeta*, fed *Noega*, id eft Νοῖγα. In Ptolemaeo quoque [2, 6.] fluvius *Noegavicefia* vocatur in Cantabrorum litore, ceu dato urbi nomine, vel accepto. BARBARVS. Ptolemaeo Νοίγα οὐκεσία.

Seftianas) Lipf. *feftinas*; Venet. *feftianas*; Vindobon. *Sextianas*; alii *Seftianas*, ut Boccatius f. v. Ifpanum mare. Edd. 1. 2. 9. 11. 13. *fextianas*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. reliquae *Seftianas*. Sic *mala Sextiana* apud Columellam 5, 10, 19. quae *Seftiana* 12, 47, 5. Graecis Κεστιανά. Sed *Seftianas*, quod et ex noftro repetit Boccatius f. v. Hifpan. mare, bene habet, uti adparet ex Plinio 4, 34. f. 20. et in primis Ptolemaeo 2, 6. in quo Σηστίου βωμοὶ, quamvis diverfo fitu, ubi nofter habet *turrim Augufti*. Pro *paene infula* Havn. Parif. 2. *Pacrie infula*; plerique alii libri et fcripti et editi *peninfula*; recentiores *pene infula*, uti iam 1. 2. 3. Sed *paene infula* Rehdiger. et ed. Reinold. an. 1775. Nota haec.

et funt) Lego: *Eae funt Augufti nomine facrae*. PINTIANVS. Particulae illae duae redundant, et forte funt expungendae; vel lege: *eae funt Augufti nomine facrae*, fc. arae. CIACCONIVS. Neutrum placet, nec, quia abeffe poffunt, ideo et debent.

§. 10. *At ab eo)* Hic capitis 8. initium ftatuit Vinetus. *At* abeft a Parif. 2.

Saliam) Cum Pomponius post *Saliam* fluvium statim *Cantabros* ponat, ab occidente pergens in orientem, et Plinius [4, 34. f. 20.] e contrario ab oriente in occidentem post Cantabros continuo *Sangam* fluvium statuat, videntur uterque eundem fluvium agnofcere, five *Saliam* illum, feu *Sangam* nomines. Est igitur nominis differentia, non rei, ut vel in Pomponio legendum sit *Sanga*, vel in Plinio *Salia*. Et Plinii quidem codex vetus *Sanga* ostentat; in quam lectionem ut magis inclinem, facit, quod illius regionis incolae fluvium hunc appellant *Saia* corrupto nominè; nec mihi in hoc loco Hermolaus fatisfacit. PINTIANVS. Reiicit hanc Pintiani coniecturam Harduinus ad Plin. c. l. quia Melae *Salia* h. sit *Rio de Sella*, Plinii *Sanga*, quod quidem in varietate lectionis libri praeferunt, h. *Nervio*, Ptolemaeo 2, 6. Νεϱούα in finibus Cantabrorum. Cf. Oihenartus in notitia Vafconiae 1, 3. Vtrumque etiam distinguunt situ tabulae Danvillianae. In codicum omnium confenfu periculofa certe mutatio. In feq. Venet. *ora*; edd. 6. 7. 8. *ore pulfati recedere.*

femet terris ang.) Plerique MSS. teste A. Gronovio *femet et terras anguftantibus*; Voff. 1. *anguftantes*; A. Gronov. *femet a terris anguftant*; Vossius ex Vaticano, et aliis bonis MSS. adfert *femet et terras anguftantibus*, ex Arundeliano *femet a terris anguftantibus*. De meis haec: Vatic. Lipf. Vindob. Parif. 1. 3. *femet et terras anguftantibus*; Cibin. varr. edd. 27. et 29. *femet et terras anguftantes*; Venet. Parif. 2. Havn. *femet a terris anguftantibus*; Gud. Prag. Rehdiger. *femet terris anguftantibus*. Edd. 1. 2. 3. et ceterae tantum non omnes *femet et terras anguftantibus*; Vinetus *et terras anguftantes*. Ed. Salmantic. et post Reinoldianae, et a 44. 45. reliquae *femet terris anguftantibus*. TZSCHVCKE. Lego: *usque adeo femet terris anguftantibus*. PINTIANVS. Legendum: *femet terris anguftantibus*. CIAC-

CONIVS. *semet et terras angustantibus*) Haec est codicum veterum scriptura. Vnde Pintianus legit: *semet terris angustantibus.* Sed videtur vulgare vitium in codicibus scriptis *angustantibus* pro *angustantis*, nempe Hispaniae. I. GRONOVIVS. *Angustantibus* hic scribit Gronovius, et ad Hispaniam refert. Sed quid sibi vult *semet et terras?* Quis non videat alterutrum inepte redundare? Rectius itaque Vineti editio *angustantes*, nempe oras, quae aeque ac terrae angustentur. Sic quoque habent meae membranae. Vaticanus tamen et alii certioris fidei libri in ablativo absolute posito et in ea, quam dedimus, conspirant lectione. Arundelianus fere confirmat lectionem Pintiani. Sic enim legit: *usque adeo semet a terris angustantibus.* VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Quaerit, quid sibi vult *semet et terras.* Sic nunc non intelligit, certe minime intellexit, quum Melam ederet; et tunc tamen potuit adeo detestabilem in laudabilium virorum lucubrationes edere praefationem, quasi solus Melam intelligeret. — Dum saepius respicio locum, vidi lenissimam opem, dissolvendo duas lineas, quae in litteram *u* coaluerant, *iisque* pro *usque* sc. oris. Illae adeo angustant semet ipsas ac mediterraneas partes, ut etc. I. GRONOVIVS *in nota posteriori.* Non male coniecerunt Pintianus et Ciacconius. Tò *et* enim ortum videtur ex duabus ultimis literis proxime praecedentis pronominis *semet* et deinceps *terras* pro *terris* reposuerunt librarii. A. GRONOVIVS. Atque hac lectione commoda, quam et subministrant codices quidam, lubenter adquiescere possumus. Quod I. Gronovius voluit *iisque* pro *usque* inveni in edit. Reinold. an. 1761. forte tamen propter reliqua ex vitio, cum *usque* in aliis, quae receptam nunc lectionem exhibent.

earum) Vaticani, Cibin. Parisienses tres, Lips. Gud. Rehdiger. Vindobon. Venet. Havn. et omnes Gronovii cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *rerum* addunt, quam vocem reliquae praeeunte Vadiano expulerunt. TZSCHVCKE. Forte pro *rerum* legendum *orarum*, idque visum etiam Oudendorpio, qui eam vocem hoc loco a Mela additam fuisse existimabat, ne quis *terrarum* intelligeret. Vossius quoque margini editionis Olivarii a. 1536. excusae adscripsit „*earum rerum* V. f. *orarum*.“ A. GRONOVIVS. Mirum utique, unde duxerint librarii *rerum*, cum *earum* facile ad praecedens *terris* referri posset. Minus tamen pro eo placet *orarum* ob ingrati soni molestiam in hoc auctore. Malim aut simpliciter *orarum*, aut *earum*, ut *terris* subpleatur, in quo nemo haereat, cum et sequentia admittant. Post in Vindob. abest *sit* et *ad*; Cibin. scribit *quo Galliam*. In sequ. Rehdig. *canthabri*; Cibin. Vatic. *vardulli*; Prag. *valduli*; edd. 9. 11. *narduli*. Post Prag. *corripi* pro *concipi*.

Per Concanos) Ciaccon. *Perenudi* vel *Pereundi*; Vaticani *Percundi* et *Pereundi*; Mediolan. Gud. Voss. 4. Rehdiger. Vindob. Leid. Chif. Havn. *pereundi*; Lips. Gud. (uti equidem legi) *percundi*; A. Gronov. Prag. Paris. 2. *pertundi*; Venet. *nec pertundi*. (ut ad *concipi* referatur) *Est et S.* Paris. 1. 3. Augustinor. *per eosdem*; Voss. 1. Cibin. *per eunos*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *pereundi*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. 28. *per eundem*; 16. (uti in emendandis pro *eundem* notatum est) 18. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vossius, Gronovii *per eosdem*; Reinoldianae edd. Kappius in altera *per Concanos*. TZSCHVCKE. Fortasse *per eundem* [pro *pereundi*] *et Salenos*, id est, per eundem tractum Cantabrorum Vardulorumque ac Salenos amnem Saurium descendere. *Saleni* ab amne *Salia* vocantur, de quo paulo ante Pomponius. BARBARVS. Quidam libri: *Pereundi et Salenos*. Noster vero optimus et emendatissimus: *per Eunos et Salaenos Saunium*. Caeterum in gentium locorumque istorum

vera nomina otium nunc non est inquirere. De re futili divinabit, quisquis aliquid certi de his adfirmare cupiet. Sufficiat hic meliorum codicum lectionem repraesentasse. VOSSIUS. *Per euntos*, quod in Voss. 1. est, videtur vitiose et per contractionem scriptum pro *per Concanos*, quomodo edidit Reynoldus. Ptolemaeo lib. 2. c. 6. urbs Cantabrorum Κουκάνα appellatur; ubi MS. Palat. et Mediceus Κόνκανα. A. GRONOVIUS. *Per Concanos* edidit Reinoldius, quem secutus sum. Gronovius dederat *per eosdem et.* Quidam *pereundi et.* Optimus Vossii *per Eunos et*, quod vitiose scriptum videtur pro *per Concanos et.* *Concani* erant huius regionis populi. Vid. Sil. Ital. 3, 361. Horat. Carm. 3, 4. [34.] Strabo 3. p. 159. [*p.* 156.] ed. Paris. KAPPIUS. Ita iam olim in ed. 23. quae cum Vaticanis conlata erat, adscripserat vir doctus: *forf. per Cuncanos.* Nomen populi in libris latere, nexus docet et forma Pomponianae narrationis. Quod qui in corruptione vel ex inscitia non agnoscerent, *per eosdem* dederunt, quod tamen hic ad *aliquot populi* cum et *Saleni* sequantur, male pertineat; alii verbum inde finxerunt, quod cum *concipi* connexum esset. Proxime ad verum populi nomen accesserunt Cibln. et Voss. 1. dum *eunos* pro *cunos* obferunt, leniori corruptione exortos. Sunt autem, qui ad Cantabros eorumque terram huc referri possint, vel Strabonis Κωνιακοὶ lib. 3. p. m. 107. s. 156. unde Κωκανοὶ emendabat Delrius ad Senec. in Hippol. v. 110. simpliciter etiam sic inde adfert Kappius, vel Κονίσκοι eiusdem lib. 3. p. m. 112. s. 162. Cantabris finitimi, vel *Concani*, de quibus hic Gronovius et Kappius. Eosdem etiam, qui Κονίσκοι, putabat Casaubonus. Equidem, cum Reinoldius in recipienda hac lectione non temere nec sine libris egisse videatur, retinere eam non dubitavi.

Salenos) Vatic. 1. Paris. 1. 2. Venet. (*Est et S.*) Gud. Voss. 4. A. Gronov. Cibln. Havn. Rehdig. *Salas*-

nos; Vatic. 3. *Saleonos;* Lipſ. *Salaeones;* Prag. *Salat Naſſaurium;* Ciaccon. *Salaeum;* reliqui *Salenos;* ut editiones omnes, praeter 15. 17. 20. 23. et 25. in altero exemplari *Saſenos.* Hermolaus in nota ſuperiori a *Salia* fl. derivat praeter rationem uſitatam. Nec magis certa ſunt, quae addit, uti Vol. 2. docebitur.

Saunium) Ita omnes MSS. A. Gronovii et meorum plerique; tantum Venet. *et Saunium;* Prag. Havn. Pariſ. 3. etiam, opinor, *Saurium,* uti omnes editiones ad 44. poſt praecedente quidem Reinoldio repoſitum eſt *Saunium,* quo nomine etiam in fluviis Hiſpaniae apud Boccatium legitur.

Autrigones) Mediol. Gud. Lipſ. Voſſ. 4. Ciaccon. Venet. Havn. Rehdig. Pariſ. 1. 3. Leidenſ. (omiſſo antea *per*) A. Gronov. *Avariginos;* Vatic. 1. *Avariginnos;* Pariſ. 2. *Avarigmos;* Voſſ. 1. *Panarigmos* nempe omiſſa in *p* transverſa lineola, et a manu ſecunda *Auriginos;* Chiſ. *Pavariginos;* Ciaccon. Prag. Vindob. *Avarigenos;* Cibin. *anariginos.* Edd. 1. 9. *avariginnos;* 2. *avariginos;* 3. 4. 5. 11. *auriginos;* ceterae *Autrigones.* De proximo nomine ex libris notata haec: Ciaccon. MSS. A. Gronovii cum meis habent *Orgenomes,* tantum Vatic. *Orgenomos;* Pariſ. 1. Vindob. *Orgemones;* Cibin. *orgenomaes;* Pariſ. 3. praetuliſſe videtur *Origeviones.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *orgenomes;* reliquae ad 42. *Origeviones,* praeter Vinetum, qui dedit *Origeveniones;* tandem Reinoldius 44. 45 — *Origenomeſcos.* Denique pro *Nanaſa,* cui praecedentis vocis ultima ſyllaba cum augmento etiam praemiſſa eſt, Mediol. *quos Namnaſſa;* Lipſ. Voſſ. 4. Vatic. 1. Leid. Rehdiger. *quos namnaſa;* A. Gronov. Vatic. 3. Pariſ. 2. Prag. Havn. *quos Nanaſa;* Vindobon. *quos nanuaſa;* Gud. *quos vanaſa;* Ciaccon. *quos Manaſa;* Chiſ. *quos Mannaſia;* Pariſ. 1. *quosdam naſa;* Voſſ. 1. Cibin. *in quos namnaſa;* Venet.

per quos nannasa. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *quosdam nasa;* inde omnes, quae antea dederunt *Origeviones* cum Vineto *quosdam Nesua;* Reinoldius, 44. 45 — *Nanasa.* Quid Boccatius in Mela legerit, non satis adparet in enarratione fluviorum; sub v. Saunius repetit: *fluvius est Cantabrorum per avariginos et orgenemos fluens;* et s. v. Namnasa pro quo Nannasa ed. 1473. *est fluvius apud cantabros avarigines et orgenomes* (ed. Ven. 1494. sed Paris. 1511. *origenomes*) *disterminans.* TZSCHVCKE. Scribi potest *per Autrigones et Origeviones quosdam Nesua descendit.* De *Origevionibus*, sive ut Plinius [4, 34. s. 20.] *Origenis*, Antoninus, [p. m. 427.] qui *Originas aquas* nominat. Ptolemaeus [2, 6.] quoque *Origevos* dicens eos, et *Origaviolcam* urbem eorum. Quod autem in Plinio dictum nobis est, *Aurigevos* in Pomponio videri esse *Origenos*, melius est, ut *Autrigones*, quemadmodum hoc loco diximus, legatur. Etenim Ptolemaeus inter *Autrigones* et *Origaviolcam* oppidum flumen *Nesuam* ait delabi, quamquam *Nerva* in ipso frequentius, quam *Nesua* scriptum est. Sed quae hic sequuntur de amne *Deva*, dubium non relinquunt, hunc ipsum a Pomponio intelligi, qui *Nerva* sive *Nesua* dicatur. *Autrigonas* et Plinius lib. 3. [cap. 4. s. 3.] commemorat: *In Autrigonum*, inquit, *novem civitatibus Tritium et Verovesca memorantur.* De *Tritio* mox agetur. BARBARVS. Scribendum reor *et Aurigevos et Caristas Nerva descendit;* ex Ptolemaeo et Plinio. Legitur tamen in Ptolemaeo aliquando *Nesua*, quam lectionem rursus videntur approbare, qui loca illa habitant, *Nansa* lingua vernacula usque in hodiernum vocantes. Plinius *Origenos* vocat populos, non *Aurigevos.* PINTIANVS. Pro *Autrigones* et *Origeviones* aliter legi in MSS. dixi ad lib. 1. c. 2. [ad v. *Seras.*] I. GRONOVIVS. Pro *Avariginos* vel *Aurigines* Hermolaus vere restituit *Autrigones;* et *Origenomescos* vel potius *Orgenomescos* pro *Orgenomes quos*, et *Nanasa* (ita Meus) pro *Namnasa* Reynoldus. *Orgenomescos*

memorat Plinius lib. 4. c. 20. [f. 34.] *Orgenomesci e Cantabris.* Ita enim ex MSS. edidit Harduinus, qui apud Ptolemaeum lib. 2. c. 6. pro 'Αργενόμεσκον malebat 'Οργενόμεσκον. A. GRONOVIVS. Atque in his emendationibus adquiescere debemus, cum ex tantis tenebris clariorem lucem excutere vix liceat. Τὸ *quos* sensu plane destitutum sine dubio ex ultima praecedentis nominis syllaba exiit.

Devales Tritium —) Monstra et hic nominum ediderunt libri. Ciaccon. *Devales tritino bellante;* Vaticani *Devales* vel *Devallis Tritinobel* vel *Tritimobel lunte;* Mediol. Rehdiger. Lipf. *devales tritino bellunte;* Gud. Parif. 1. *de valles tritono bellunte;* Chisian. *deval tritano delambe;* Voff. 1. Cibin. *devalestritino bellunge;* Voff. 3. 4. 5. *devalles tritino bellunte;* Venet. *de vallis tritino bellunte;* Leidenf. *Devales Catinobelunte;* Abr. Gronov. *de vall' tritino Bellunte;* Prag. *devallis tritinio Bellutem;* Parif. 2. *ac Velis tritino Bellunte;* Parif. 3. *Devales Tritonio Belunte;* Havn. *devallis trition Bellunte;* Vindob. *avalles devales tritino bellonte.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *devales tritono belunte;* 6. 7. 8. *devil duplex tricium tobolicum;* 10. 12. 13. 14. 19. *deva duplex Tritium* (10. *tricium*) *Tobolicum;* 15. 17. 20. 23. *devil duplex tricium Tobolicum;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vosfius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. *Deva Tritium Tobolicum;* tandem ceteri cum Reinoldio *Devales Tritium Tobolicum.* Pro *cingit,* quod agnoscunt omnes libri veteres, 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vossius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. *attingit,* pro quo 13. vitiose *attendit;* reliqui, duce Reinoldio, iterum *cingit.* TZSCHVCKE. Legendum videtur: *et Deva duplex Tritium Tobolicum attingit.* Ptolemaeus [2, 6.] quoque *Devam* sive *Divam* amnem collocat iuxta *Tritium*

cognomine *Tobolicum*, sive *Toboricum* in Vardulis Cantabriae. Habetur et eodem nomine alterum *Tritium*, nec procul admodum inter *Berones*, cognomine *Metallum*, Antoninus. [p. m. 394.] Et Plinius [lib. 3. c. 4. s. 3.] *Autrigonum*, inquit, *Tritium et Verovesca*. BARBARVS. Vocabulum *duplex* a marginis glossemate quopiam [immo ab Hermolao] in ipsum Melae contextum inertia librariorum insertum crediderim, quod saepissime evenire solet; ut in Flori 4. Epitomatis lib. cap. ultimo, ubi de Pollione fit mentio, haec tria verba inserta sunt, nil prorsus ad sensum facientia: *Hic secundus orator*, quae ab auditore aliquo in marginem excepta sunt, cum aliis fortasse pluribus. Pariter et hoc loco fieri potuit, ut cum Tritii Tobolici facta esset mentio, lector aliquis duplex illic Tritium esse haud sane male adnotaverit. VADIANVS. Ptolemaeus *Tritium Toboricum*. PINTIANVS. Pro *Deva* ex MSS. et edit. Exon. legendum *et Devales*, et pro *tritino bellunte* cum Hermolao *Tritium Tobolicum* et pro *attingit* e MSS. *cingit*. A. GRONOVIVS. Quomodo Boccatius hunc locum vel legerit vel intellexerit, elucet ex eius libello de fluminibus, ubi sic: *Magrada est fluvius Cantabrorum una cum Suesa trinobellontem cingens et decium*. Inveteratum igitur et hic haesit ulcus, ad quod curandum solus advocari potest Ptolemaeus. Hic vero adfert in hoc tractu Δηούα fluvium, et Τρίτιον Τουβόρικον. Hinc *Deva* in *Devil* locum post melius hic successit, cui ex MSS. hodie adpendunt *les*, hinc *Devales*. At *Deva* minime improbandum videtur, cum constet, quam misere in multis nominum formis foedatum Melam librarii vel amputaverint vel auxerint. Atque hoc suadere videtur Boccatii *Suesa*, qui idem fluvius esse videtur. Neque tamen intercedo, quo minus etiam *Deval* vel *Devales* adpellatus fuerit. *Tritium* Ptolemaei facilius ex MSS. eruitur, quae urbs etiam in hoc tractu commemoratur a Plinio 3, 4. s. 3. et Antonino p. m. 450. difficilius *Tobolicum*, quod adeo nusquam reperitur.

Immo ex Ptolemaeo *Tuboricum* reponi debet, uti etiam in varr. an ex MS. dubito, notat ed. 29. Ita quidem hoc adiecto cognomine a *Tritio Metallo* diftinguit fitu etiam diverfo oppidum. Vid. Weffeling. ad Antonin. p. 394. in quo fimpliciter illa, tantum fitu diverfo, prodeunt; ex quo fimul adparet, quam male etiam fic *duplex* hic ab Hermolao intrufum fuerit. *Cingit* fola codicum auctoritate fe tuetur, etfi non difpliceat *adtingit*, cum mirum videatur, fingulos illos fluvios urbes fingulas cinxiffe. Forte *tingit* legi poffit, cum *c* et *t* paffim commutentur, cuius exempla in hoc ipfo verbo et cognatis notata funt ad 2, 1, 13. et 2, 6, 9. et in *adtingere* et *adcingere* a Drakenb. ad Liv. 3, 19, 8. qui et cf. ad 6, 2, 11. nifi effet nimis poeticum et a forma Pomponianae orationis alienum. Reliqui igitur, quae inveni in noftris editionibus omnia, praeter *Tobolicum*, pro quo dedi *Toboricum*, cum *r* et *l* faepiffime commutari conftet ex fcripturae etiam Longobardicae ductibus parum diverfis, quod difficilius admittunt Graeca.

Decium Aturia) Ciaccon. *deciumta a Turia;* Vaticani *decium aturia, decima turia, decimnama turia;* Mediol. Cibin. Rehdiger. Voff. 1. 3. 4. (ante *ac* pro *et*) *decium Aturia;* Leid. Vindobon. *decium Athuria;* Lipf. Voff. 5. *decimmaturia;* in Voff. 5. fupra lineam adfcriptum *detum atruria;* A. Gronov. Prag. Venet. Havn. Parif. 1. 2. *decimaturia;* Chif. *Decumatoria;* Gud. *deciumaria;* Parif. 3. *Detum Athuria;* Rehdiger. *decium atuaria.* Edd. 1. 2. 9. 11. *detum athuria;* 3. 4. 5. *detum Aturia;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. (deeft antea *et*) 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voffius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. *et deinde Ituriffam;* Reinoldius et hinc 44. 45. ceterae *et Decium aturia.* Poft pro *Oeafonem Magrada* Ciaccon. *fonans Samfo;* Prag. *fonans Suafo;* reliqui omnes *fonans faufo;* in Voff. 1. pro *Aturia fo-*

nans manus secunda correxerat *Turiaso Oeaso*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *sonans sauso;* reliquae ad 42. *Easonem*, tantum 13. ex vitio *Casonem;* tandem cum Vineto, Reinoldio, 44. ceterae *Oeasonem*. *Magrada* omnes dant cum editionibus, tantum quod praeponunt *et*, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. et pro *Magrada* Iuntinae *Megrada*. TZSCHVCKE. Cum non longe a *Tritio Toborico* sit oppidum *Iturissa*, aestimandum erit, nunquid verbum *Aturiasonans*, quod sine dubio depravatum est, ad *Iturissam* detrahere conveniat ad hunc modum: *Deinde Iturissam et Easonem Magrada*, ut verbum *attingit* subaudias. Fluvius quidem aliquis nomine *Magrada* nondum mihi lectus est; sed cur mutem, non habeo. *Easonem* vero et promontorium et oppidum non procul *Iturissa* Ptolemaeus [2, 6.] collocat in litore Oceani, *Olarsonem* [*aolarsonem* ed. 1493.] a Plinio [4, 34. s. 20.] fortasse rectius vocatum, ad Pyrenaeos, finem Hispaniae, celebrem. Scio et *Aturiam* fluminis esse vocabulum Ptolemaeo, [2, 7. in.] sed in Gallia Pyrenaeis proximi, ubi sunt *Tarbelli*, Aquitaniae populi, a quo civitas *Aturiensium* vocatur. BARBARVS. Ptolemaeus cum uno *s Iturisam* et per *oe* diphthongum in prima *Oeasonem*. Strabonis codex Graecus [lib. 3. p. m. 111. s. 161.] *Idanusam* nominat, interpres *Oedasunen* [ut multi codices] reddit, fortasse rectius, ex emendatioribus exemplaribus. Plinius non *Oeasonem*, sed *Olarsonem* appellat. Nec ob id credam cum Hermolao, vitiatum esse Ptolemaei codicem. Parum enim efficax ea ratio est; ego potius crederem, vitium in Plinio resedisse. PINTIANVS. Pro *deinde Iturissam et Easonem Magrada* ex Voss. 1. *Decium Aturia et* (quam voculam retinet Voss. 4.) *Oeasonem Magrada* legendum, quomodo etiam ex MSS. edidit Reynoldus. A. GRONOVIVS. Licet sic proxime codices referantur, difficultates tamen, quibus hic locus obsidetur, minime sunt expeditae. *Decium* enim nemo hic novit praeter Melam. Gravius offendaris in *Aturia*, qui fluvius

idem esse debet, qui aliis adpellatur *Atur*, *Atyr*, *Aturis*, de quo vid. ad Lucan. 1, 420. Ἀτούριος apud Ptolemaeum genitivus est ab Ἄτουρις, uti Ὄρρβις, Ἄραρις. Eum autem summo consensu ponunt in Aquitania, ubi *Tarbelli* fuerunt populi et urbs *Tarbella*. Sic Plin. 31, 2. *in Tarbellis, Aquitanica gente et in Pyrenaeis montibus, tenui intervallo discernente.* Quare *Tarbellicus* ipse dicitur apud Ausonium in Mosella v. 468. Vid. Cellarius in Geogr. ant. 2, 2, 30. Valesius in notitia Galliar. p. 52 sq. Oberlin. ad Vib. Sequ. p. 68. Diserte autem Mela declarat, citra Pyrenaeum fluvium hic quaerendum esse. Aut igitur ille in noto fluminis situ egregie erravit, aut alius substituendus est, quem librarii male ad Aturum detorserunt. Quae vero ad eius emendationem subsidia quaeri possunt, aut in Plinio et Ptolemaeo in primis prostant, aut omnino nulla sunt et locus immedicabili vulnere, ut alia plura, urgetur. In Plinio igitur 4, 34. s. 20. de hoc tractu occurrunt haec: *Vasconum saltus, Olarso, Vardulorum oppida, Morosgi, Menosca, Vesperies, Amanum portus, ubi Flaviobriga colonia;* in Ptolemaeo 2, 6. post Devam haec: *Vardulorum Menosca, Vasconum Menlasci fl. ostia; Oeaso civitas et promontorium Pyrenes.* Antoninus in itiner. p. m. 455. ante summum Pyrenaeum habet *Pompelonem* et *Turissam*, quae an sit Iturissa, disceptatur, vel ambigitur a viris doctis. Vid. Wesseling. ad c. l. *Iturisa* tamen in Ptolemaeo 2, 6. prope Pompelonem ponitur, uti a Geographo Ravenn. 4, 43. ubi quidem *Inturisa* vitiose; sed in mediterraneis refert. De Oeasone iam satis dictum, adprobatque Marca de Marca Hisp. 1, 14, 8. Hinc vero praeter Oeasonem nihil certi extricare licet, fluctusque moventur facilius, quam componuntur. *Deinde Iturissam* nimis recedit a libris, et languet *deinde*, etsi alias *decium* vel *detum* et similia ex *demum* oriri potuit, quod cum *dein* et *deinde* mutari multis exemplis docuit Drakenb. ad Liv. 40, 22. in. alii. Praestat locum, qua hodie

conſpicitur forma, intactum aliisque ſanandum relinquere.

Varduli) Vatic. Cibin. *vardulli.* TZSCHVCKE. Lego: *Varduli ultima gens.* Semper enim huiusmodi fine terminat provincias Mela, ut ſaepe dictum eſt. Vide ſupra lib. 2. ad fin. cap. 3. de Macedonia. PINTIANVS. At non cogitaverat, ſupra in recenſu Cantabrorum aliquot populos diſertis verbis memorari, quibus cum Varduli adponantur, unam contra gentem eam eſſe monet. Illud vero rectius offendere poſſit, qui Vardulos in Hiſpaniae fine ponat, ubi alii omnes oſtendunt *Vaſcones.* Cui disſenſioni ut mederetur aliquo modo Marca in Marca Hiſpan. 1, 14, 8. legendum propoſuit; *Varduli una gens ad Pyrenaei iugi promontorium pertinens, quod claudit Hiſpanias.* Sed ita oratio minus bene fluit, et ipſa medela parum eſt efficax. Quare vel Melae relinquenda eſt haec ſententia, vel dicendum, ad Vardulos etiam retuliſſe Vaſcones, in primis cum conſtet, *Oeaſonem* cum Menlaſco fl. qui multis videtur eſſe Magrada, in Vaſconibus enumerari a Ptolemaeo, etſi in Cod. Pariſienſi, quod notat Oihenartus in notitia Vaſconiae cap. 7. Vardulis etiam, non Vaſconibus tribuitur Menlaſcus, de quo quidem plura adferam Vol. 2. Plinius etiam 4, 34. ſ. 20. *Olarſonem* i. e. Oeaſonem Vardulis adiudicat. Idem vero inter Pyrenaeum et Oeaſonem per oceanum *ſaltus* tantum *Vaſconum* commemorat, ex quo Mela commode hic Vaſcones praeterire potuiſſe videtur, quorum urbes fuerunt in mediterraneis. Cetera hinc in MSS. ſunt: Vindob. *pirinei* et *pertines;* Cibin. *eludit*, idem et Rehdiger. *hyſpanias*, uti ſolet.

CAP. II.

Continua ſerie hoc caput praecedenti adnectunt plerique codices, in iis Cibin. Zaluſc. et edd. antiquiſſimae 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 15. 17. 20. 23. In margine tantum cod. Lipſ. rubro colore adſcriptum erat: *Gallia.* 2) Paragraphi ſignum praeferunt edd. 12. 13. 14. 19. 3) Aliae edd. praefigunt inſcriptionem, veluti 11. *de ora Gallie* capitulum II. 4) *Extima Galliarum ora* praeferunt Vadianus, Olivarius, Schottus cum ſuis. 5) *Gallia comata* Reinoldius. 6) *Galliae ora exterior* Voſſius, Gronovii et alii. 7) Vinetus hinc cap. 9. exorditur.

§. 1. *Galliae)* Vindob. *Galie,* uti ſemper. Poſt in eodem deeſt vox *cuius,* in Pariſ. 1. *ora,* et Rehdiger. habet *primum* pro *primo,* eodem ſenſu, ſi illud adverbii loco poſitum intellexeris, ubi etiam *mox,* ut alibi *deinde, tum,* ſubiicitur.

tantundem) Prag. edd, 30. 32. 37. *tandem,* vitioſe. Venet. *tantundem in pelagus,* excluſa voce *paene.* Poſt Prag. *rector* pro *retro,* Rehdiger. *hyſpania,* ut ſolet; Cibin. *acceſſerat,* Prag. *Cantabrica,* Vindob. *catabrios.*

amflexa) Voſſiani, Venet. Havn. Pariſ. 2. 3. Prag. edd. 15. 17. 20. 23. *amplexa;* Lipſ. Rehdiger. Gud. Vindob. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 19. 43. *afflexa;* Vatic. Cibin. Zaluſc. *adflexa;* 16. 18. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *inflexa.* Voſſius primus poſuit *amflexa,* quod retinuerunt ceteri, praeter Reinoldium. TZSCHVCKE. Inflectuntur ea litora, quae intus recedunt; id enim proprie hoc vocabulum ſignificat. Verum contrarium poſtulat ſenſus. Itaque non dubito, quin ex eo, quod in veteribus exſtat libris *amplexa,* faciendum ſit

amflexa. Notum *am* praepositionem eandem in compositionibus vim habere, atque *circum.* VOSSIVS. *Amflexa* videtur etiam prostare in Paris. 1. At vox est insolentior, quae an uspiam reperiatur, dubitare licet. Quare etiam Gesnerus in thesauro L. L. dubitanter eam adponit, et ex fine capitis refert *eiusdem nominis insulam amplexus,* quo hoc verbum probare videtur, etsi a nostro loco alienum. *Amflexa* tamen cum ad circuitum maxime valeat, tum ad codices proxime accedat, reiiciendum non videtur. Quare nec ego movi. Tum edd. 30. prave *advenit,* 32. *advenerit* pro *advertit,* uti post in ed. 37. (Vrstisii) exhibetur. Pro *litus* Venet. et edd. 15. 17. 20. 23. dant *latus,* minus bene et inconcinno orationis nexu. Quis enim placide ferat: *Galliae latus alterum cuius ora — latus advertit?*

Tunc) Gud. *tum,* ut fit saepe. Pro *septentriones* Vatic. 3. Lips. Gud. (ante correctionem) Prag. dant *septentrionem;* de qua commutatione vid. supra ad 2, 3, 10. et 3, 1, 9. Hinc prave Vindob. *eractoque* pro *rectoque.* Deinde pro *expanditur.* edd. 9. 11. 13. habent *extenditur.*

§. 2. *ac pabuli)* Sic omnes fere codices etiam is, quo usus est Ciacconius, et meliores A. Gronovii. Vindob. *e pabuli;* Parisienses forte *et pabuli,* quod maluerunt editiones etiam recentiores, in quibus Reinoldianae, dum A. Gronvius poneret *ac pabuli,* quod tamen videtur etiam exstare in ed. Vineti. Cum ita velint certi codices, retinui.

lucis immanibus) Nemo in his verbis ante Io. Conrad. Schwartzium haesitaverat. Hic, cum nulla lucorum immanium amoenitas esse possit, mutata voce *immanibus,* unde ineptus sensus exsisteret, emendavit *amoena lucis et amnibus,* de quo vid. eius Monumenta ingenio-

rum 16. p. 173 sq. et nota ad Cellarii Geogr. ant. T. 1. p. 139. in qua idem repetiit. Amnium enim, inquit, crebro discursu amoenitatem regionum adiuvari, si praesertim e collium arboretis despicere liceat, vel e poetarum et historicorum descriptionibus constat, etiamsi qui forte tam stupidi sint, ut oculorum suorum testimonio nihil tribuant, nec proprio sensu moveantur; in quam causam adlegat Aelian. V. H. 3, 1. Curtium 3, 1. et 4. Virgil. eclog. 1, 52 sqq. et 10, 42. Ovid. Metamorph. 2, 455. Auson. idyll. 10, 18 sqq. Ita *amoena fontibus Ide* dicitur ab Ovidio Fastor. 4, 249. Praeter necessitatem tamen sic emendari iudicat Kappius in indice s. v. *immanis*, quippe quae vox in hoc loco significet *ingens*. Ita quidem durities explicatione mollitur, neque tamen ipsa re tollitur. Vt enim taceam, *immanis* non simpliciter esse ingens, sequentia etiam aperte declarant, quo sensu Mela intellexerit. Nempe quo Cicero de provinc. consul. c. 12. intellexit: *nihil illis nationibus esse asperius*. Tum vero perinde est, ac si Mela dixisset: *Gallia habet amoenos et immanes lucos*, quae minus bene consentire videntur et offendunt. Quod I. Gronovius in notis MSStis vel ad humana sacrificia refert, vel ad horridam per se vastitatem, ad ipsum connexum nihil valet. Amnium autem in Gallia multitudinem et utilitatem laudat etiam Strabo lib. 4. in. Non igitur spernendam putem eam Schwartzii emendationem, quam egregie confirmat locus Saluiani de gubernatione Dei lib. 7. p. m. 133. (ed. 1688.) ubi Galliam Narbonensem, patriam suam, Pomponium forte imitatus, *amoenatam* fuisse praedicat *lucis* et *inriguam fontibus*. Neque tamen, cum aliquo modo excusari et defendi vel ex Melae sensu et iudicio possit lectio vulgata, eam invitis libris omnibus, ex quibus tantum antiqua scriptura habet Rehdiger. *in manibus*, deserere volui. Forte eo mollitur, quod *lucis* dixit, non *silvis*. Atque id spectasse videtur

I. Gronovius in posteris scholis, ubi explicat: propter honorem insitum.

Quidquid ex) Prag. *quitquid est satis.* Tum Rehdiger. *frigore;* ed. 1. *impatiens.*

aegre) Paris. 1. 2. Vatic. Lips. Gud. Prag. Rehdiger. Zalusc. Vindobon. Venet. Havn. plerique Gronoviani cum edd. tantum non omnibus maxime vetustis *ager;* Voss. 1. Chis. Paris. 3. (forte) varr. in edd. 27. et 29. et edd. 15. 17. 20. 23. 31. 43. 44. 45. reliquae *aegre.* Tum Cibin. Voss. 1. *nec ubi;* Zalusc. *nec ubique* cum aliis. Vossius sequentibus Gronoviis in edd. 40. 41. 42. dedit: *Quidquid ex satis, frigoris impatiens est. Ager et ubique alit, et salubris* — Vinetus: *frigoris impatiens est aegre, nec ubique alit. Salubris* — TZSCHVCKE. Lego: *aegre, nec ubique,* flagitante sensu. SCHOTTVS. Malim id, quod in optimo est libro: *Quidquid est sati.* Sequentia ope Vaticani et aliorum codicum refinximus. [Vid. antea.] Prius scribebatur: *aegre nec ubique alit, et noxio genere animalium minime frequens;* quae non cohaerent. VOSSIVS. Perizonius margini paternae editionis adscripserat: Leg. *aegre nec ubique alit, at salubris.* A. GRONOVIVS. Non male, uti et voluit Schwartzius c. l. dummodo codices adnuant, *at* inferatur, cum diversa a superioribus tradat, quibus haec leventur. Potest tamen distinctione adiuvari, quam maximam esse voluerunt Iunt. Ald. Vin. In ceteris probo receptam rationem. Vossiana narrationis summam in partes nimis minutas concidit et disiicit, tum a *terra,* unde haec omnia reguntur, male avellit; nec denique re et aliorum testimoniis comprobantur. Cf. Strabo c. l.

salubris) Excidit haec vox in edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. et sic Vadianae, Olivarianae cum Schotto. Serva-

verunt eam edd. 15. 17. 20. 23. et repetierunt cum Vineto et Vossio ceteri adsentientibus codicibus. Post Venet. habet *ex noxio.*

§. 3. *etiam)* Vindobon. *et.* Post voces *et gratissimam* omissae sunt in edd. 30. 32. quod vitium cognata 32. emendavit. Antea Vinetus dedit *superstitione.* TZSCHVCKE. Non recte Pintianus *opimam* substituit, cum alterum probum sit. Minucius Felix: [cap. 32.] *qui hominem periculo surripit, optimam victimam caedit.* Male et istic supposuerunt *opimam. Optima victima* est victima optata. Festus: [p. 308. ed. Dacier.] *Optatam hostiam, alii optimam appellant eam, quum aedilis tribus constitutis hostiis optat, quam immolari velit.* Sic lege. VOSSIVS. Avus malebat *opimam.* A. GRONOVIVS. Pintianus *optimam* minime adtrectavit. Ciacconius *opimam hostiam* ex Arnobio lib. 3. [sive ex Minucio c. l.] commemorat, sed deinceps Festi explicationem optimae victimae subiicit. Vossio adsentitur in Minucii lectione Wopkens in observatt. miscell. Vol. 10. p. 46. et probarunt in editionibus Davisius et Lindnerus. Ita etiam in Lactantii epitome cap. 25, 7. viri docti malunt *opimas victimas* pro *optimas,* atque ita non solum dici posse, ubi nexus admittit, vel suadet, ipsa vis verbi declarat, sed et ita vere dici ex Seneca Tragico in primis evicit ad Lactantium Buenemannus. Contra in Mamertini Panegyrico ad Maximian. Aug. c. 7, 5. pro *optima fertilisque Syria* recte emendatur *opima.* Sed cf. quae supra ad 1, 8, 3. de commutatione utriusque vocabuli notata sunt. Hic vulgatam lectionem minime lacesso, cum non omnino praestantia victimae, sed ex praestantibus delectus respiciatur, et librorum concordia constet.

caederent) Vatic. 3. Prag. *celebrent;* Havn. *cederent;* Vaticani alii Lips. Cibin. Rehdiger. Gud. Vindobon. Paris. 1. 3. Venet. *crederent,* cum omnibus edi-

tionibus ad Vossium, qui dedit *caederent*, et hinc reliqui. Ita vero habuerunt Vossii codices et (forte) Paris. 2. TZSCHVCKE. Scribo *caederent*, ut lib. 2, [1, 11.] de Tauris populis: *immanemque famam habent, solere pro victimis advenas caedere.* Confirmat etiam, quod statim sequitur. PINTIANVS. Pintianus *caederent.* Sic quoque veteres membranae. Subintelligendum vero *tamquam, velut*, ut sit sensus, Gallos hominem caedere solitos, velut optimam victimam. Alias enim vulgata lectio praeferri deberet. VOSSIVS. *Caedere victimas* recte usitateque dici, non solum Melae locus a Pintiano indicatus docet, sed et alia aliorum auctorum, ipsa re comprobante. Tum vero ad victimarum conditionem refertur, hic iudicium et superstitio hominum subesse potest, unde anceps exsistit loci lectio. Cum tamen subiecta magis adstruant *caederent*, et adsint codices, qui patrocinium agant, acceptum reliqui, etsi nec alterum fastidio.

feritatis) Vatic. Lips. Gud. omninoque mei omnes cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 20. 23. *veritatis.* Vadianus recte et ipso nexu postulante commutavit in *feritatis*, quod, relicto Camerte duce, excepit 19. et praeter familiam Vadiani, Olivarius aliique omnes. Mox Prag. *ut abolitae;* Venet. *abditae;* ed. 23. *oblitae.*

humanis caedibus) Codices in his consentiunt, tantum quod Prag. ex mollioris pronuntiationis sono posuit *sedibus.* TZSCHVCKE. Legendum potius, *atque ut ab humanis caedibus temperant.* PINTIANVS. Obsecutus est solus Schottus recepitque. Reliqui omnes retinuerunt vulgatam antea lectionem, quae bene habet et cum reliquis apte cohaeret, modo τὸ *delibant* recte explicetur, de quo alibi, et τὸ *ultimis* ad eas caedes cum Kappio referas, de quibus modo dixerat, quae sunt humanae, etsi forte etiam de veris, certis caedibus possis intelligere, ut fictis et simulatis, quae sunt in *delibant*, obponas.

devotos) Plerique et tantum non omnes codices habent *devotas*, uti editiones omnes, in quibus Vadianae, Olivarianae, ad Grafferianam. (38.) Schottus, (in ed. 35.) monente Pintiano, repofuit *devotos*, poft eum Voffius et ceteri. TZSCHVCKE. Scribo *devotos*, ut fubintelligas *homines*. Nam alias quod veftigium obfecro erat feritatis, abolitae, delibare victimas, quas mactare erat pietas? PINTIANVS. Hoc quidem aptius fubpletur, quam, quod vult Vadianus, *victimas*, quamvis in hoc nexu de humanis facile poffis intelligere.

altaribus) Vatic. 3. Prag. *ab altaribus;* tum ille *amovent*, hic *ammovere*. In Vindob. verbum *admovere* plane deeft. Porro Vatic. 3. Prag. Venet. Havn. *deliberant;* inepte.

tamen) Vindob. *tantum*, ex fcribendi compendio. Venet. *tamen ad facundiam*. A voce *Habent* c. 10. incipit Vinetus.

Druidas) Vatic. 1. *Drydas;* Vatic. 3. Gud. Havn. *driadas;* Cibin. *driclas;* Prag. *Ariadas*. Edd. vetuftae quaedam, in quibus 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. *Dryudas*, forte quod a δρῦς cum multis veterum etiam derivandam vocem putarent. Similes variationes obiiciunt libri in Lucano 1, 451. Certe fic in Strabone lib. 4. p. m. 136. f. 197 fq. Latinis tamen, mutato v in u, ut faepe, placuit *Druides*, veluti Iulio Caefari de B. G. 6, 14. Plinio 16, 95. f. 44. etfi nec *Druidae* refpuunt, in quibus Lucanus c. l. Et fic Δρουίδαι reddit Metaphraftes Gr. in I. Caefare de B. G. 6, 13. et 14. Nihil igitur hic propter illos codices mutandum eft.

terrae) Vindobon. *terras mondique*. Lipf. Gud. Prag. *et formas*. Poft *coeli* deeft in Prag.

ac siderum) Sic (*ac*) Lips. Vatic. 1. Gud. et alii quidam. Editiones pleraeque, ex quibus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. 24. 25. Olivarianae, Schottus *et* praeferunt, cum MSStis quibusdam. Vadianus dedit *ac*, uti eius sectatores, hinc Vinetus, Vossius et reliqui. Eadem varietas harum particularum observatur ante verba, *quid Dii velint;* ubi et codices et edd. inter utramque ambigunt. Ex recentioribus Vossius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. Reinoldius posuerunt *et*, quod certe meliores Gronovii probant, ex meis Cibin. Lips. Gud. et quidam alii. Quae praeterea ex MSStis notata habui, haec sunt. Vindob. omittit *ac* ante *siderum*, post idem *Dii*. Quod Ciacconius emendaret *valeant* pro *velint*, non erat.

scire profitentur) Vatic. 3. *scite*. Tum idem, Paris. 2. Prag. omittunt *profitentur*.

gentis) Deest in Lips.

vicenis) Paris. 1. 2. Vatic. 3. Prag. Rehdiger. Cibin. Venet. Havn. *vicinis;* Gud. *vicim*. Post Vatic. 3. Paris. 2. Prag. Havn. Cibin. Venet. *amnibus;* Paris. 1. Gud. *annis*.

aut in specu) Voculam *aut* editiones omittunt, etiam Reinoldianae. Inseruit ex MSStis suis, quibus suffragantur etiam mei omnes, primus A. Gronovius in ed. 44. et retinuit Kappius. Cibin. pro altero *aut* habet *an*.

ex his) Eaedem editiones ad Gronovianam 44. habent *ex iis*. Inde *ex his* legitur cum MSStis Gronovianis fere omnibus itemque meis. Cibin. *ex hiis*, ut alibi. Voss. 1. *Unum etiam ex his*. Cf. si tanti est, de hac commutatione crebro obvia ad 2, 6, 7.

effluxit) Ita codices mei cum antiquis editionibus 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 13. Praeeunte Hermolao Barbaro in ed. 6. cognatae cum Camertinis, Ald. Iunt. Vadianis, Olivarianis et similibus itemque Schotto posuerunt *effluit*. Tum Vinetus recte revocavit, quod et in ed. 6. volebat antiquae manus nota, *effluxit*. Secuti Vossius, Gronovii et ceteri.

cum mortuis) Ita omnes mei codices praeter Paris. 3. et forte Vaticani alii, in quibus legitur *cum mortuos;* nam ex solo Vatic. 3. enotatum erat *cum mortuis*. *Cum mortuos* etiam praeferunt edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. et hinc Vadianae, Olivarianae, quibus accesserunt Vurstisius, Henischius, Grasserus adeoque Vinetus. Sed *cum mortuis* reposuit ex Mariangeli vero monito Schottus, probaverunt post Vossius, Gronovii et alii. TZSCHVCKE. Legendum *cum mortuis*, non *cum mortuos*, ex observatione Mariangeli. PINTIANVS. Recte, ut nexus contineatur, quem incidebat et luxabat prior lectio. Accedunt praeterea codices, deterioris adeo notae, quod documentum esse debet, ita olim in Melae exemplaribus vulgo scriptum exstitisse.

ac defodiunt) Cibin. Rehdiger. *atque defodiunt*, quod et excepit Reinoldius. In Ciacconii codice hae voces desiderabantur. TZSCHVCKE. Hic locus prava interpunctione laborat. Nam τὸ *olim* cum sequentibus coniungendum esse, facile evincit locus Valerii Maximi lib. 2. cap. 6. Exter. 10. a Pintiano laudatus: *Horum* (Massiliensium) *moenia egresso vetus ille mos Gallorum occurrit, quos* (leg. *quo* ex MSS. cum Torrenio) *memoriae proditum est, pecunias mutuas, quae his apud inferos redderentur, dare solitos, quia persuasum habuerunt, animas hominum immortales esse.* Idemque etiam animadversum a clarissimis viris, Schotto, Reynoldo et

Perizonio. A. GRONOVIVS. Nempe fecit prava lectio illaque emendata loci diverſa explicatio, ut varia diſtinctione verborum nexum et ſenſum adiuvarent. Ita, qui *cum mortuos* dederunt, diſtinguere fere ſolent, poſt *defodiunt*, reliqua ad *inferos* continua ſerie pertexunt, etſi etiam quidam in voce *viventibus*, maximo ſignó ſubiecto, prioris membri terminum ponunt, in quibus edd. 2. 11. 13. Ex poſterioribus, qui meliorem lectionem probarunt, *olim* ad priorem ſententiam reiiciunt, veluti Schottus, Voſſius, Gronovii ad ed. 42. Reinoldius, unde nova diſtinctio A. Gronovio praeeunte invaluit, quam et agnoſcunt Cod. Gud. et Lipſ. et, quia magis eſt accommodata, ego retinendam cenſui. Ciacconius porro malit *aut defodiunt grata viventibus*. Poſterius *grata* probat etiam Schottus.

deferebatur) Vindobon. *defferebatur;* Ciaccon. Cod. *referebatur;* Lipſ. *deferebantur;* Voſſiani libri *differebatur*, quod unus Schottus excepit. TZSCHVCKE. Scribo *differebatur ad inferos*. Valerius Maximus [c. l.] *Vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoriae proditum eſt, pecunias multas, quae his apud inferos redderentur, dare.* PINTIANVS. Libri veteres *differebatur*, non *deferebatur*. Recte. VOSSIVS. Ego vulgatam non muto, cuius ſenſus ſummatim comprehenſus hic eſt, adpoſuiſſe mortuis tabulas acceptorum et expenſorum, pecuniaeque creditae, tamquam documenta eius opinionis, uti fere hunc locum explicat Martin in libro la religion des Gaulois Tom. 1. p. 201. Sic epiſtolas propinquis inſcriptas, quas illi legerent, addidiſſe narrat Diodor. Sic. 5, 28. extr.

etiam) Exciderat in Pariſ. 2.

ſe in rogos) Vatic. 3. Prag. alio ordine exhibent: *in rogos ſuorum ſe*. Tum Prag. *veluti*. Antea Vindob. *erant* omiſſo *que*.

§. 4. *summa nomina)* Rehdiger. *nomina summa.* Ciaccon. *trminabanturque;* Rehdiger. neglecta lineola *terminaturque;* Parif. 1. *terminantur;* Prag. Havn. *tribus ingentibus fluviis;* Parif. *tribus fluviis.* TZSCHVCKE. Vox *summa* redundare videtur. SCHOTTVS. At sunt nomina praecipua et generalia, uti recte exposuit Kappius in indice h. v. A voce *Regio* cap. 11. adscribitur in ed. Vineti.

Nam) Cibin. Rehdiger. Venet. Gud. Vindobon. *Namque*, uti fere solet sequente vocali. Post Gud. Vindobon. *pireneo;* Cibin. Rehdig. *pyreneo;* Prag. *Pyrenio.* Priores formae adparent etiam in edd. quibusdam veteribus, quod ab iis non est alienum. Sic edd. 1. 6. 7. 8. *garunnam;* Vindobon. *garonam;* Lipf. infra *gaurumna;* pleraeque aliae edd. *Garumnam*, uti est in Iul. Caesare de B. G. 1, 1. quam formam reddit etiam Metaphrastes ὁ Γαρούμνας. In Strabone tamen lib. 4. p. m. 131 f. 189. et deinceps legitur ὁ Γαρουνᾶς et mutata accentus sede a Cod. Mosc. ὁ Γαροῦνας, in Ptolemaeo 2, 7 Γαρύνας. Sic *Garunna* codices Plinii habent 4, 31. f. 17 notante Harduino, posuitque editio Frobeniana prima *Garumna* tamen scribunt posteriores, veluti Ausonius in Mosella p. 160. 483. idem de nobilibus urbibus 11, 3 Claudian. in Rufin. 2, 113. Sidon. Apollin. carm. 2 108. —

Aquitani) Ita Vatic. 3. Gud. Prag. Cibin. reliqui cum edd. ad Vossium *Aquitania.* Inde a I. Gronovi rediit *Aquitani.* Reinoldianae tamen variant. Nam in ed. 1739. haesit *Aquitania*, cum aliae, quibus uti licui Gronovianam formulam redderent. TZSCHVCKE. Leg *Aquitani*, non *Aquitania*, quia praecessit *Populorum tr summa nomina*, et sequitur, *Celtae* et *Belgae.* PINTIANVS. Editiones omnes antehac *Aquitania.* Nos tande credidimus, audiendum esse Pintianum, non quia pr

cessit *populorum* et sequitur *Celtae* et *Belgae*, quas ille praefert causas, (in quibus contra profecto varietatem captare solet auctor) sed quod mox sequitur *Aquitanorum*, nec solet Mela in sequentibus aliter loqui, quam in praecedentibus incipit. Et iam supra habuimus exemplum corruptarum vocum ab proximis earum literis. I. GRONOVIVS. Omnino quidem non infrequens est auctoribus gentium et regionum, incolarum et urbium nomina invicem variationis etiam causa coniungere. Sic 1, 3. extr. *Germani* subiiciuntur recensitis pluribus Europae regionibus; 2, 3, 12. *Pyraei et Liburni et Istria;* 2, 4, 2. legitur *Volsci, Campania* et *Bruttii.* Expensis tamen rationibus, Gronoviana maxime, et cum codices etiam aliqui addicant, receptam hodie lectionem non movi.

Sequanam) Rehdiger. *Sequaniam;* Vindob. *Secanam* ex pronuntiationis modo; Rehdiger. hic et post *celthe.* Tum ed. 1. transversis literis *blege.*

Aquitanorum) Prag. *Aquitaneorum.*

Ausci) Vatic. 3. Prag. *Auxisci;* Vatic. 1. *Auxi;* Lips. *Austi;* Vindob. uti post *Ausi*, ubi cf. adnotata.

Hedui) MS. Gronoviani hic et post *Haedui* vel *Hedui;* Ciaccon. *Aedui.* (ni sub voce *Vett.* intellexit auctores.) Ex meis Cibin. Gud. *Haedui;* Vindob. Lips. *Edui;* Prag. *helui.* Editiones inde ab antiquissimis *Hedui;* sed Vinetus, Vossius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. *Aedui,* unde rediit *Hedui.* Simili varietate huius populi scriptura etiam in aliis iactatur. In Strabone lib. 4. p. m. 129. f. 186. vocantur Αἰδούϊοι, post semel iterumque Ἐδοῦοι, pro quo Ἔδουοι legitur in Plutarchi Iulio Caes. c. 26. Sic in Plinio 4, 32. f. 18. *Hedui.* Αἴδουοι in Dione Cassio 38, 32. et alibi dedit Reimarus, etsi codices etiam

adferunt Οἴδουοι, Αἰδούσιοι, (quod unum novit Stephanus) Δίδουοι. Sic (*Aedui*) Appianus de rebus Gall. 16. Cicero ad diverſ. 7, 10. f. ad Attic. 1, 19. (ed. Ern.) Eumen. in grat. act. ad Conſtantin. Aug. 2, 4. Oroſius 6, 11. p. 401. ed. Haverc. quod et inde et ex inſcriptione probat d'Anville in notice de la Gaule p. 35. et ante eum Valeſius in notitia Galliarum p. 3. h. v. et Cellarius in Geogr. ant. 2, 2, 81. Certe ita nomen exhibent etiam inſcriptiones apud Gruter. Vol. 1. p. 371, 8. et Reineſium claſſ. 1. n. 176. et praetulerunt in Livio Caeſare et Tacito Drakenborch. Oudendorp. et Erneſti; alios non moror, nec varietatem ex libris enotatam. Suffragantur tamen illi ſcripturae Orthographiae etiam auctores. Quae quidem omnia, in primis antiqua monumenta, me moverunt, ut revocarem *Aedui*, quod nec codices reſpuunt.

Treveri) Ita libri omnes et ſcripti et editi; tantum Gud. hic *Treviri*, poſt *Treveris*, ſecus Rehdiger. in utroque loco. TZSCHVCKE. Omnino legendum *Treviri* ex Caeſare et Cicerone lib. 7. epiſt. ad Trebatium [13.] *Treviros vites cenſeo; audio capitales eſſe; mallem auro, argento, aere eſſent.* CIACCONIVS. Eadem ſcriptura placuit etiam Oudendorpio in Caeſare de B. G. 1, 37. in. 2, 24. m. et alibi, Havercampo in Oroſio 6, 10. in. etſi in utroque libri etiam *e* oſtendunt. Sic in Strabone lib. 4. p. m. 134. ſ. 194. legitur Τρηούϊροι, in Ptolemaeo 2, 9. Τρηβιροὶ, de qua variatione aliqua notavit Cluverius in Germ. ant. 2, 14. in. p. 378. Contra *Treveri* legitur in plerisque aliis, veluti Plinio 4, 31. ſ. 17. Tacito paſſim, Auſonio de claris urb. 3. Antonini itin. p. 240. Vtrumque dant libri in libello provinciarum Rom. de quo cf. Gronovii Varia Geographica p. 43. Si de veriori ſcriptura quaeratur, videtur utique ea eſſe, in qua *i* adhibetur, id quod ſuadet non ſolum iocus Ciceronis c. l. ſed et nominativus *Trevir*, qui occurrit apud Lucan. 1, 441. et quod eadem ratione formatur, *Duumviri* aliique. Cum

ad certam legem constituendam parum valeat librorum inconstantia, consulenda omnino sunt prisca monumenta integriori fide servata. Atque haec *Treveri* praeferunt, uti docent, quae conlegerunt Gruterus p. 482, 5. Reinesius 1, 264. Donius (ed. Gorii) p. 227, 17. Altingius in notitia Germ. Infer. P. 1. p. 40. Musei Veronensis editor p. 242, 1. Tantum in Muratorii thesauro inscrr. modo per *e*, modo per *i* reperitur, si quidem recte is retulit. Ex quibus efficitur, *e* omnino esse praeferendum, et duplici scriptura *Treviros* Romae et *Treveros*, populum, distinctos fuisse, nec nisi ioci effingendi causa hanc formam a Cicerone fuisse inversam.

urbesque) Ed. 13. *urbes quae*, vitiose. Τὸ *que* eiecit Vadianus cum suis, item Vurstisius et ed. 29.

Augusta) Vindob. *Angusta*, uti deinceps aberratur in *Augustodunum*. TZSCHVCKE. Puto desiderari verbum *Trevirorum*, legendumque ex Ptolemaeo [2, 9.] *Augusta Trevirorum*, ut differat ab aliis urbibus eiusdem nominis. Nam et *Ausciorum Augusta* est. Proinde quod sequitur. PINTIANVS. Non opus est hoc additamento, cum per se pateat, quam *Augustam* intelligat, a quo nemo aberrare possit.

in Heduis) Gud. *in heius*; Paris. 1. *in Erduis*; reliqui fere *in Heduis*, cum editionibus plerisque. Dedi et hic *in Aeduis*, cuius causam antea exposui.

Augustodunum) Vatic. 1. *Angustudunum*; Rehdiger. *Angustodunum*; Cibin. *Augustudinum*; reliqui, nisi qui cum edd. 3. et 5. conlati fuerunt, *Augustodunum*. Magis variant editiones. Nempe 1, 2. 3. 4. 5. 9. 10. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 23. 24. 28. 30. 32. 37. Vadianae *Augustudunum*; 6. 7. 8. 15. 17. 20. *Angustudunum*; 11. *Augustunum*; 27. 29. *Augustidunum*;

ed. 25. exemplaria vel *Augustudunum*, vel *Augustodunum*, quod pleraeque habent Olivarianae, et post receperunt Vinetus, Schottus, Vossius et reliqui. Ita quidem recte exemplo aliorum auctorum, veluti Ptolemaei 2, 8. Taciti Annal. 3, 45. Eumenii pro restaurandis scholis c. 14. in. Antonini itin. p. m. 458. et 460. Rarius invenitur per *u*, uti apud Ammian. 15, 11. Accedit ex similibus analogia, ut *Vellaunodunum*, *Noviodunum* in Caesare de B. G. 7, 14. Denique eadem scriptura probatur in inscriptione Gruteriana, quam excitavit Valesius in notitia Galliarum p. 61. h. v. ubi de scripturae varietate plura collegit.

Auscis) Cibin. *ruscis*; Vatic. Prag. *Auxis*; Vindobon. Paris. 1. 3. *Ausis*; edd. 5. *Aucis*; 28. *Asci*. Sed cf. paullo superius. *Ausci* probat etiam Caesar eiusque interpres Graecus de B. G. 3, 27. etsi in Strabone lib. 4. p. m. 132. s. 190. et Ptolemaeo 2, 7. legitur Αὐσκιοὶ, vel Αὔσκιοι. Variatum in hoc esse docent posterioris aevi gentilia, quae commemoravit Savaro ad Sidon. Apollinar. epistol. 7, 6. *Ausci*, *Auscii*, *Auscensis*, quod est in Sidonio, *Auscieusis*. Nec *Auxi* sine exemplo esse indicavit d'Anville in notice de la Gaule p. 147. et, ex quo hausisse videtur, Valesius in notitia Galliarum p. 67. h. v.

Climberrum) Ciaccon. *Elumberrum*; Vossii codices, ipso teste, *Clium berrum*; Vaticanus unus *Cliumberrum*; Gronov. *Eliumberrum* et *Heliumberrum*. Ex meis Paris. 1. *Emcuberum*; Paris. 3. *heliumberum*; Cibin. *helyum berrum*; Vindob. Havn. *heliumberrum*; Vaticani, Lips. *Eiumberrum*; Venet. *Eluvimberrum*; Prag. *Cliumborum*; Paris. 2. *Climberrum*; Gud. Rehdiger. *Cliumberrum*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Heliumberrum*; 13. *Eliumberrum*; 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Elusaberrim*; 10. *Elusaberri*; 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25.

26. 27. 28. 29. 30. omninoque, quae Vadianum et Olivarium referunt, cum Vineto et Schotto, *Elusaberris;* tantum Saling. 1538. *Elisaberris;* Vossius et 40. 41. 42. *Climberrum;* Reinoldius et hinc 44. 45. cum Kappio *Cliumberrum.* TZSCHVCKE. *In Aucis Eliumberrum.*) Scio in *Auscia Elusates* et *Elusaticum* eorum oppidum fuisse, quod et lib. Plinii 4. [c. 33. s. 19.] diximus, ex Caesare, [de B. G. 3, 27. in.] Ammiano, [15, 11.] Antoninoque, [p. m. 462.] ut scribendum sit *in Auscis.* Loco autem verbi *Eliumberrum*, ut non ponendum, ita certe concipiendum animo *Elusaticum*, quod illi fortasse nominabant *Elusaberrim*, quasi *Elusatum* (sic ed. 1493. *Elusarum* Gron.) urbem. Nam *Berris* hoc significat barbaris Hispaniae Galliaeque confinibus, unde *Iliberris* (ed. 1493.) in Baetica, et in Narbonensi altera. Et *Laberris* in Asturia, quemadmodum et *Obriga*, unde *Lacobriga*, *Mirobriga*, (sic ed. 1493. non, ut Gron. *Marobriga*) *Deobriga*, mille talia, *Burgum* Germani, *Dunum* Thraces. BARBARVS. Legendum *in Ausciis Augusta*, ex eodem Ptolemaeo, [2, 7.] expuncta peregrina et barbara dictione *Elusaberris.* Sunt tamen nonnulli et ingenio et doctrina praestantes viri, qui censeant scribendum hic *Elusa* pro *Elusaberris*, quod *Elusates* in Aquitania celebrentur a Caesare tertio Commentariorum de bello Gallico [c. 27. in.] et a Plinio in quarto. [cap. 33. s. 19.] Sed mihi apud Plinium diversi esse videntur *Elusates* ab *Ausciis*, neque posse ex eo colligi *Elusam* urbem esse *Ausciorum*, praesertim cum Ammianus Marcellinus [c. l.] *Elusam* in Narbonensi statuat, non in Aquitania, cuius sunt populi Auscii. Nihil itaque ex priore sententia muto. PINTIANVS. Inter barbaras dictiones, quae pulcherrimum hoc et amoenissimum opus inquinavere, connumeravi *Elusaberris.* Verum tanti apud me ponderis est scriptae et antiquae lectionis fides, ut nutare me cogat, nec satis fidere priori meae sententiae, etsi non illam damno. Oppidum enim illud *Volcarum Tectosagum* in

Gallia Narbonenſi a Ptolemaeo [2, 10.] et Plinio [3, 5. ſ. 4.] appellatum *Illiberis*, non ſic nominant duo illa antiqua exemplaria, quae ſubinde cito, ſed alterum *Illiſeberre*, alterum *Eliſeberre;* ut forte verum nomen ſit, *Eluſaberris*, et a Tectoſagibus fuerit ad Auſcios translatum. IDEM. Itinerarium Antonini [p. m. 462.] *Elimberrum.* V. C. *Elumberrum.* In antiquiſſimis Plinii exemplaribus [c. l.] *Illiſeberre* et *Eliſeberre*, quapropter fieri poteſt, ut verum nomen ſit *Eluſaberris*, inquit Pintianus; ſed *Eluſaberris* in Narbonenſi provincia Plinio ſtatuitur. Pomponius *Eliberrim* appellat, Livius [21, 24. in.] *Illiberim.* Hermolaus in Plinium lib. 4. c. 19. ait, Antoninum commemorare in Aquitania oppidum *Eluſaticum.* Claudianus in Rufinum [1, 137.] *muros invadit Eluſae.* Plinius lib. 4. c. 19. *Auſci, Eluſates.* CIACCONIVS. Nihil hic viderunt interpretes. Vetus omnium ſcriptorum codicum lectio eſt *Elium berrum* excepto uno Vaticano, in quo *Cliumberrum* legitur. Vera lectio eſt *Climberrum.* Recenſet hoc oppidum Antoninus [p. m. 462.] in itinere ab Aginno Lugdunum. In tabula Peutingeriana *Cliberrum* vocatur. VOSSIVS. Ortelius in theſauro Geogr. ſ. v. *Eluſaberris*, eam ſibi ſuſpectam, ſed nec *Eliumberrum* et *Heliumberrum* codicum ſibi cognitum eſſe fatetur. Si doctos viros audieris, quid eligendum ſit, vix ſtatuas, nec magis ex codicibus proficias. Vna terminatio certa inde exſiſtit, prior nominis pars dubia reſtat. Quod Voſſius *Climberrum* praetulit, Antonini quidem auctoritate firmatur, et a Weſſelingio probatur, ſed falſo tabulam Peutingerianam adlegat, quippe in quo (l. D.) olim legebatur *Cliberre*, quod et inde repetunt Weſſeling. ad Antonin. c. l. d'Anville adeo in notice de la Gaule p. 228. aliique, nunc ex editione Scheybii *Eliberre.* At ex eadem diſcitur *Eluſam* hic falſo arceſſitam fuiſſe, quippe quam ſitu diverſam, etſi parum diſſitam, ſiſtit, in eo tamen loco, ut Antonini Climberrum in ea agnoſcatur. Cum plerique et meliores codices etiam

hic in litera *e* consentiant, quae facile in *e* ex scripturae Langobardicae confinio transire potest, et exemplo tabulae adparet, ea utique dimitti non potest. Hinc vero *Elimberrum* proxime accedit ad Antoninum, ex quo adeo id excitavit, Wesselingio nescio, Ciacconius, et ad tabulam, in qua lineola transversa exstingui facile potuit, ut in libris *m* et *um* varie iactari solent. Dedi igitur *Elimberrum.*

§. 5. *Garumna)* Lips. *Gaurumna;* Gud. Prag. Vindobon, *Garunna,* de quo supra. Tum Cibin. *dilapsus,* alii recte *delapsus.* Post Gud. *imberno.* Hinc Lips. *salitis nivibus;* Prag. *solutis nubibus.*

At ubi) Edd. 30. 32. *Aut ubi.* Tum Vatic. 3. Prag. Vindobon. *aestuantis.* In sequ. haec obiiciuntur. Rehdig. *iisdem retro;* Prag. *hisdemque tentantibus retro;* Lips. Venet. Rehdiger. *aliquamdiu plenior;* Vindobon. *aliquantulum plenior;* Cibin. omittit verba: *et quanto magis — nec maiora;* Lips. Rehdiger. verbo *sit* subiiciunt punctum, et sic edd. multae variis interserlis signis hic distinguunt, in iis Camertinae, Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus et alii ad Reinoldium, qui post *latior* incisum posuit, quod inde ab ed. Gronovii 44. imitatae sunt reliquae; Gud. omittit *ad;* Havn. *maiora tamen,* nota harum particularum confusione; Cibin. *tantum navigatio tolerat;* Rehdiger. Vindobon. *tollerat;* Paris. 2. Havn. *verum more* neglecto *etiam;* Cibin. Gud. Rehdiger. Vindob. *verum more etiam.* Editiones multae, in primis antiquiores incisum minus recte ponunt post *navigantes;* Vindob. *utque si alio;* Iunt. *eventus* pro *ventus,* quod est in Aldina; ed. 1. *precipiat.* TZSCHUCKE. Sic lib. 1. c. 18. *Et quanto decrescit, eo clarior, fugat novissime noctem;* ut et cap. 13. *Tunc alte demissus, et quantum demittit, amplior;* vel vacat dictio *fit.* CIACCONIUS. Leg. *aliquanto plenior, et quanto procedit, eo*

latior; ad postremum. Reliqua superant. SCHOTTUS. *Ad postremum* —) Totum hunc locum sic lego ac dispungo: *Ad postremum magni freti similis, non maiora tantum navigia tolerat, verum etiam more pelagi saevientis exsurgens, iactat atrociter, utique si alio ventus* etc. PINTIANUS. Non erat, quod τὸ *magis* ab libris omnibus non solum, sed et crebro linguae usu probatum offenderet. *Fit* possit utique abesse, sed quis modum talibus statuat? Cum tamen ab libris sustineatur, τὸ *nec* artius cum praecedentibus cohaeret, et bene habet. Denique accedit in hac parte emendatio Burmanni ad Lucan. 3, 235. qui pro *obvius* malit *obviis*. Neque hoc necesse est. Cum enim haec vox duplicem inferat respectum, lubentius hic in fronte de Garumna feram.

§. 6. *Antros)* Rehdiger. *anthros*; Prag. *aneros*, uti Boccatius de fluminibus s. v. *Garumna*. Capitis 12. distinctionem hic adposuit Vinetus.

aquis incr.) Lips. *aliquis increscentibus*; Ciaccon. *aquis increbrescentibus*; Rehdiger. *aquis increbescentibus*. Post Ciaccon. *accolae*, Vindob. *adeo incole*, et Gud. *extimant*, de qua variatione etiam cum *aestimo* vid. quae praeter Gesnerum in thesauro L. L. notarunt Oudendorp. ad Iul. Caes. de B. G. 2, 17. Drakenb. ad Liv. 34, 2, 5. et ab hoc nominati plures. *Accolae* facile adrideat, ni narrationis summa et vis obstet.

quia cum) Gud. Prag. *quod cum*. Post gravior obiicitur lectionis diversitas. Vindob. Paris. 3. et forte per silentium conlatoris Venet. cum edd. omnibus *videatur* ad Schottum et Vossium, unde *videantur* repositum exiit, probantibus reliquis codicibus et ipsa sensus ratione. Notatum tamen idem inveni ex ed. 3.

editiora, quis). Vatic. 1. Cibin. *editiora aquis*; Lips. *edictiora quis*; Gud. Paris. 1. Rehdiger. *editiora*

quis; Vindob. *editor et quis*; Venet. Parif. 3. *editior aquis*; Vatic. 3. Havn. Prag. Parif. 2. *editiora cum quis*. Sic edd. 1. 3. 4. 9. *editor aquis*; 2. 5. 6. 7. 8. 10. ceterae cum Vadianis, Olivarianis, Vurftifio, Henifchio, Graffero, Vineto *editior*, *aquis*; tum Schottus primus, fequente Voffio et reliquis, recte *editiora quis*, uti et antea voluerat Pintianus, tantum *quibus*. Vid. deinceps.

fluctus) Defideratur in Cibin. Editiones 30 32. 37. maluerunt *fluctibus*. Poft Parif. 3. Vindobon. forte etiam Venet. et Havn. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et fequentibus, quae antea indicavi, *illam*; inde Schottus, Voffius et deinceps alii *illa*, quod et praeeunt ceteri codices. Verbum *operit* omiffum in Vatic. 3. Prag. Havn. et Parif. 2.

haec ut prius) Parif. 3. cum iisdem editionibus *nec ut prius*; poft in iisdem codicum aliorum adfenfu rediit: *haec ut prius*.

ambitur) Vatic. Cibin. Parif. 2. 3. Venet. Prag. Havn. Lipf. Rehdiger. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. cum Vadiana familia et Olivariana, quibus et adhaefit Vinetus *ambit*; Gud. *arabit*; Parif. 1. Vindob. *ambitur*, uti dederunt Schottus, Voffius et poft omnes. Solae edd. 15. 17. 20. 23. habent *abit*, et poft 15. 20. 23. *et quid*; Prag. *et ut ea*. Succedant his virorum doctorum monita. TZSCHVCKE. Hunc item locum diverfo modo et fcribo et percipio fic: *quia, cum videantur editiora, quibus obiacet, ubi fe fluctus implevit, illa operit, nec ut prius tantum abeunt*. PINTIANVS. Deformatus vulgo locus, quem a nemine hactenus intellectum praeftare aufim; ita, ut folet, varie a variis miferequo acceptus eft, ut, quem ipfi animo iam praeceperant fenfum, eruerent, et ab invito Mela, quae vellent, extorquerent.

Pintianus tamquam facem praetulit, et quasi manu duxit. Ad cuius emendationem facta a nobis accessio est. Pervulgatam lectionem, quae mendo non vacat, apponam, ut, quid praestitum sit, facile appareat: *Quia cum videatur editior, aquis obiacet; ubi se fluctus implevit, illam operit, ut nec prius tantum ambit.* Vnde Pintianus, vestigia secutus, faciebat: *quia cum videantur — — tantum abeunt.* Amicus quidam meus hic *abeunt* in *absunt* commutabat, quod, quae procul absunt, propter aquae διάφανον propius abesse videantur, experientia magistra. Nos *quis* pro *quibus* edendum curavimus, unde vulgata lectio, *editior aquis*, cusa et post excusa. Quod sequitur, *nec ut prius tantum ambit*, Franc. Sanctius, *hanc ut prius tantum ambit*; malim tamen minori commutatione, *haec ut prius tantum ambitur; ambit'* enim compendio scribebant, et affinitas vocum scribas fefellit, ut *nec* pro *haec* exscripserint. SCHOTTVS. Ita quidem, addicentibus insuper codicibus, locum optime constitutum esse, etiam posteri editores tacito adsensu comprobarunt. Quod recte monet Schottus de *ambit*, eius exempla plura dant et alibi libri nostri. Cf. supra ad 2, 1, 2.

ante ripae) Vindob. *aliquando ripe.* Mox ed. 1. *nec cernerentur.* Tum Rehdiger. *ostiterant*; Cibin. Gud. *obstiterat*, exstincta nempe lineola transversa. Post Venet. *prospicua*, scribendi signis commistis.

§. 7. *A Garumnae)* Gud. Prag. *Ab G.* in edd. 9. 13. *a* deest, ut in Vindob. *terrae.* Hinc edd. 30. 32. *procurrens*, quod vitium sustulit 37. Post Rehdiger. *canthabricis*, qualia adponere solent.

aliis) Plerique Gronoviani, ex meis Paris. 2. 3. Vaticani, Gud. Prag. Rehdiger. Havn. cum edd. 1. 2. 9. 13. *altis*; reliqui *aliis*, uti editiones ad Vadianum, a quo 16. 18. 21. 22. 24. 25. et deinceps sequentes exhibent *aliis aliisque populis.* Denique Vossius τὸ *aliis*-

que exegit, et in uno fubftitit *aliis*, uti fecerunt etiam reliqui. TZSCHUCKE. Perizonius margini editionis paternae adfcripferat „*aliis aliisque populis.* Hoc *aliisque* excidit ex Voffiana editione, fed in aliis occurrit.“ Immo vero Voffius τὸ *aliisque* expunxit iuffu codicum MSS. quorum plerique habent *altis populis.* Τὸ *aliisque* etiam abeft ab editione *Exonienfi.* A. GRONOVIUS. Mirum videatur, qui in tam nota voce aberrare potuerint librarii, nifi ftuporis eorum plurima vel in noftro exftare voluiffent exempla, et fimilia etiam huius commutationis fpecimina propofuiffent viri docti. Vid. Drakenb. ad Liv. 37, 16, 7. et quos memorat. Tum negligentiae vitium acceffiffe videtur, quod alterum *aliisque* omiferunt. Cum enim Mela hic non nifi Gallicae gentis populos recenfere poffit, alienum ab hac narratione fenfum inferat vox *aliis* femel pofita, aut fi tacite, ut conftet ratio et ufus, facta repetitione fubplere velis, durum hoc fit et infolens. Notum enim eft, auctores, ubi eiusdem rei varias partes deinceps et continua ferie pofitas commemorant, hac formula uti folere. Et fic ipfe Mela fupra 1, 19, 13. montes, *ut aliis aliisve adpofiti gentibus, ita aliis aliisque dicti nominibus*, ubi etiam alterum omittit codex. Eodem modo peccatum eft 1, 9, 2. ubi tantum non in omnibus pro *iterum iterumque*, quod recte receperunt editores, femel legitur *iterum.* Vix igitur manum contineo, quin reponam lectionem Vadiani. Quis enim librorum in his inconftantiam non novit? Sic 1, 7, 3. obtrudunt *magis*, quod contra 1, 6, 2. in altero loco omittunt. Eandem negligentiam Livii locum 24, 20, 9. in voce *alius* corrupiffe, fufpicatur I. Gronovius. Ceterum in Vindob. abfunt verba *aliis* — *habitantibus.*

Santonis) Ita omnes codices, tantum Vindobon. *axanftonis*; Lipf. *Sanctonibus.* Edd. veteres *Santonis* ad Vadianum, qui praetulit *Santonibus* et fic inde a 16. praeter 15. 17. 20. 23. reliquae ad Voffium, qui prio-

rem lectionem reduxit. Sic utramque formam variant libri in Caesare de B. G. 1, 11. extr. ubi alia loca notavit cum scriptura per *X* Oudendorpius. Cf. idem ad Lucan. 1, 422. Neutrum tamen simpliciter reiici debet. Etsi enim in multis, veluti Ptolemaeo 2, 7. dubium facit casum rectum, et Σάντωνες a Stephano h. v. Σάντονες a Marciano p. 47. Hudf. *Santones* a Plinio 4, 33. f. 19. Antonino in itin. p. m. 459. Boccatio de maribus f. v. *Gallicum* scribatur, adest tamen auctor gravissimus, Strabo, qui lib. 4. p. 132. f. 190. praefert Σαντονοὶ, et sic ex Latinis praeter Caesarem, frustra sollicitatum, et Lucanum Ausonius epist. 11. f. 15, 11. 24, 79. et Sidonius Apollinar. 8. ep. 6. m. Immo si priscorum monumentorum auctoritatem intuearis, *Santonos* exhibet numus, quem produxit Bouteroue in recherches curieuses des monnoyes de France p. 59. et similis, quem expressit Havercampi Orosius 6, 7. p. 387. ubi illum memoravit. Cf. Rasche in Lex. num. T. 4. P. 2. p. 10. et Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 1. p. 66. Eadem utriusque formae varietas observatur in aliis. Sic *Teutones* dicuntur et *Teutoni*, *Cavares* et *Cavari*. Cf. Oudendorp. ad Caes. de B. G. 7, 4, 4.

Osismios) Vatic. 1. Lipf. Vindobon. *ossismos*; Paris. 1. *ossismios*; Paris. 2. *osismos*; Cibin. Gud. *ossimos*; Rehdiger. *ossisinos*; Prag. *occisinos*; Vatic. 3. *oxismos*. Edd. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. 25. (aliqua exemplaria) Vinetus, Schottus *Osismos*; 5. *Osissmos*; Vadianus dedit *Osismios*, et sic 18. 21. 22. 24. 25. (alia exemplaria) 26. omninoque Vadianae, Oliverianae et, exceptis Vineti et Schotti editionibus, reliquae. Recte, si audias Strabonem lib. 4. p. m. 153. f. 195. ubi Ὀσίσμιοι, Ptolem. 2, 8. Caes. de B. G. 2, 34. Plin. 4, 32. f. 18. Oros. 6, 8. ad quos de variationibus obiectis consulendi viri docti. Sic in tab. Peuting. 1. A. *Osismi*. Vid. infra ad 3, 6, 3.

Ab illis —) Venet. *Ab eo iterum enim*; Parif. 2. Vatic. 3. Prag. *Ab eo enim iterum.* Hic c. 13. in Vineti editione incipit.

pertinetque) Vatic. 3. Prag. *pertinent ad*; Lipf. Rehdiger. Cibin. Gud. Venet. Havn. edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. omninoque omnes *pertinentque*, quod Vinetus, inde Voffius et reliqui mutarunt in *pertinetque*. TZSCHVCKE. Lego *pertinet*, *frons* videlicet, non *pertinent*. PINTIANVS. *Pertinent* fcilicet litora. Sed vacat dictio *pertinent*. CIACCONIVS. Prior ratio magis probatur. Poft Rehdiger. *portum.*

gentium) Deeft *gentium* in quibusdam veteribus. Forfan itaque fcripfit Mela: *ad ultimos Galliarum Morinos.* VOSSIVS. Codices mei omnes agnofcunt. Ex editt. tantum 13. Voffii emendationem, minus tamen neceffariam, praefert.

Geforiacum) Vatic. 1. *Geforicicum*; Parif. Cibin. Havn. *Geforiciacum*; Venet. *Geforithraeum*; Prag. *Geforicou*; Vatic. 3. *Geforiacon*; reliqui *Geforiacum*, uti editiones pleraeque; tantum 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Geforiciacum*; Schottus *Gefforiacum*, uti quidem etiam legitur in Antonini itiner. Britanniar. in. et in altero illo p. 363. Ita et fcribendum ex Ptolemaeo 2, 9. in nota monuit Schottus, etfi ibi eft Γισοῤῥίακον vel ex Cod. Palat. Γησοῤῥίακον. In edit. Argentor. 1520. inveni Γεσορίακον, nec aliter inde repetit Hermolaus Barbarus ad noftrum locum. Poterat Schottus certiori auctoritate producere Plin. 4, 30. f. 16. et fq. uti in Suetonii Claudio c. 17. legunt edd. quaedam, Erneftio etiam contra Oudendorpio probante *s* fimplex. Ita in tabula Peutinger. 1. A. etfi labe adfperfa ex ed. Scheybii *Gefogiaco*. Sed vid. Oudendorp ad Sueton. c. l. et quae notant viri docti ad Eumenii Panegyr. in Conftant. Caef. c. 6. et 14.

notius habet) Parif. 3. Vatic. 1. Vindobon. (vitiofe praeterea *nothius*) Havn. cum edd. ad Voffium *habent notius.* Hic repofuit *habet notius,* et fic 40. 41. 42. cum Reinoldio. Poft inde ad edd. 44. *notius habet,* quod dant etiam Cibin. et Venet. pro quo in Lipf. Gud. Vatic. 3. Prag. legitur *notius habent.* TZSCHVCKE. *Habet* lego, non *habent,* ut referatur ad illud *frons.* PINTIANVS. Recte monuit, ut fupra de verbo *pertinet.* Ceterum quem ordinem tenuerit Mela, incertum faciunt codices. Cum parum referat, inftitutum nolui invertere.

§. 8. *ab Alpibus)* Praepofitio abeft a Lipf. Vatic. Venet. Gud. Prag. et ab octo aliis A. Gronovii. Reliqui cum editionibus praeponunt. Poffit abeffe, nec valde defideretur; fed promifcua forma in his uti folet nofter, ut certi nihil ftatui queat. Sic. 3, 5, 5. Araxes *Tauri latere demiffus*; 2, 5, 6. Atax *ex Pyrenaeo monte degreffus*; 2, 4, 4. Padus *ab imis radicibus Vefuli montis exortus*; 2, 4, 9. flumina *ab Alpibus delapfa*; et 2, 1, 4. *fontibus diverfis.*

Venetum) Lipf. *Venutum.* Poft idem, Cibin. Parif. 1. 2. Gud. Prag. Rehdiger. *Acronum*; Ciaccon. *Acronon*; Venet. *aconum.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Acromum,* quod haefiffe etiam videtur in Vaticanis et Havnienfi, uti filentium conlatorum innuit; ex Parif. 3. *Acronium* notatum legi. Vadianus primus excepit *Acronium* fequentibus ceteris. Ipfe etiam in epiftola ad Agricolam, quae adnexa eft eius editionibus, fufius de fcriptura et etymologia verbi disputat, cuius quidem fumma huc redit; fe diu probaffe *Acromum*, fed penitiori facto eius fcrutinio praetuliffe *Acronium*, quod propter rariffimam in eo lacu glaciem nomen compofitum ab α et Κρόνος traxerit. Contra eum Becanus, notante Ortelio in thefauro h. v. contendit, *Acronum* τρισσυλλάβως efferen-

um esse. *Acronius* tamen habet etiam Boccatius de ıcubus h. v. uti *Venetus lacus*; etsi hoc in ed. 1473. esideratur. Idem tamen, et hic parum sibi constans, . v. Rhenus scribit *Acronus*. Dubia igitur est vera huius ominis scriptura, cum eius alibi in priscis auctoribus ulla iniiciatur mentio.

dispergitur) Havn. *dispargitur*. Quod sequitur *inistram* sola habuit olim ed. 20. nunc primum dedit, ut revocavit, etsi eam editionem ignorasse videtur, Abr. ronovius in ed. 45. uti antea voluerat etiam Ciacco- ius, quia respondeat τῷ *dextram*, in quo praeterea secu- us erat auctoritatem Voss. 1. cum quo et Cibin. congruit. eliqui codices omnes et editiones priores praeferunt *inistrum*; Gud. *sinixtn*, cuius postrema pars in utram- ue terminationem verti potest.

etiam tum) Ciaccon. et omnino plerique alii odices *etiamnum*; Rehdiger. *etiam unde et donec*; Pa- ss. 2. maiuscula etiam litera *Etiarium*, quasi omnia no- nen esset, et sic Prag. *Eciarion*; Venet. *Etiarium*; atic. 3. *etiaa riom*; Paris. 1. 3. cum ed. Vossiana vi- lentur habuisse *etiam tum*, uti dant editiones omnes aucis exceptis, veluti 15. 17. 20. 23. Illud in hoc exu accommodatius est. Scriptum olim fuit *etiam tum*, el *etiam tunc*, quod transiit deinde in *etiam num*, quae putatio passim notatur. Vid. Oudendorp. ad Iul. Caes. le B. G. 6, 40. Garaton. ad Ciceron. pro P. Sextio c. 38. libique alii. Post quidam libri *dexteram*, quod leve est, poetis tamen magis frequentatum esse videtur.

campos) Excidit haec vox in ed. 10. Tum in ehdiger. et Prag. scribitur *Fleno*, facili lapsu; reliqui mnes *Flevo*, quod Cluverius in German. ant. 3, 17. . 571. in *Fletio* mutabat, nulla quidem auctoritate nixus, cilicet ut *Flieland* insulam, nominis similitudine de-

ceptus, inferret, quem refutavit Menſo Altingius in no titia Germ. infer. P. 1. p. 63. ubi pro recepta lection pugnat: *Flevo* ſcribit etiam Boccatius de lacubus h. v Porro *Fleum* Rheni oſtium commemorat Plinius 4, 29 ſ. 15. et *Flevum* caſtellum in hac inſula innuere videtu Tacitus Annal. 4, 72.

eiusdemque) Tò *que* omiſſum in Prag. poſt vo *iterum* in Rehdiger. Tum Havn. Prag. habent *acrio* Cibin. Gud. *artior*, de qua ſcriptura cf. notata ad 2, 2, 7 et 3, 8, 3. Denique in Prag. pro *iterumque fluviu* legitur *verumque fluvius*.

CAP. III.

Inſcriptio varia eſt, etſi ſenſu ad idem redire debe Pariſ. 2. *Germaniae deſcriptio ſequitur*; Lipſ. *Germa nia hic deſcribitur*; Gud. *Germania*; Zaluſc. *De Ge mania Germaniisque Orig et Gentibus eorumque moribu et cultibus*. Alii continua ſerie narrationem perſequuntu vel, ut Prag. Rehdiger. vocem *Germania* initio maior bus literis diſtinguunt. Ita vero 1) etiam edition uti 5. 2) ſegmento ſeparant, uti 6. 10. 3) vel inſc bunt *Germaniae deſcriptio*, ex iis 7. 8. 15. 17. 20. 2 cap. 2. 4) *de Germania*, 1. 2. 9. 13. 5) *German* 3. 4. 11. 12. 14. et ſic pleraeque cum recentioribu Continua ſerie connectit 5. In capitum numeris ite variant, prout antea diviſerant. Vineto eſt cap. 14.

§. 1. *hinc)* Vatic. 3. *hic*; Prag. *hic rip eiusque adiacens*. Illud melius, quia terminos extenſion utrimque ponit; confuſio nota.

Oceanico) Voſſiani, Pariſ. 1. *oceano*; Lipſ. Gu *acceano*; Cibin. *oceani*; Prag. *ociani*; Havn. *occeanic* reliqui *oceanico*, ut vetuſtae editiones non ſolum, ſed

recentiores. Posteriores Vadianae et 30. 32. 35. 37. dant *Oceani*, uti voluerat Pintianus. TZSCHVCKE. Legunt libri manu exarati *Oceano litore*; quomodo etiam locuti sunt Cicero, Caesar, Catullus et alii, licet grammatici aliquot locis mutarint id loquendi genus. VOSSIVS. Quod quidem alteri lectioni *Oceanico* praeferendum est, quae forma maxime est dubia et nusquam obvia. Inter utramque pendet *Oceani*, quod et passim pro *Oceano* in simili nexu reponitur, veluti apud Iuvenal. 11, 94. et 113. Nempe offendit *Oceanus* adiective positum, quod tamen propter plura aliorum auctorum testimonia fastidiri nequit, et apud nostrum 2, 6, 2. legitur (*Oceanum mare*) ad quem locum vid. notata. Dedi igitur *Oceano*.

§. 2. *et ad insitam)* Edd. 11. 13. *sed ad ins.* Post. Vindob. *utrinque* pro *utraque*. TZSCHVCKE. Lego *et ab insita feritate*. PINTIANVS. Forte *ab insita feritate*, vel *ad insitam feritatem* est, praeter insitam. Livius [36, 8, 4.] *Sive ab insita regibus vanitate ad consilium specie amplum, re inane, animo adiecto*. CIACCONIVS. Non audiendi sunt, qui haec mutant, ac *vitae* rescribunt. *Vaste* hic accipitur pro inculte et rustice. Errat itaque Salmasius, [ad Solin. c. 5. f. 11. p. m. 87.] quum Gellium conatur emendare lib. 19. c. 9. *Sed ne nos, id est nomen Latinum, tamquam profecto vastos quosdam et insubidos ἀναφροδισίας condemnetis*. Reponit hic *vascos* et ex glossario interpretatur leves et inanes, quoniam talis esset vasca tibia. Sed profecto plane contrarium sensum expetunt haec verba. Leves enim et inanes homines delectantur canticis, ac, ut plurimum, eleganter canunt. VOSSIVS. Quae in Vossii nota sequuntur cum Melam minime adficiant, hinc exclusi. At quem hic refutet vanae emendationis illius auctorem, equidem exquirere nondum potui. Ciacconius similem aut forte ex nexu aptiorem ex Livio locum 2, 49. f. excitare poterat.

ubi legitur: *ab insita animis levitate — poenituit.* Sed quod ipse statim vidit, non opus est emendatione.

consuetudinem) Sic Ciaccon. Parisienses tres Gronovianae plerique, Lips. Gud. Rehdiger. Discedunt alii. Voss. 1. Cibin. *assuetudine malorum*; Vatic. Venet Havn. Vindob. Gronoviani quatuor *ad consuetudines*, ut edd. inde a primis reliquae ad Vinetum et Vossium. Ille dedit sequente hoc et edd. 40. 41. 42. *adsuetudine* post ,praeeunte Reinoldio repositum est *ad consuetudinem* TZSCHVCKE. Scribendum puto *corpora assuescendo labori* ut verbum sit verbo simile *bellando*, *assuescendo*. PINTIANVS. Forte legendum *corpora adsuetudine laborum* Cicero 4. in Verrem [2, 2, 73.] *satis mihi videor eorum consuetudinem usu tractandoque cognovisse.* Idem in Paradoxis 1. [extr.] *An quidquam in potiundis voluptatibus gloriando sese et praedicatione effert?* Livius lib. 21. fol. 120. [21, 35. 5.] *fessisque labore et pugnando quies data.* Idem fol. 241. [34. 3. 4.] *usu tot annorum et experiundo comprobastis.* Tacitus [de Germ c. 40.] *Consiliis* [*proeliis*] *ac periclitando tuti sunt* CIACCONIVS. Pro *ad consuetudines laborum* malim *adsuetudine laborum.* SCHOTTVS. Oudendorpius, notante A. Gronovio, legebat: *ad consuetudinem laborum.* Vossius, qui dedit *adsuetudine* laborum, dicit se veterum codicum scripturam reduxisse. Quod tantum de Voss. 1 verum esse, docent satis ea, quae ex Gronoviano codicum recensu cognoscuntur. Ita vero non codices solum variant, sed et doctorum virorum sententiae discordant. *Consuetudines* ad infimum ex his locum ultro cesserim etsi numerum in alio nexu minime damno. Pintianus *adsuescendo* concinniorem efficere videtur orationem Sed, ut a nullo codice sustinetur, ita auctorum usus tales inversiones lubens admittit, quod et loca a Ciacconio allata probant. Ex ipso Mela addere possis 1, 12. ubi *artes — imperitare gentibus regnum proeliumque*

commenti. Quale est Sallustii Catil. 10, 4. Cf. Corte ad 16, 2. Sed haec nota. Nec inusitatior est inversio structurae, quam *desuetudine* reponendo componere quidam voluerunt. Sic ut ex multis aliqua delibem Cicero pro Flacco in. *optima spe praeditus, summae dignitatis* ubi v. Garatonius. Tacitus de Germ. c. 5. f. *non adfectione animi, sed quia* — ubi plura conlegit Longolius. Sed nec opus est exemplis, cum diverso haec consilio scripserit auctor adeoque sensu. Non enim consuetudine exercentur corpora, sed ut consuescere discant, ubi *ad consuetudinem* aptissimum est. *Adsuetudine* videtur deberi doctiori librario, qui voluit aequare structuram. Ceterum Vinetus pro *laborum* dedit *malorum*, uti duo illi codices. Vulgatum praestat in hoc nexu.

Maxime frigora) Hic non in forma verborum solum, sed et in eorum distinctione et accommodatione discrepant libri. Codices mei omnes habent *maxime frigora*, tantum Prag. *maxima*. A. Gronovius ex plerisque suorum notat *maxime frigore*, quibus tamen falso adiungit editionem Reinoldii, quippe in qua diserte legitur *Maxime frigora*. Voss. 1. Cibin. *maxime frigoris*; Rehdiger. *maxime frigora, agunt nudi*. Editiones 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *maxime frigora*; 16. (duce igitur Vadiano) 18. 21. 22. 24. 25. 26. Vadianae, Olivarianae, Vursteisius, Stephanus, Henischius, Schottus, Grasserus, Vossius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. *maximo frigore*; tum praevio Reinoldio repositum *maxime frigora*. Solus Vinetus dedit, *maximo frigoris*. Oudendorpius, notante Abr. Gronovio volebat: *exercent bellando animos, corpora ad consuetudinem laborum maximo frigore. Nudi agunt* — vel *ad consuetudinem laborum, maxime frigoris. Nudi agunt*. Vtraque lectio, praecipue posterior, vulgata et recepta hodie, praestat, hac in primis facta distinctione, etsi etiam Vadiana lectio, quae hinc novam sententiam

orditur et haec verba ad *nudi* refert, commodum fenfum praebet. Sed codicum deftituitur illa auxilio, Optimum videtur legere ex bonis illis duobus MSStis *maxime frigoris*, et tamquam partem et exemplum praecedentibus adnectere, cum et formula fimilis a noftro ita poni foleat. Sic 2, 2, 3. *Quidam* (Thraces) *ad mortem paratiffimi, Getae utique*; 3, 5, 7. *Silvae tigres ferunt, utique Hyrcania.* Sed et ita *maxime* legitur, uti 3, 5, 2. *Sacris operati, maxime Apollinis*; 3, 8, 9. *Sunt multa volucrum, multa ferpentium genera; de ferpentibus memorandi maxime — de volucribus praecipue referenda Phoenix* — Quid enim eft, *frigora nudi agunt*, immo *nudi agunt* i. e. veftibus minime tecti frigore feu per frigora. Durum enim fit *frigora* cum Kappio in indice f. v. *maxime* accufativum abfolutum habere. Poffet etiam legi cum plerisque codicibus *maxime frigore*, nifi idem in exitu fonus offenderet, quamvis diverfa fuit veteribus pronuntiandi ratio. Ceterum editiones varie diftinguunt, quae omnino adponam. *Laborum, maxime frigora, nudi* — vel *laborum maxime; frigora nudi* — vel *laborum. Maximo frigore nudi* — vel *laborum. Maxime frigora nudi* — Qualem ego et lectionem et diftinctionem adhibui, praetulit editio Vineti. Haec cum fcripfiffem, incidi in diatriben fcholafticam Kirfchii, Rectoris, Curiae 1784. 4. in qua exhibet Lectionis Gronovianae et Reinoldianae σύγκρισιν, qui, dum noftrum locum p. 6. tractat, vulgatam antea lectionem, *laborum. Maxime frigora nudi agunt*, etiam improbat, quam ne latinam quidem cenfet; Melam, ubi hoc verbo utatur, ad tempus, aetatem, vitam referre, vel unde etiam eodem fenfu ponere, veluti 3, 7, 3. *nudi agunt*; 3. extr. *pars in urbibus agunt.* Accedit obpofitio in verbis *antequam puberes fint* et *viri*, quorum prior pars aliena adferat ex univerforum Germanorum moribus huc translata. Recte igitur diftinguit poft *frigora*, novae fententiae initio pofito a verbis *Nudi agunt.* Neque tamen vel fic *fri-*

goris dimisi, cum et ipse *frigora* paullo durius dictum esse innuat et genitivum *frigorum* tamquam expeditiorem largiatur. Proxima verba *antequam puberes sint* desunt in Pragensi. Post Rehdiger. habet corrupte *liberis alborum*.

Quamvis saeva) Vindob. *quis seva*; edd. 11. 13. *quavis saeva* neglecta lineóla. Ceterum et hic locus distinctione laborat et in diversa trahitur. Veteres editiones ita incidunt, fere, ut verba *quamvis saeva hieme* ad sequentia referantur, aliquae etiam post *arborum* et *hieme* distinguunt, uti ed. 24. et post Schottus, unde utrimque sensus pendet. Priorem rationem secutus est etiam Vadianus cum suis. Contra Olivarius cum suis, Vinetus, Vossius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. interpungunt post *hieme*, et haec verba ad praecedentia reiiciunt. Priorum editorum rationem revocaverunt Reinoldius, et post Gronovium in ed. 44. reliqui, quam et solam probat Schottus in nota. At, quaeso, quae nandi obportunitas, si quis maxime adpetat, saeva hieme dari potest; qualem Germania experitur, ubi flumina gelu et glacie constricta tenentur? Quis porro si vel fieri possit, tam ferrea inveniatur corporis duritie, quae illud aquarum frigus sustineat. Accedunt aliorum auctorum narrationes, in primis Caesaris, quae, etsi de more Germanorum proprio in fluviis nandi loquuntur, nihil tamen eiusmodi adferunt. Nempe adposite ad nostrum locum ita scribit Caesar de B. G. 4, 1. extr. *locis frigidissimis neque vestitus praeter pellis habent quidquam — et lavantur in fluminibus.* Idem tantum 6, 21. *promiscue in fluminibus perluuntur.* Sic Herodianus 7, 2, 12. Εἰσὶ δὲ καὶ πρὸς τὸ νήχεσθαι ἐγγεγυμνασμένοι, ἅτε μόνῳ λουτρῷ τοῖς ποταμοῖς χρώμενοι. Quae postrema verba causam aperiunt, cur huius moris Mela mentionem facere recte statuerit. Neque eiusmodi aliquid de tali notatione adponitur in iis, quae data opera conlegit Cluverius in Germania antiqua 1, 18.

p. 132. Immo Tacitus in Germania c. 22. in. haec habet: *Statim e somno lavantur saepius calida, ut apud quos plurimum hiems occupat.* Contra apud Romanos diversa causa. In fluminibus igitur, dum licebat, natabant, domi lavabantur. Quae quidem me moverunt, ut praemissis haec verba darem.

studium etiam est) Cibin. *etiam studium est;* Paris. 1. *illius studium etiam est.*

arcessunt) Sic Cibin. Vatic. 1. Venet. Lips. Gud. Reliqui, quod puto, cum edd. plerisque, Vossiana etiam, *accersunt*, quod dudum profligatum est.

quae possident) Tò *quae* excidit in Vindobon. In Rehdiger. legitur: *prolatandique arva possident.* Pro *possident* sine iusta causa posteriores Vadiani editiones, item 30. 32. 37. dant *possidentur.*

sint) Gronoviani quatuor, Vaticani, Vindob. Gud. Rehdiger. *sinunt*; Voss. 1. Cibin. et quem enotarunt edd. 27. 29. *sinant.* Forte *fiant* olim exstitit, quod in *sinant* post *sinunt* levi mutatione vel errore transiit. *Sinant* recepit etiam Vinetus. Aliorum editiones nihil a vulgata lectione discrepant. Antea Venet. *circa eos.*

habent) Vindob. *agunt habent.* Tum Rehdiger. *ne ut.* A voce *Ius* cap. 15. incipit Vinetus.

victu) Ed. 1. *victi* vitiose; Vindob. *inculti* omisso *que*, uti mox in *ferarum.* Edd. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *recentia*; 2. 9. 13. *in ipsas.* Pro *cum rigentem* Conringius ad calcem Taciti de Germania p. 94. malit: *quam rigentem* faciliori et concinniori nexu, modo codices addicerent, quorum tamen lectio ferri etiam potest.

manibus —) Cibin. inverso ordine *pedibus manibusque.* Post Rehdiger. *renovantur.*

§. 3. *in via)* Voss. 1. subiicit *est*, quod tamen cum aliis in Mela commode etiam absit.

Suesia) Libri meliores, ita uti edidimus, *Suesia*, *Estia et Melsiagum*, nomina haec repraesentant. In aliis erat, *Suessa, Eltia et Melsyagum*. VOSSIVS. Equidem singula recensebo: Ciaccon. Rehdiger. *Suetia*; Cibin. *Suecia*; reliqui *Suesia*, quod et tulerunt editiones. Tum Ciaccon. *Metia* vel *Meltia*. Ex meis Venet. Paris. 1. Gud. Vatic. 1. Rehdiger. *Metia*; Lips. Paris. 2. *Meltia*; Vatic. 3. Prag. *Melcia*; Paris. 3. Vindob. *Mesia*; Cibin. *eciam*. Edd. 1. *Messia*; 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarr. cum suis et Vineto *Mesia*; 15. 17. 20. 23. *Metia*; Schottus *Moesia*; Vossius et reliqui *Estia*. Denique Gud. Paris. 2. Venet. *Melsiacum*; Cibin. *Melsyagum*; Paris. 1. *Mesiagum*; Prag. *Melciatum*; Rehdiger. *Melisiagum*; ceteri *Melsiagum* cum editionibus praeter 15. 17. 20. 23. in quibus *Melsiacum* legitur. Boccatius, qui Melam exscribere solet, de stagnis habet *Melsiagum et Metia Germaniae paludes maximae* et post *Suevia*. TZSCHVCKE. Si coniecturae locus sit, pro *Eltia* (in MSS.) putem rescribendum esse *Aestia*. Palus Aestia sive Aestiorum est illa, in qua succinum colligitur et olim et nunc notissima. VOSSIVS. Cf. Tacitus in Germania cap. 45. ubi de Aestiis et succini conlectione refert. Quod si editiones sequamur, *Aestya* potius scribendum sit, etsi per *i* tuetur Cluverius in Germ. ant. 3, 44. p. 685. quod ea scriptura Graecam originem adferat, hinc alienam, etsi, cum Graeci bene nossent succinum s. electrum, poterant etiam eius conlectores nosse eorumque nomen ad Romanos transferre. Sed hoc leve; gravior ex ipsa re obiicitur disputatio. Nempe Aestyos Tacitus ponit ad Suecicum mare i. e. Balticum, inter cuius vada vel in ipso litore soli omnium succinum legant, quod ipsi *Glesum* vocent, unde Glessariae insulae nomen traxerunt, (certe una sec. Plin.

37, 11. f. 3.) etfi in earum vero fitu auctores discrepant. Sic ex recentioribus etiam Goropius Becanus in originibus p. 712. Harduinus ad Plinium 4, 30. f. 16. ad Viftulae oftia fupra Dantifcum; Ortelius in thef. Geogr. h. v. Cluverius in Germ. ant. 3, 23. Schoening in der Fortfetzung der allg. Welthift. T. 13. p. 90. ad Cimbrorum litus, etfi hoc Cluverius de una Gleffaria Plinii 4, 27. f. 13. cum Gleffarias eiusdem 4, 30. f. 16. verfus Britanniam removeat lib. 3. c. 40. c. l. Cf. etiam Gruppen in Origin. Germaniae T. 1. p. 319 fqq. obferv. 8. Sed quidquid eft, nemo Romanorum in eo unquam errore verfatus eft, ut ex palude fuccinum lectum effe putaverit, uti contra Voffium recte monet Bayerus in opufc. p. 420. ed. Klotz. minus tamen recte omnes e mari eiectum tradidiffe addit, uti difcitur ex Plinio 37, 11. f. 3. et Caffiodoro Varr. lectt. 5, 2. At nihil certi de his paludibus conftat, nec tanti illae funt, ut inquiratur, quod tamen ipfum cohibere in Voffio debebat immutandi nominis libidinem, magis nunc plurium codicum exemplis expofitam. Quare reddere fuum codicibus non dubitavi. Poft *maxime*, uti folent veteres libri pro *maximae*, quod oftendunt pleraeque editiones Prag. Parif. 2. Venet. et ex edd. 13. 15. 17. 19. 20. 23. malunt *maxima*, nempe ut ad fequentem filvam, Hercyniam, referatur, quod et interpofita diftinctione indicant. Praeferendam tamen puto alteram rationem.

Hercynia) Cibin. *hircynia*; Rehdiger. *hyrcinia*; Vindob. Lipf. *hircinia*; Gud. *hercinia*; Prag. *hericina*; Parif. 2. *hircania*. Edd. 1. 2. 9. *hertinia*; 13. *hercinia*, ceterae *Hercynia*. TZSCHVCKE. Strabo *Ercyniam* fine adfpiratione fcribit. Ptolemaeus, [2, 11. Ὀρκύνιος δρυμὸς] Eratofthenes [tefte Caefare de B. G. 6, 24.] et alii Graeci auctores *Orcynium*, auctore Caefare in fexto Commentariorum. [c. 24.] PINTIANVS. Strabo lib. 7. p. m. 202. f. 292. f. in Graecis et Latinis Guarini, cuius

versione utitur Pintianus, adspirationem praeponit, nec nisi semel antea Guarinus *i* pro *y* adhibet, quam quidem scripturam unice veram pronuntiat Cluverius in Germ. ant. 3, 47. p. 702. quia Germanis procul dubio dicta fuerit *ther Haerzinwald*, a primitivo *ther Harz*. Graecis *Oriciniam* dictam fuisse tradit Boccatius s. v. *Ericina*, deceptus falsa Caesaris lectione. Nempe Graeci Ἑρκύνιος solent scribere, quorum etiam rationem sequendam esse monet Drakenb. ad Liv. 5, 34, 4. etsi negari non potest, etiam alibi in libris Latinorum auctorum frequenter per *i* efferri, aliterque etiam nomen corrumpi, cuius exempla proponunt Drakenb. ad Livium c. l. et Fischeri libellus varr. lectt. ad Flor. 1, 11, 8. p. 29. Quod Cluverius c. l. praeterea adfirmat, cuncta Caesaris exemplaria, quot viderit, habere *Orcinia* hactenus quidem valet, sed non omnino. Plerosque enim codices exhibere *Orcynia* monuit Ondendorpius, et probum esse docet interpretatio Graeca. *I* et *y*, quis dixerit, quoties in his misceantur. Sed Ἀρκύνια ὄρη pro Ἑρκύνια iam dixit Aristoteles in Meteorol. 1, 13.

et aliquot sunt) Ciaccon. *et aliquot etiam sunt*; Cibin. *et alie quidem sunt*, quod ex editoribus solus posuit Vinetus. Parum refert, neque tanti est unius codicis, etsi alias optimi, vox, ut vulgata lectio deferatur. Tantum in Gud. ante *aliquot* deest *et*. Τὸ *sunt* abesse iubebat Conringius c. l. nescio hic, quam bene.

habent) Cibin. *habeant*; edd. 15. 17. 20. 23. *non habent*. At ipsis nominibus commemorantur in auctoribus *Gabreta*, *Semana*, *Martiana*, *Caesia*, de quibus Vol. 2. Cf. interim Cluverius in Germ. ant. 2, 47. p. 702 sqq. et Spener. in notitia Germ. ant. 2, 3. p. 82 sqq.

sexaginta) Paris. 1. *quadraginta*. In Rehdiger. deest *iter*.

ut maior) Prag. *aut maior.* Poſt omiſſo *et* Vatic. Lipſ. Cibin. *ita notior.* Antea Vindob. *ſex illa dierum.*

Taunus) Ita omnes MSSti (Vindob. *ut taunus*, Rehdiger. *thaunus*) et vetuſtae editiones. Vadianus tacite, ut ſolet, mutavit in *Taurus*, quem ſecuti ſunt praeter cognatos 24. 25. Olivarianae et Schottus. *Taunus* revocavit Vinetus, et poſt cum Voſſio retinuerunt omnes. Nempe *Taurus* uti nullius codicis auctoritate nititur, ita et ab hoc tractu alienus et remotus eſſe videtur. Eadem tamen commutatio notatur etiam in Taciti Annal. 1, 56. et 12, 58. ad quae loca cf. Lipſius et Erneſti.

Rhetico) Voſſius ex libris quibusdam adfert *Betico.* Lipſ. Gud. *Retico*; Rehdig. *rethico*; Cibin. *rethyco*; Vindob. *rethico*; reliqui cum edd. *Rhetico.*

niſi quorum) Venet. Havn. Pariſ. 2. cum edd. 15. 17. 20. 23. (a qua nec Vatic. diſſenſiſſe videntur) *et alii quorum* — Prag. *et alia, quorum* — Poſt pro *vix eſt eloqui* Venet. Havn. *vix eloqui poſſum*; Vatic. 3. Prag. *vix eloqui poſſunt.* Neutrum, melioribus libris repugnantibus, probari poteſt. Forma enim exceptionis, quam uſu particulae *niſi* induere ſolet narrationibus, ſatis ex pluribus locis eſt nota. Tum in verbo *eſt* conſueta Graecitatis imitatio enitet, cui explicationem illam male ſubſtituerunt. Simili modo *queo* et *eſt* mutantur in Senecae Hercule Oetaeo v. 728. Vid. Heinſius ad Ovid. A. Am. 2, 28. Nec bene τὸ *eſt* delet Vatic. 1. Durum enim ſit in hoc nexu, ſi quis ſubintelligendum omittat. Pro *ore Romano* Vindob. *more Romano.*

Amnium) Hinc cap. 16. incipit Vinetus.

gentes) Vindob. cum edd. 12. 14. 19. 21. *gentium.* Tum eadem ſit forma, qua in Livio 31, 45, 7. dicitur *omnes Macedonum*, et in Ovidio Metamorph. 4,

630. *cuncti hominum.* Cf. Wesseling. ad Diodor. 1, 1. Sed ut ne dicam, gravioris codicis auctoritate eam destitui, soni etiam eiusdem repetitione in tersi iudicii scriptore acrius offendit. Quod enim Aventinus in Annal. Boiorum 1, 4, 2. citato Mela hunc locum sic reddit: *Amnes in alias gentium exeuntium regiones* corruptionem prodit accessionibus etiam auctam, ut sequentia declarant.

Rhodanus) Ita omnes libri cum scripti tum editi. Haeserunt tamen in eo, quod Germaniae fluviis adnumeretur, viri aliqui docti. Ita Schummel in Handbuch der alten Erdbeschreibung T. 1. p. 99. Melam erroris arguit, et d'Anville in Geographia V. 1. p. 104. *Rhenus* substituendum censet. At salva res est, nec reprehensione nec emendatione opus. *Rhodanus* enim hic non est fluvius ille Galliae notissimus, sed Radaunus prope Dantiscum, unde electrum petebatur alio nomine veteribus Eridanus dictus, Padus etiam habitus, id quod patet ex iis, quae Plinius 37, 11. f. 2. disserit. Agnovit idem Cluverius in Germ. ant. 3, 34. p. 635. etsi non in hoc loco, tamen in universum et omnino. Nec reformido sententiam Harduini ad Plin. c. l. qua λήρους ληρεῖν eos pronuntiat, qui *Radaunum* amnem pro Rhodano acceptum a veteribus velint, etsi eum male conlocasse lubens largior. Nec obstat, si quis dixerit, Romanos eo tum minime progressos fuisse. At nec Vistulam adtigerunt, et Graeci, quos Mela sequi et reddere in plurimis solet, prius etiam Gades, quam Romam cognoverunt, itemque loca remotiora alia, quorum notitiam vel ex iis Romani petierunt, vel post ipso aditu et visu perceperunt. Ita vero noster ab utroque Germaniae limite fluvios adposuit, ab hoc Danubium, ab illo Rhodanum. *Rhenus*, fluvius notissimus, vix a librariis in *Rhodanus* transmutari potuit, nec adeo recte hic legatur, quia eius mentionem subiicit, et, si repetere adeo voluisset, male et inconcinne Danubium

omisisset, quale desideratur supra 2, 1, 4. de Hypacari. Pro *Danubius* Vatic. 1. *Danubus*.

Rhenum) Vindob. *rhethenum*.

Moenis) Voss. 3. *moenus*; Vatic. 3. Gud. *Moevis*; Lipf. *metiis*; Prag. *menis*; reliqui *Moenis*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. *Moevis*; 11. *Mevis*; in aliis *Moenis*. Quod Cluverius in Germ. ant. 3, 49. p. 714. adfirmat, in quibusdam Melae exemplaribus exstare *Maenis*, equidem non inveni, certe me invenisse non notavi. TZSCHVCKE. Tacitus in situ Germaniae [cap. 28.] non *Moevin*, sed *Moenin* vocat: *Inter Hercyniam*, inquit, *sylvam*, *Rhenumque et Moenin amnes habitant Elvetii*. Plinius quoque lib. 9. [c. 17. s. 15.] per *n* scribit eum, non per *u*, quamquam *Moenus* ab ipso, non *Moenis* videtur appellatus: In *Moeno*, inquit, *Germaniae amne Silurus grassatur*, nisi quis non *in Moeno*, sed *in Moeni*, aut *Moevi* apud eum legat, de quo plura eo loco. BARBARVS. In Plinio constat lectio *Moenus*, vacillat in Tacito, ubi *Moenum* praeivit Lipsius, cum antea *Moenim* legeretur. Vtrumque dant tamen libri, in posterius magis inclinat Ernesti, in prius Longolius, qui tamen malit substituere *Lemannum*, cum Helvetios circa Moenum habitasse nemo veterum perhibuerit. Cf. etiam eius diss. 42. de Hermunduris. Equidem, cum dubia sit etiam terminatio, *Moenis* hic cum libris retinui, etsi de altero disceptare omnino nolim, cum et *Moenus* legatur in Ammiano 17, 1.

Lupia) Consentiunt in hoc cum editionibus codices, tantum quod Prag. Rehdiger. habent *Luppia*. Pintianus tamen ex Strabone [lib. 7. p. 201. s. 291.] et Tacito [Annal. 1, 60. et alibi] malit *Lupias*. In Strabone quidem, ubi et sic Guarinus vertit, legitur Λουπίας, cui addi potest Dio 54. 33. at in Tacito *Luppia* vel *Luppiae* in casibus obliquis, Boccatius de fluminibus h. v.

fcribit *Lupa.* In Ptolemaeo 2, 11. flumen defideratur, pro quo adparet cognominis urbs Λουππία et Λουπία lib. 8. in Europae tab. 8, et apud Vellei. 2, 105. f. prima editio corrupte exhibet *Iulia.* Cf. et Cluverius in Germ. ant. 3, 9. p. 540. Cum igitur per fimplex *p* velint codices tantum non omnes, eo magis vulgatam fcripturam propagandam putavi.

Amifius) Ciacconn. *Amifkis* vel *Arus*, *Sifius*, *Urgis;* Gud. *Amiffi fius urgis;* Cibin. Vatic. Lipf. Ven. Rehdig. *Amiffifius Urgis;* Cibin. *amiffifius urbis;* Prag. *Amififius Urgis;* Parif. 3. *Amisiffius, Urgis;* Parif. 1. *Amifius, Urgis;* Parif. 2. *Amifius Urbis;* Vindobon. *amiffis.* Edd. 1. 2. 3. 4. 9. *amisiffius;* 5. cum ceteris *Amifius.* Poft praeter fuperiores Vatic. 1. *Urgis;* Vatic. 3. *Urbis.* Edd. 1. 2. 3. 4. 9. 11. *urgis;* 5. *urbis*, inde ab Hermolao, nifi quae prioribus adhaerent, *Amifius*, *Vifurgis.* *Amifius* tamen iam dederat ed. 5. TZSCHUCKE. Scribendum non *Urbis*, fed *Vifurgis.* BARBARUS. Quae Pintianus ex auctoribus de utroque fluvio hic adfert, cum et emendationem et locupletationem admittant, melius inftauranda putavi. Nempe *Amifius* varie iactatur in auctorum libris. Strabo lib. 7. p. m. 201. f. 291. Ἀμασίας, quod Cluverius in Germ. ant. 3, 49. p. 715. inde explicat, quod Straboni Amafiae, patriae fuae, nomen in Afia (lib. 12. p. m. 377. f. 547.) notius fuerit, quam Germaniae fluvius. Ita tamen etiam fcribit Ptolemaeus 2, 11. nifi Ἀμασίου ibi cum Cluverio ab Ἀμάσιος derivare velis. In eodem tamen lib. 8. in tab. Europae 4. Ἀμισεια urbs hic commemoratur. *Amifia* fl. dicitur in Tacito Ann. 1, 60. et alibi, *Amifius* in Plinio 4, 28. f. 14. *Amiffis* et ante *Amis* in Boccatio. Dubiam in Mela terminationem faciunt corruptiones codicum et nominum fyllabae disiectae, etfi *Amiffis* vel *Amifis* propius referre videatur. Sequens nomen latet in pofteriori praecedentis parte, cui huius initium adhaefit. *Urgis* enim vel *Urbis*

incognita sunt in his terris. In Strabone c. l. est Βίσουργις, in Ptolemaeo c. l. Οὐισούργιγις, post Οὐίσουργις melius. Dio Cassius 56, 18. et alibi vocat Οὐίσουργον, forte pro Οὐίσουργιν, etsi gravius hoc nomen in eius codicibus corruptum notatur, de quo cf. etiam ad 55, 1. Latinis, veluti Plinio c. l. Velleio 2, 105. in. Tacito Ann. 2, 9. Sidonio Apoll. carm. 23, 243. est *Visurgis*, ut taceam posterioris aetatis formas. Recte igitur *Visurgis* hic editum prostat.

§. 4. *Albim)* Sic MSS. A. Gronovii, et ex meis Cibin. Gud. et Prag. et forte alii. Editiones *Albin* et *Albim;* 13. *Albi*, ut antea, Rehdiger.

Codanus) Lips. *coclanus*, uti *cl* et *d* in dubia saepe scriptura et ancipiti versantur; Cibin. *chodanus;* Vatic. 3. *Rodanus;* Paris. 1. Prag. *Rhodanus* ex dictantis voce male percepta. Post Vindob. *magnus* et *refectus.*

Hac re) Ita videntur habuisse omnes libri a Ciacconio et A. Gronovio conlati; de quibusdam tantum id adfirmat Vossius, de suo H. Stephanus in praefatione. Ex meis Cibin. *hac re;* Gud. *atie;* Rehdiger. *acer e;* reliqui *acre*, uti edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. et deinceps reliquae praeter Vinetum et Schottum, qui dederunt *hac re*, quod inde a Vossio constanter mansit, ut et emendarat Pintianus. In ed. 2. legi *Acie mare.* TZSCHUCKE. Recte Pintianus, *hac re*, quod et libri quidam et ipsa ratio confirmat. Iuxta enim opinionem veterum mare hoc septentrionale non acre, sed pigrum, sed immotum, sed glacie constrictum et mortuum. Tacitus de moribus Germ. [c. 45. in.] *Trans Suionas aliud mare, pigrum ac prope immotum, quo cingi cludique terrarum orbem hinc fides, quod extremus cadentis iam solis fulgor in ortus edurat adeo clarus, ut sidera hebetet.* VOSSIUS. *Acre* multi tamen tuentur, atque in hac voce elegantem

festivamque metaphoram agnoscit Stephanus in praefatione. Ex recentioribus huic voci praesidium tulit in primis Schloezerus in Fortsetzung der Allg. Welt-Hist. Vol. 13. p. 47. et 65. qui vertit *Brandungen;* et sic suo se ipsius exemplo et sensu expertum esse narrat, quam *acre* sit hoc mare, i. e. navigantibus infestum et crebris naufragiis infame Wimmannus in navigationis maris Arctoi — descriptione. Alii tamen, ni fallor, melius cum Pintiano et Vossio *hac re* probant, in quibus commemorandus maxime Kappius, qui in indice Melae s. v. *hac re* receptam hodie lectionem vindicat, quorum sententiae et ego suffragor. Nempe ita solet Mela in periodorum initio, ubi caussam praemissis subiungit, loqui, veluti 2, 4, 4. 2, 7, 1. Cf. etiam 1, 9, 4. 1, 13, 1. Idem usus constat ex aliis, uti docent Gudius ad Phaedrum 1, 11, 12. et Gronov. ad Gellium 4, 1. Tum *ac re* pro *hac re* ita passim in libris obiicitur, uti in Gud. 2, 4, 4. Sic pro *hac* in Nepote 7, 4, 4. Cicerone de offic. 1, 15, 1. libri habent *ac*, qui contra temere alibi adspirationem praeponunt, de quo 3, 10. f. Quae loca de commutatione τῶν *hac re* et *acre* ex Caesare de B. G. 7, 9, 6. 7, 45, 1. produxit Kappius, nihil quidem ibi notavit Oudendorpius. Porro an eo sensu *acre mare* dicatur dicique possit, quo dictum esse volunt, dubitare licet, nec minus, an per nexum narrationis ita Mela dicere recte potuerit. Denique contrarium evincit locus a Vossio excitatus, ad cuius refutationem Schloezerus descendere noluit. Quibus quidem caussis motus, retinui *Hac re*, et totum locum Kappii verbis ita explico: Quia mare, quod sinu Codano accipitur, magnis parvisque insulis refertum est, eam ob caussam nusquam late patet, sed facie amnium spargitur. Ita nempe aptissimo nexu et sensu omnia arcte cohaerent.

mari simile) Alias, inquit Ciacconius, *maris similis;* ex MSS. puto. Tum minus bene Vind. *influentibus.*

transgressis) Cibin. *transgressus.* TZSCHVCKE. Verba, *ac saepe transgressis, aliquem* quidem sensum habent, frivolum tamen et parum necessarium; itaque pro alienis fere habeo. PINTIANVS. Non recte haec verba expungit Pintianus. *Transgredi* hic est inundare. Loquitur ex falsa veterum hypothesi. Quis enim nescit, in mari Baltico aestum non reciprocari? VOSSIVS. Cf. etiam Anchersen in Origin. Dan. P. 1. de valle Deae Herthae P. 1. c. 6. p. 170.

spargitur —) Hunc locum ita distinguendum putat Anchersen in Origin. Dan. P. 1. l. de valle Herthae Deae p. 170. *spargitur, qua litora attingit: ripis contentum — distantibus — tantundem, ut angustum — freto, — subinde se, — inflexum est.* Tum locum vix intelligi posse putat, quod Critici *litora* et *ripas* misceant; litoribus enim ripas hic obponi, et geminum fretorum genus et diversam utriusque faciem accurate pingi. Quod si qui fecerunt, utique illi hic a vera ratione et usu linguae aberrarunt, de quo 3, 9, 3. et alibi. At vulgata distinctio cur immutetur, causa subest nulla; quippe commodum illa sensum adfert. Tum accommodata etiam est consuetudini et formae orationis Pomponianae, quae a vocula *qua* novam sententiam vel eius partem exordiri solet.

atque diffusum) *Atque* deest in Vatic. 3. Pro *atque* Rehdiger. ponit *ac.* Post pro *contentum* Ciacconius notat *contentus*, uti ex meis volunt Vatic. Lips. Cibin. Paris. 1. Havn. Gud. Prag. Nempe videntur librarii ad *sinus* mente retulisse, et sic miscuisse. Tum Cibin. *insularumque.* Antea Rehdiger. *attigit* pro *attingit.*

ubique) Ciaccon. Voss. 5. *ubi;* Gud. *utrique.* Pro *tantundem* Voss. 1. *tantum.*

it angustum) Sic Ciaccon. et 10 MSSti A. Gronovii, ex meis Cibin. Lipf. Gud. Havn. Pro *eo* Rehdiger. *et*, Vindob. *in*, Prag. *inter;* reliqui videntur consensisse cum editionibus, quae omnes habent *ut* ad Reinoldianas usque, ex quibus A. Gronovius in ed. 44. recepit *it*, quod ceteri servarunt. Recte. Ita nempe *ire* et adfinia de aquis, fluminibus dici solent. Vid. Oudendorp. ad Lucan. 6, 372. et quae notantur Vol. 2. ad 3, 5, 5.

se subinde) Eaedem editiones quas proxime commemoravi primum dant *subinde se*, post *se subinde*, uti Codd. Ciaccon. decem A. Gronovii, Cibin. Lipf. Rehdiger. Alii, ut editiones, tantum Parif. 2. Gud. (quem in 10 MSStis falso numeravit A. Gronovius) Prag. Vatican. 3. omittunt *se*. *Se subinde* legitur etiam infra 3, 5, 5. Quod in ed. Gronov. Ciacconius adfert *curvantque se subinde*, tamquam in exemplari inventum, quale illud fuerit, ignoro, si recte retulit.

Cimbri) Rehdiger. puto etiam Vatic. 1. *Cymbri;* Lipf. Gud. Vatic. 3. Parif. Venet. Havn. *Imbri*, uti ex hoc loco refert Boccatius f. v. Germanicus Oceanus; in Lipf. tamen ad marginem eadem manu notatum erat *al. cimbri;* Prag. *umbri.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. *Imbri;* 6. 7. 8. 10. et pleraeque postea, exceptis posterioribus Vadianae familiae, *Cymbri;* 9. et a Vineto, Schotto, Vossio reliquae *Cimbri*, uti, explosa scriptura *Imbri* et *Cymbri*, iam olim recte voluerant Hermolaus Barbarus et Pintianus. Res no a.

Teutoni) Lipf. *Teutoni*, in margine *Teutones;* Vatic. 1. Cibin. Gud. *Tautoni*, cum Boccatio c. l. ex edit. 1473. (nam ed. 1494. dat *Teutoni;*) Prag. *theutoni;* Rehdiger. *theutonici.* Ita etiam fere variant editiones. Nam aliae, veluti 1. 2. 9. 22. 29. 30. 32. 37. cum Vineto habent *Theutoni;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10.

plures cum recentioribus *Teutoni;* quaedam, in his 11. 16. *Teuthoni.* In ancipiti maxime versatur terminatio, si alios auctores respicias, qui praeferunt passim *Teutones,* veluti Ptolemaeus 2, 11. Plutarchus in Marii vita saepius, ex quibus etiam ita hic volebat Pintianus. Frustra, et renitentibus codicibus, qui deseri eo minus possunt, cum altera forma satis auctorum usu et exemplis constet. Sic Iulius Caesar praefert *Teutoni,* et hinc eius interpres Τουτονοὶ, nec aliter volunt tantum non omnes Oudendorpii codices de B. G. 2, 4. unde quidam alteram formam solent producere. *Teutonum* tamen agnoscit Oudendorpius 7, 77. ubi quidem ex contractione facta intelligi possit, etsi *Cimbrorum* praecedit. Metaphrastes tamen et ibi reddidit Τουτονῶν. In Suetonii Caesare cap. 11. Plinio 4, 28. s. 14. Tacito Histor. 4, 73. consentiunt libri in *Teutoni,* contra in *Teutones* apud Orosium 5, 16. uti quidem ex Havercampi silentio conligere licet. Sic in Eutropio 5, 1. Frontino 2, 7, 12. et passim alibi. Ex quibus satis adparet, utramque formam ab auctoribus frequentari, quod, ne pluribus exemplis moleste declarari debeat, vid. quae notarunt Ciaccon. ad Iul. Caes. de B. G. 1, 33. Vossius ad 2, 4. Schottus et Arntzen. ad Aurel. Victor. de V. I. cap. 67, 2. Verheykius et ego ad Eutrop. 5, 1. Spener. in notitia Germ. ant. 5, 2. p. 15. ut taceam alios. Nisi monumenta adessent, posterior aetas videri possit τὸ *es* mutasse in *i,* quod aperte in aliis factum est. Sic *Titani* pro *Titanes* apud Hygin. fab. 150. 167. Nam quod in Plauto Menaechm. 5, 2, 101. legitur, dubium est, aut plebeium usum redolet. Nempe in monumento triumphali Marii (v. Fasti triumphales A. U. 652. Caton.) *Teutonorum* et *Teutoneis* i. e. Teutonis legitur, *Teutoni* apud Gruter. p. 136. n. 3. ut haec forma praeferenda videatur. Neque tamen altera ex auctoribus eiici debet, qui et in aliis sic variant. Sic *elephantes* et *elephanti,* de quo infra ad 3, 7, 2. Sic *Cavares* et *Cavari,* (vid. Vol. 2. ad 2, 5, 2.) *Santones* et

Santoni. (vid. ad 3, 2, 7.) Quod ad adspirationem in priori vocis parte pertinet, reperitur ea in editionibus quibusdam auctorum, veluti Flori Duker. 3, 3, 7. Ciceronis Verheyk. adeoque Ernesti de lege Manilia c. 20. et in multis libris inseritur, uti in Valer. Max. 6, 1, 3. ext monuit Torrenius. At melius illa hodie explosa est, cum in Graecis Τεύτονες reperiatur, nec eam monumenta acceperint.

Germaniae) Rehdiger. *Germani.* Vulgata praestat in hoc nexu.

Hermiones) Ita sex MSSti A. Gronovii, in quibus Gudianum esse vidi. Addi iis possunt Vatic. Lips. Prag. Rehdiger. Paris. 1. 2. 3. Venet. Havn. Zalusc. a quorum lectione pauci aberrant. Quidam enim tantum, Vossiani, Cibin. et Augustin. habent *Hermones*, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. reliquae ad Vossium *Hermiones*, inde a Vossio edd. 40. 41. 42. *Hermones*, denique iterum Reinoldio duce rediit *Herminones*, qua forma hinc refert Boccatius s. v. Germanicus Oceanus. TZSCHUCKE. *Hermiones* procul dubio est vera lectio, quamvis in quibusdam libris manu exaratis *Hermones* vocentur. Plinio [4, 28. s. 14.] et Tacito [in Germ. c. 2.] similiter *Hermiones*, licet in hoc posteriore *Herminones* vulgo legatur. Frustra est Cluverius, [in Germ. ant. 3, 41. p. 667.] qui hic *Hellevionés* substituit. Errat et in situ et in nomine utriusque gentis. — VOSSIUS. Notante A. Gronovio Leibnitius Tom. 1. Script. rer. Brunsu. p. 7. maluit *Helviones* seu *Hilleviones*, quos Scandinaviam incoluisse scribit Plinius lib. 4. c. 27. s. 13. Sed et Cluverius in Germ. ant. 1, 11. p. 79. *Hilleviones* in nostro loco emendat, et, qui illi adsentitur, Spenerus in notitia Germ. ant. 4, 1, 6. p. 152. Sed falso idem p. 155. n. 9. scilicet editiones sua aetate evulgatas secutus putat, explosam esse in nostro vocem *Hermiones*, ut ad eam adtendere ultra

non liceat. Pontanus in chorographica Daniae descriptione p. 673. et 675. quia Hermiones Plinio sint in ulteriori Germania, praefert *Helviones*, post tamen etiam *Suiones*, etsi p. 716. ad *Hilleviones* recurrit. *Hermiones* tamen volunt libri nostri, quod ex composito factum nemo crediderit. Ita etiam constanti consensu vocantur in Plinio 4, 28. s. 14. contra in Taciti Germ. c. 2. ubi *Herminones* alii legunt, uti Dithmarus, Ernesti, alii *Hermiones*, quod praetulit Brotierius, Longolius *Hermivones*. Quidquid est, Hilleviones libri respuunt, nec situs apud Plinium admittit, cum Scandinaviae partem tenuerint, quam Mela adtingere hic vix commode potuit. Tum vero *ultra* populum spectat in extrema Germaniae continentis parte versus occidentem hibernum sitos. Quodsi vero Sarmatiam confinem spectes, ad eius terminos promovere videtur, ut recte narrationis series cohaereat. Sed de hoc alibi.

CAP. IV.

Codices mei et editiones veteres hoc caput superiori nullo interposito spatio deinceps adnectunt. Quaedam editiones, uti 11. 12. paragraphi signum adponunt; aliae inscribunt vel *de Sarmatia* (sic 11. in qua etiam hinc incipit capitulum quintum) vel *Sarmatia*, in iis Vadianae, Olivarianae omninoque recentiores. Vineto est caput 17. Ceterum hanc Melae partem cum Vadiani commentario in corpore Polonicae historiae excepit Pistorius T. 1. p. 158. qui tamen de suo nihil addidit.

§. 1. *Sarmatia)* Cibin. *Sarmatica inter quam;* Vindob. *Sarma.*

ab his) Edd. 2. 3. 4. 5. 6. et reliquae ad 42. *ab iis*, unde cum Reinoldianis positum est *ab his*. Leve id quidem per se et aliquoties praeterea est notatum.

sequuntur) Reluctantibus codicibus (Rehdiger. *secuntur*) Vadianus posuit *sequitur*, quod praeter 21. 28. posteriores etiam Vadianae cum adfinibus, veluti 30. 32. 34. 37. acceperunt. Est utique hic, quod offendere possit. Si enim, *quae sequuntur*, ad tractum maritimum et internum pertinent, ulteriora versus fines orientales denotat, ubi est non Vistula, sed Tanais, Asiae Europaeque terminus. Vti enim Germaniae subiungit Sarmatiam, ita Sarmatiam subsequuntur *Asiae confinia.* Quodsi igitur Vadiani mutatio locum habeat, verba *quae sequitur*, Germaniam spectant, cui contermina est Sarmatia. Sensit difficultatem, quam vulgata lectio obiicit, etiam Uphagen in parergis histor. p. m. 216. qui sic tollendam putat: Melam velle Sarmatiam modo Visula (sic) amne a Germaniae terris in occidentali eius ripa sitis ultraque hunc amnem statim sequentibus discretam. Potuit facile librarius, qui sensum non indagaret, et in *quae* nominativum agnosceret, ad errorem delabi. At alteram lectionem constanter servant codices. Tum vero obscurius inter Asiae confinia et Vistulam in ipsa Sarmatia interpositum esse tractum indicat, cum ex solito etiam eius more Germaniae et Sarmatiae terminus potius desideretur. Et sic recte cap. 3. in. Germaniam ab oriente *Sarmaticarum confinio gentium terminarat.* Cf. tamen proxime notata.

Vistula) A. Gronovius ex MSStis suis Mediolanensi excepto adfert *Instula*, *Iustula*, *Insula*, *Tristula*. De meis haec: Paris. 1. 2. 3. Vatic. 3. Lips. Gud. Prag. Vindob. Rehdiger. *insula*; Zalusc. Vatic. 1. Cibin. praeterea Mediolan. Ciaccon. et varr. 27. 29. *Vistula*. Editiones 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *insula*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus, Vossius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. *Visula*; 14. 19. Vinetus, Reinoldius, Abr. Gronov. ab ed. 44. cum ceteris *Vistula*. TZSCHVCKE. Scribendum non *Insula*, sed *Visula*, seu, quod idem

eſt, *Viſtula.* BARBARVS. Nempe *Viſtula* et *Viſula* variatur apud Plin. 4, 27. ſ. 13. ubi etiam quidam *Iſtula; Inſula*, notante Harduino, auctor de menſura orbis terrae, dum Plinii illum locum repetit. *Biſula* legitur in Ammiano 22, 8. probatque Cluverius in Germ. ant. 3, 49. p. 717. in Graeco homine, qui in Graecis Βιστούλας invenerit. Noſtri tamen Graeci per στ efferunt, et ſic Ptolemaeus 2, 11. Marcian. in periplo p. 53. et ſq. Hudſ. Οὐιστούλας, etſi hic antea etiam ſcribit Οὐιστόλας. Sic et poſteriores, veluti Iornandes de rebus Get. c. 5. Geogr. Ravenn. 4, 4. *Viſtula.* Quod olim ex noſtro loco viri docti *Viſula* producunt, dandum eſt eius aetatis editionibus.

abit) Vindob. Lipſ. Gud. *abiit.* Poſt Vindob. cum edd. 1. 2. 9. *hiſtrum;* Cibin. Rehdig. *hyſtrum*, ut ſolet. Omitto editionum exempla ſimilia.

immittitur) Vatic. Lipſ. Gud. Prag. Cibin. Rehdiger. Venet. Havn. Vindob. *immittit*, uti editiones tantum non omnes ad 37. 38. Pariſienſes habuiſſe videntur *immittitur*, quod primum dedit ed. 19. poſt Pintiani monitu excitatus Schottus, inde Voſſius et reliqui. TZSCHVCKE. Lego *immittitur*, ut in Thracia [2, 2, in.] *a Pontici lateris fronte usque in Illyricos penitus immiſſa.* Nam in agendi ſignificatione in Creta: [2, 7, 11.] *ad Orientem promontorium Samonium ad occidentem* Κριοῦ μέτωπον *immittit.* Poſſet etiam legi, nec male, *init*, ut infra de Arabico ſinu: [3, 8, 3.] *Init penitus introrſusque, dum Aegyptum* etc. PINTIANVS. Vana eſt altera emendatio et minime neceſſaria, cum et codices eam repudient, et *immittere* alias a noſtro frequentetur. Confer praeter loca commemorata 1, 9. in. 2, 6, 1. 2, 7, 5. ubi de vi vocis aliqua adferam. Quare iam olim recte Sepulveda in epiſt. 3, 17. eam emendationem improbavit. Quod vult *immittitur*, id quidem per librorum exempla

ſimilia licet, in quibus ſyllaba *ur* non ſolum ſaepe additur verbis, ſed et demitur, de quo dictum eſt ad 2, 1, 2. 2, 2, 1. et alibi. Cf. Oudendorp. ad Sueton. in Aug. c. 84. ut alios taceam. Ita in Graecis medium et activum ſaepe commiſcetur, ut ſyllaba τὸ modo abſit, modo redundet. Hoc tamen in loco *immittit* propter tam conſtantem librorum conſenſum [illegible]icari Melae poſſe olim putaveram. Nempe verba *ab his* debent reſpicere aliquid, quod praeceſſit, neque tamen neutro genere intelligi poſſe, quod nihil eiusmodi praemittatur. Immo Mela proxima ſemper ſpectare ſolet, et terrarum confinia connectere. *His* igitur pertinet ad Hermiones, et tum ſenſus loci exſiſtat hic: Quae inde ab Hermionibus ſequuntur, discreta Viſtula amne, ad Iſtrum usque flumen, qua retro vertitur, extendit. Ita vero *discreta* non cum Sarmatia iungi debet, ſed cum *quae*, et *immittit* refertur ad verba *quae ſequuntur*, pendetque a *Sarmatia*. Sic 2, 7, 11. Creta dicitur immittere promontorium, et antea Cypros ſe. Hos enim ſolos Sarmatiae terminos, neglectis aliis, a Germaniae parte Mela conſtituit. Poſtea tamen, quam nimis contortam eſſe hanc rationem altiusque repetitam a Pomponianae etiam orationis forma alienam ſenſeram, ſepoſui et diutius fovere nolui.

habitu armisque) Cod. Ciaccon. *armis habituque*. Edd. aliquae, ut 6. 7. 8. 10. *Particae*, uti fit. Poſt Vindob. *aſperiores*.

tenent) Ita MSSti duo I. Gronovii et omnes Abr. Gronovii itemque mei, e quibus tamen excipiendi videntur Pariſienſes. Conſentiunt editiones 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. Praeeunte Vadiano, quem ſecuti ſunt cum ſuis Vinetus, Schottus, Voſſius, Gronovii, Reinoldius, prodiit *tenet*, quod demum in ed. 45. ad veterem formam redire iuſſit Abr. Gronovius ſervatam a ceteris. TZSCHUCKE. MSS. duo

tenent et mox *habitant.* Ex quibus hoc prius non modo est in MS. Mediol. ut *habitant*, sed et editione Iuntina. Haud dubie tenore eodem loquendi usus auctor scripsit, *tenens*, *habitans*. I. GRONOVIVS. Recta quoque est illa lectio, quam in libris reperisse se testatur Gronovius, *tenent* et *habitant*. Quamvis enim singulare sit gens, pluralem tamen habet significationem. Sed vero, quod libri largiuntur, idem mox destruit beneficium, cum addit: *haud dubie tenore eodem loquendi usum Melam scripsisse*, tenens, habitans. Quis enim non explodat scriptorem absque ulla necessitate quinque simul iungentem participia? VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Ride iratum Vossium. Sed quid ad Vossium in magnis semper et ecclesiasticis περιψήμασιν occupatum quinque participia et eorum iunctio? I. GRONOVIVS *in notis posterioribus ad h. l.* Melius *tenent* cum codicibus sententiam hanc conficit, et nova inde a verbis: *ut invitavere* — instruitur. De numero *tenent* vid. paullo post.

et, ne) Coniunctio *et* vacat, ex ultima prioris dictionis syllaba conflata. CIACCONIVS. Idem post de delenda hac particula monuit Schottus. Aegre, puto, in hoc nexu absit. Post pro *statis* in Rehdiger. et Vindob. legitur *satis*.

§. 2. *invitavere* —) Complector librariorum in his vel placita, vel errores. Cibin. Vindobon. *mutavere.* Vulgata longe venustior. Tum edd. pleraeque vetustae et post aliae, uti Vadianae in iis 30. 32. 37. *caedens*, de qua mutatione cf. ad 1, 1, 4. et 3, 8, 2. Recte codices dant *cedens*, uti iam ex edd. 9. In ed. 13. verba *ut cedens* plane absunt. Ex molliori pronuntiatione in Vindob. natum *sedens*. Post Cod. Ciaccon. *aut sequens*, quod ipse non improbat. Vatic. 1. Cibin. *ut cedens*, *ut sequens*, nimis cumulata particula, quae tantum potiores partes *ut invitavere*, *ut hostis exigit* ad-

ficere hic recte poteſt. Ita tamen fert etiam ed. 13. nempe quod praecedentia *ut cedens* praeterierat. Rehdiger. ridicule *ſapiens*. Porro Ciaccon. Cibin. Gud. Vindobon. Prag. *exegit*, quod propter *invitavere* ferri etiam poſſit, et poſuit ed. 44. Vatic. *exagit*. Denique Rehdiger. *trahentes*, forte ut melius ad *habitant* accommodaretur.

habitant) Idem hic de libris ſcriptis, excepto Voſſ. 1. valet, quod paullo ſuperius in verbo *tenent* notavi. Nempe *habitant* volunt iidem codices, tantum quod verba *ſemper caſtra habitant* in Pariſ. 1. deſiderantur. In edd. 1. 2. 9. legitur *habitant*, in ceteris *habitat*, quod tandem etiam hic Gronovius in ed. 45. ad priorem formam revocavit, quae et propagata eſt. Ita vero recte cum *tenent* conſentit, et auctoritate librorum nititur. Multa huius συνθέσεως vel συλλήψεως exempla conlecta dabunt ad Livium Gronovius et Drakenborch. paſſim etiam vitiata. Cf. praeterea Daviſius ad Iul. Caeſ. de B. C. 2, 6, 3. qui et hic pluralem praefert, et Oudendorp. ad eundem de B. G. 3, 17, 3. Sed nota haec ſunt ex auctorum uſu. Simile in voce *genus* dedit ſupra etiam noſter 1, 16, 1.

usque eo) Prag. cum edd. 15. 20. 23. *usque adeo*, uti et in Vaticanis fuiſſe videtur. Tum Ciaccon. Cibin. Vatic. Rehdiger. *bella cum viris;* Prag. *etiam bella*.

atque ut) Ciacconius malit *ad quae*, quod et melius cenſet Schottus. Poterat ita Mela, at ita noluiſſe, contendit codicum lectio. Immo magis amat noſter laxiorem per partes diviſas connexum. Sic proxime poſt *inde*, ubi poterat *unde*. In ſequ. *dextra* Pariſ. omiſit.

inde expedita —) Varie hic locus iactatur non tam a MSStis et vetuſtis editionibus, quam a poſteris

editoribus et interpretibus. Quae in recepta lectione immutant codices, haec sunt: Vind. *ei expedita;* Havn. Prag. *exoritur;* Vossiani duo *exuritur;* ceteri *exeritur.* Ex editionibus potiora haec: Vadianus primus posuit: *ut inde expedita — manu — virile fiat pectus*, cui cum suis adhaeserunt 21. (in qua tamen excidit *ut*) 24. 25. Olivarianae reliquae, 28. 30. 32. 34. 37. (tantum haec *manus*) 38. cum Vineto et Schotto. Veterem editionum lectionem revocavit Vossius. Pro *manus*, servata tamen priorum lectione, edd. 15. 17. 20. dant *mammae;* 23. *mamma.* Illud tamen iam inveni in edd. 7. 8. Pro *exseritur* edd. 9. 13. *exteritur;* Vadianae posteriores itemque 30. 32. 37. *exuritur;* ed. Basil. 1538. 8. cum Schotto *egeritur;* Vinetus, Vossius, Gronovii — *exseritur.* Denique, qui cum Vadiano antea *ut* inseruerant, quod inde cogebatur, pro *fit* ponunt *fiat.* TZSCHVCKE. *Ut inde — fiat*) Non sapit haec oratio candorem Melae, nec brevitatem illam, quae semper doctissimis quibusque summae fuit curae. Lego igitur paucioribus verbis, sensu eodem: *Inde expedita in ictus manus, virile fit pectus*, cetera superfluunt, adiecta, puto, ab ineptis, ut aiunt glossatoribus. PINTIANVS. *Ut inde — fiat*) In meo codice haec omnia verba vacare videntur. Forte *qua exuritur, virile fit pectus.* CIACCONIVS. *Quae egeritur*) Suspicor leg. *qua feritur*, vel *qua res geritur.* Ἐπεκαίοντο βρέφόθεν τὸν δεξιὸν μαζὸν, ὥςτ' ἂν μὴ ἐπικωλύῃ τὴν τοξείαν. Eustathius in Περιηγητήν. [v. 828.] Nisi forte dextram proferri dixit, quod sinistra clypeum gestando occultetur; quo modo *quae exeritur* melius legetur. Sed ἀπέχω. SCHOTTVS. *Ut — fiat*) Veterem librorum lectionem reduximus. Redundare autem videntur verba illa, *quae exeritur.* Verum iam saepe monuimus, nostrum hunc etiam in tanta brevitate habere, quod auferri possit. VOSSIVS. Perizonius ad oram Paternae editionis annotarat: Leg. *manu*, ut editiones habent ante Vossianam. Lectio quorundam MSS. favet coniecturae Ciac-

conii atque Avi, *qua exuritur*, *virile ſit pectus*, eamque non minus elegantem, quam veram eſſe apparet ex Hippocrate, qui in libro de aëre, locis et aquis Sect. 3. p. 291. ed. Genev. — τὸν δεξιὸν δὲ μαζὸν οὐκ ἔχουσιν· παιδίοις γὰρ ἐοῦσιν ἔτι νηπίοις αἱ μητέρες χαλκέον τετεχνημένον ἢ (al. edd. καὶ) ἐπ' αὐτῷ τουτέῳ διάπυρον ποιέουσαι, πρὸς τὸν μαζὸν τιθέασιν τὸν δεξιὸν, καὶ ἐπικαίεται, ὥςτε τὴν αὔξησιν φθείρεσθαι, ἐς δὲ τὸν δεξιὸν ὦμον καὶ βραχίονα πᾶσαν τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ πλῆθος ἐκδιδόναι. A. GRONOVIUS. Prolixius hunc locum tractavit Rutger. Ouwens in noctibus Hagan. 12, 17. p. 308. cuius omnis disputatio ad hanc ſummam redigitur: Ridiculus ſit Mela, niſi verba, *quae exſeritur*, emendes, quippe qui ſic dixerit, Amazones has alteram tantum manum, dextram nempe, exſeruiſſe; quaſi ſiniſtram gererent veſte tectam. Sed quomodo ſola dextra tendebant arcus, ac reliqua pugnae peragebant munia? Deinde falſum eſt, exuſta dextra mamma, contigiſſe ipſis pectus virile, quod tantummodo virile fieret in latere dextro, femineum remaneret in ſiniſtro. Inde omnem difficultatem tolli poſſe putat, ſi, eiecta una litera *e*, ex *quae*, cui adhaeſit ex ſequenti voce, et mutata leviter diſtinctione, ſic legatur: *Inde* (ab exuſta mamma dextra) *expedita in ictus manus* (dextra nempe mamma nulla, ipſam impediente magis, quam ſiniſtra, cuius minor in pugna vis et uſus) *qua exſeritur* (pectus ſcilicet, non manus) *virile ſit pectus*. Tum ſic conſtruit locum: exuſta mamma dextra, manus dextra ſit expedita in ictus, pectus ſit virile non totum, ſed *qua exſeritur* i. e. ſimiliter dextrum. Denique, quod facile poterat, monet, *qua* pro quà parte a Mela amari. Eandem vero emendationem Cannegietero etiam in mentem veniſſe adfirmat. Equidem putem, ſalvam eſſe et in tuto poſitam noſtrorum librorum lectionem, dummodo nexus recte teneatur. Senſus enim et vis narrationis pendet a verbis: *dextra aduritur mamma*, quippe quae docent, *manus* et *pectus* ad dextram cor-

poris partem coercenda esse. Nec est, quod de sinistra manu quaeramus, quam minime adtingit, cum sequentia, *arcus tendere, hostem ferire* ad dextram unice pertineant, omninoque dextrae usus in pugna sit praecipuus. Igitur *manus* est dextra, *pectus*, quod *virile* sit, est dextrum propter adustam mammam dextram. Ita autem *exserere* usitatum esse, exemplis alibi probabitur. Etsi enim, ut aliqua inde delibem, potest esse et vere explicatur, ubi nexus fert, *nudare, expedire, veste liberare*, de quo cf. praeter alios Davisius et Oudendorp. ad Iul. Caes. de B. G. 7, 50. et Ouwens p. 309. c. l. hic tamen nihil aliud vult, quam *protrudere, proferre, extendere*, et sic differt etiam a nudare, ut bene docuit et prolixe Wasse ad Sallust. Catil. c. 44. Poterat utique verba, *quae exseritur*, omittere, sed, cum ea omissa esse, codices reclament, explicationi uberiori inservire Mela voluit. Minime vero sic opus est *quae* mutare in *qua*, quam particulam noster in denotando potius situ usurpare solet. Multo minus *excuritur* ferri potest, quod in hoc nexu valde langueat. Vadiani licentiam recte contudit Pintianus. Non enim solum aliena est eius lectio a Pomponii forma, qui non in consecutionibus rerum, sed in earum incrementis declarandis illa particula utitur, sed et proxime praecessit. Idem sibi sumserat Vadianus 1, 1, 2. ubi cf. notata. Leviora alia praetereo.

§. 3. *puellaria)* Vindobon. satis pueriliter *puerilia* et post *ferre* pro *ferire*. Lepide idem *adulterarum* pro *adultarum;* tum *ideo;* Havn. *profligatio habeatur*.

poenae) Vatic. 3. Venet. Rehdiger. Havn. Cibin. Vindob. Lips. Gud. Prag. varr. in ed. 29. cum edd. 1. 2. 9. 11. 13. 19. *pene* pro *poenae*, quod dant pleraeque, et ex codicibus Zalusc. et, puto, alii. Aliquae edd. 30. 32. 37. dant *poena*. At vulgata lectio bene habet et Latino usu nititur.

virginitas) Prag. Venet. Havn. Parif. 2. cum edd. 15. 17. 20. 23. *virginitatis nota*, idemque voluit dare Rehdiger. in quo tantum legitur *virginitatis*. Neque tamen opus eft hac appendice, quam et faftidiunt boni codices.

CAP. V.

Caput hoc fuperiori continua fere ferie adnectunt codices, uti Parif. 2. Zalufc. Lipf. Prag. Gud. Rehdiger. Cibin. qui quidem intervalli fpatium reliquit poft *appellati* et paullo inferius §. 3. ante verba: *Mare Cafpium*. Ita utrumque caput connectunt edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. aliquae ex iis paragraphi figno interpofito; inde a Vadiano (16.) 18. 21. 22. 24. et reliquae infcribunt *Scythia;* aliae fimpliciter, aliae capitis numero addito, in primis recentiores; tantum Vinetus adponit cap. 18.

§. 1. *nifi ubi)* Pro duabus his vocibus in Vatic. 3. exftat *inbi;* in Parif. 2. Venet. Havn. *inibi;* in Prag. *nubi*, qui et antea habet: *In Afiae;* Cibin. *Inde Afyae.*

nives) Plerique, inque iis meliores codices, veluti Parifienfes tres, Vatic. 1. Auguftinor. Cibin. Rehdiger. Gud. Vindob. Havn. et ex iis, quibus ufus eft A. Gronovius, feptem praeferunt *hiemes* vel *hyemes;* Ciaccon. Voff. aliqui, Venet. Prag. Lipf. Vatican. 3. *nives*. In Lipfienfis margine eadem manus adfcripferat: *al. hyemes*, quam vocem exceperunt editiones omnes ad Voffium, cui placuit *nives* adfentientibus reliquis, praeter Reinoldium, qui retinuit prius *hiemes*, TZSCHUCKE. Si hiems pro rigore accipiatur, redundat. Sin pro ipfa hyeme, peccat Mela. Ipfe agnofcit femeftrem lucem et femeftrem noctem apud Hyperboreos. Illis itaque dies eft pro

aestate, nox pro hieme. Melior ergo est quorundam librorum lectio, qui *nives* hic exhibent, quod reduximus. VOSSIVS. *Hiemes sedent*, quod est in MSStis plerisque, mihi non displicet, ut *bruma haerens aquilonibus* Lucanus 4, 50. ubi v. not. *Stat bruma pruinis* Avian. fab. 29. in. OVDENDORPIVS *in nota A. Gronovii.* Addo calculum impulsus, plerorumque non solum, sed et optimorum codicum testimoniis, maiorique orationis pondere. Nempe Pomponius, quod et epitheta declarant, variare et prius intendere voluit, in quo praeterea utitur ea forma, qua divise dixit 2, 2, 7. *divisos spatio pelagoque terras.* Sic utrumque vocabulum, aut certe cognatum unum, coniungit Cicero pro Rabir. Post. cap. 15. *vis frigorum hiemsque*, et sic alia similia in auctoribus occurrunt, quae amplificandae et explicandae orationi inserviunt. Nec obstat, quod lib. 2, 1. in. legitur: *proxima cadentes assidue nives invia efficiunt*, ubi connexa melius respondent seque invicem sustinent. At hic ultra Rhipaeos montes progreditur, quae causam nivium, hiemes, magis et lubentius admittunt. Nec video, qui Mela peccet, quum postea dies semestres commemorat, quia inde hoc tantum efficitur, non tam perpetuas esse et rigidas hiemes, ut incolas procul repellant. Facilius autem vox *hiemes* mutata transiit in *nives*, quod τῷ *sedent* videretur accommodatius, et, cum hiems rigorem inferat, idem Mela reddere cogeretur. Neque tamen pertinacius in altera voce renitar, quae commode etiam huc referri potest. Tantum codicum maiori numero, cum res pateretur, dedi.

intolerabilis) Vindob. omisso *et* habet *intollerabilis rigorum;* prius etiam ita efferunt Lips. Gud. Rehdiger. Prag. cum ed. 13. Tum pro *sedent* Perizon. male praebet *sint*. Post Cibin. *Scytici;* Vindob. *Sithaci*. Inde Venet. Gud. *et in unum;* Rehdiger. *omnes et unum.* TZSCHVCKE. Si in his verbis non esset depravatio, sibi

repugnaret Mela. Nam quum dixiſſet *fere omnes*, inepte adiectum eſſet, *in unum.* Caſtigandum ergo exiſtimo: *Per ſe omnes etiamnum Sacas appellant*, ex Plinio [6, 19. ſ. 17.] et Herodoto. [7, 64.] PINTIANVS. Plinius lib. 4. cap. 12. de Danubio: *ab eo in plenum quidem omnes Scytharum ſunt gentes, variae tamen littori appoſita tenuere.* Vt hic legi poſſet *in plenum*, non *in unum.* Vel forte illae dictiones, *fere omnes*, in margine fuerunt adſcriptae et erronee poſt textui inſertae. CIACCONIVS. Faſtidioſe haec nimis Pintianus accepit. Mela minimam exceptionem indicat. Tum minus vere mutat, quia Herodotus eam adpellationem Perſis olim uſitatam fuiſſe adfirmat, cui accedit Plinius. Nec opus eſt cum Ciacconio *in plenum* ponere. Nam *omnes in unum* nihil aliud eſt, quam quod Cicero, Caeſar, alii dicunt *ad unum omnes*, et inſerto *fere* efficitur id, quod alias eſt *tantum non omnes*, i. e. maxima ex parte. Intelligit autem Mela eos populos, qui inde a Sarmatia Aſiam incolunt. Cod. Prag. non male τὸ *etiam* omittit.

Sacae) Ciacconius ex ſuis MSS. notat *Belgae;* A. Gronovius, qui *Belcae* evulgavit, nihil de ſuorum lectione monet, unde credibile eſt, in ea lectione omnes conſenſiſſe. De meis haec: Vatic. Cibin. Vindob. Rehdiger. Gud. Havn. Prag. *Belcae* vel *Belce;* Pariſ. 1. 2. *Beliae;* Venet. *Beice;* Pariſ. 3. *Belgae;* Lipſ. *Belge.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Belgae* vel *Belge;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. reliquae cum Schotto *Sagae;* Vinetus, poſt Voſſius et I. Gronovius in ed. 40. *Sacae*, quod antea in margine habebant edd. 27. et 29. hinc 41. 42. 44. 45. 46. *Belcae;* Reinoldius *Sacae*, quem in altera editione ſecutus eſt Kappius et editor Norimbergenſis. TZSCHVCKE. *Belgae.)* Scribendum *Sagae*, non *Belgae*, Herodotus [7, 64.] et Plinius lib. 6. [cap. 19. ſ. 17.] *Perſae*, inquit, *Sagas vocant omnes Scythas.* Etiamſi *Sacas* Graeci malunt ſcribere,

quam *Sagas.* Pomponius quoque infra [3, 7, 1.] *Scythae*, inquit, *sunt Audrophagoe et Sagae distincti regione.* BARBARVS. *Sagae.*) Forte *Belcae.* M. et V. C. antiqua lectio *Belgae* habet, non *Sagae*, et cap. sequ. ubi insulas ab angulo Baeticae ordine enumerat, post easque, quae Sarmatis obiacent, *Tule*, inquit, *Belgarum littori apposita est.* Quae satis indicant, aut hic *Belgae* esse legendum, aut illic *Sacarum.* Herodotus lib. 7. [c. 64.] CIACCONIVS. Nullus codex lectioni *Sacae* favet, quae Hermolaum auctorem profitetur, nec favet ipse Mela, qui Sacas in Scythis, multiplici gente, numerat quidem, sed ultra Caspium mare, unde cursus in Eoum mare inflectitur, uti dicit cap. 7. in. Sic Dionys. v. 750. et ex eo Priscian. v. 725. in quibus eis sedes prope Iaxarten tribuuntur. Cf. Strabo 11. p. 352. s. 511. Quod Herodotus Sacarum nomen ad Scythas translatum esse a Persis et cum eo Plinius narrant, ad alios Scythas hinc remotos et Persidi finitimos referri debet, uti ex Herodoto, Strabone et aliis patet. Sed de hoc Vol. 2. ad 3, 7, 1. Hic Mela loquitur de Scythicis in Asia populis ad septemtrionem reiectis, quos cum Sarmatia connectit. Idem facit cap. 6, 8. et 9. ubi ab insulis Sarmatiae adversis ad Thulen progreditur, Belcarum litori obpositam, quamquam et ibi quidam reposuerunt invitis quidem libris *Sacarum.* In quo notandum tamen esse videtur, quod in hoc tractu *Scythiam* magnam insulam memorat, ita a plurimis dictam, Geogr. Ravenn. 1, 12. et 5, 30. quae *Scanza* sit Iornandi; tum *Scythas* etiam ibi adtingit 4, 5. Sed nec *Belgas*, nec *Belcas* in hoc tractu quisquam praeterea novit, quare fuerunt, qui non solum hic, (cf. Cambdenus in Britannia p. 850. ed. Lond. 1607. f.) sed et infra legi mallent *Bergae.* Huius quidem nominis vestigium latere videtur in *Bergis* insula, quam Thule admovet Plinius 4, 30. s. 16. *Bergio* etiam populus producitur in Scanzia a Iornande de rebus Get. cap. 3. Quod unum cum ex aliorum Geographorum narrationibus ad

codicum nostrorum lectiones proxime transferri posset, tantum ad statuendum nomen momenti adtulit, ut reponere non dubitarem *Berede*. Plura infra ad cap. 6, 9.

In Asiatico litore) Hinc quidam libri segmentum faciunt, ut supra notavi. Ed. 11. praeponit inscriptionem: *De Hyperboreis capitulum* VI. Pintianus vero, notante Ciacconio, eumque secutus Schottus, etsi hunc solum produxit A. Gronovius, malit *latere* contra omnes libros, nec ipsa re cogente, immo repugnante Pomponii usu, qui cursum maritimum fingit et latera de litorum parte dicit, et fronti obponit. Post in quibusdam libris ex more *Hiperborei* (sic etiam edd. 12. 14. 19.) et *iperborei*, uti Vindobon. habet. Vatic. 3. *Hiperborei sunt*. Tum *Rhipaeos* varie item effertur. Sic Cibin. *Ripheosque;* Rehdiger. edd. 2. 11. *Rypheosque;* Vindob. *ripreosque;* edd. 5. 7. 14. 19. *Rhipheosque;* 15. 17. 20. 23. *Ripheosque*, et, ne his ineptiis immorer diutius, aliae etiam *Riphaeosque*, *Rhiphaeosque*. Vid. de scriptura ad 1, 19, 13. Post Cibin. *iacet*, idem cum Gud. *cotidie*, quam formam adeo praeferunt aliqui et ostendunt inscriptiones apud Gruterum p. 408. 1. 214. Cf. Cellarii orthogr. Lat. p. 335. ed. Harles. In sequ. Vindob. *autonnali denuo*. Verba *et ideo* in Prag. desunt, *et* in Cibin. Paris. Lips. Gud. Rehdiger. qui tres ultimi post occidit distinctionis maximae signum ponunt. Possit illud *et* commode abesse. Tum Vindob. omittit *aliis*, Paris. 1. *usque*. Cibin. *sex mensibus diebusque totidem nox usque*. —

§. 2. *augusta)* Cibin. Vindob. Rehdiger. Lips. Prag. Gud. *angusta*, uti edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. et aliae cum Vadianis et Olivarianis, nec aliter Boccatius de maribus s. v. Iperboreus Oceanus, ubi totum hunc locum, paucis mutatis, refert. Vinetus, Schottus, Vossius et post alii *augusta*, uti legen-

dum monuerat olim Pintianus, et habent praeter reliquos codices edd. 1. 2. ipſo in ſequentibus adprobante nexu, etſi propter alios codices non ſatis conſtare de illa lectione cenſeat Spanhem. ad Callimach. in Delum v. 281. De ipſa vocis commutatione vid. Arntzen. ad Plinii Panegyr. c. 52. in. et quae ego notavi ad Melam 1, 15, 3. Poſt ed. 36. *et per ſe;* Vindobon. omittit *fertilis,* et pro *ulli mortalium* Cibin. ponit *olim mortalium.*

feſto ſemper otio) Exciderunt haec verba in edd. 30. 32. Inverſo ordine ſiſtuntur in ed. 34. Pro *novere* Venet. Pariſ. 2. Havn. Lipſ. Vatic. 3. Prag. uti edd. 9. 10. 13. 30. 32. 37. cum Olivarianis praeter Lugdun. 1538. habent *movere.* Vadianae inter utrumque verbum fluctuant, priores habent *novere,* poſteriores *movere,* etſi illud etiam praetulit 34. (Heniſchius) Recte, quia ad ipſa otia magis declaranda eſt efficacius et validius.

miſiſſe —) Cibin. *miſiſſe per virgines ſuas initio deinde.* Voſſius ex antiquiſſimo Vaticano refert: *miſiſſe olim per virgines.* Tum Cibin. *ulteribus.* Edd. 30. 32. *ulterius.*

eum diu) Sic ſeptem MSS. A. Gronovii meique tantum non omnes. Nempe Vatican. 3. cui ſuffragatur Voſſii codex optimus et, ut opinor, Pariſ. 2. habent *quam diu;* Prag. *quem diu.* Edd. Voſſii, 40. 41. 42. *quam diu,* ceterae omnes *eum diu.* TZSCHVCKE. Optimus liber ſic habet: *Moremque quam diu. Quam diu* probum eſt et Latinum pro *quam diutiſſime. Quam* enim non tantum ſuperlativo iungitur, ſed etiam poſitivo, apud ipſum quoque Ciceronem. VOSSIVS. De hoc uſu cf. Graevius ad Attic. 7, 15. Barth. in adverſar. 33, 12. Praefero tamen uſitatius, quod codices plerique probant.

temeratus) Verbum vexatum. Sex A. Gronovii codices *temperatus* vel (omiſſa nempe linea transverſa)

tempatus. Ex meis Cibin. Rehdig. Augustinor. Vatic. 1. Paris. 3. Lips. Gud. *temperatus.* Quod enim A. Gronovius scribit, in Gud. esse *temeratus*, certo usu edoctus falsum adfirmo; inveni enim *tepatus*, i. e. temperatus; Vindobon. *temptatus;* Paris. 2. Vatic. 3. Havn. Chis. A. Gronov. *destitutum;* codex Dorvillii (vid. observatt. Miscell. Vol. 7. Tom. 1. p. 84.) *distitutum*, etsi A. Gronovius in nota adfert *destitutum;* Pragens. *destitutus;* Venet. *turbatum;* Paris. 1. cum Vossio habuisse videtur *temeratus.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum suis, et Vineto ad Schottum et Vossium *temeratus* paucis exceptis. Nempe 15. 17. 20. 23. ostendunt *turbatus*, et 36. *temeratus* habuisse videtur, quod certe cum Schotto et Vossio alii omnes exceperunt. TZSCHVCKE. Lego *temeratus est.* PINTIANVS. Aldus legit *turbatus est.* Pintianus melius *temeratus est.* Velleius p. 791. [2, 60, 4.] *atque omni pretio temperata, vendente rem publicam consule;* ubi *temerata* legendum. CIACCONIVS. Optimus liber *temeratus est.* Pro eo quidam libri habent *destitutus*, quod et ipsum probum est. VOSSIVS. *Temperatus* propter adiectam vocem *vitio* in hoc nexu ferri nequit, et hinc recte reiicitur. Melius convenit *temeratus*, cuius mutatio facilis fuit. Cf. quae disseruntur ad Vellei. c. l. Possit tamen etiam hic latere *tentatus.* Sic pro *tentata* Voss. in Nepotis Epaminonda c. 4. in. habet *temptata*, omninoque tria haec verba invicem saepe permutantur, uti docent viri docti ad Propert. 2, 15, 21, Valer. Flacc. 1, 627. Livium 9, 46, 15. Quorum quidem dilectus singulorum usu et significatione regitur. De *temperare* dixi. *Temerare* ad res sacras referri solet, quas sine piaculo adtrectare non licet; *tentare* de arduis et periculosis dicitur. Quae si ad nostrum locum transferamus, *temeratus* utique aptius videbitur; quare, cum et codices quidam adiuvent, et verbum *desti-*

tutus in glossa positum, eo deducat, dimittere nolui, etsi nec *tentare* damnem.

magis quam) Ita ex suis codicibus referunt Ciacconius, H. Stephanus in praefatione et Schottus, et ego de meis testor, excepto Veneto et Havn. qui habuisse videntur *magisque*, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 14. 16. 18. 19. 21. reliquae cum Vadianis, Olivarianis et Schotto; 11. 15. 17. 20. 23. Vinetus, post Vossius aliique *magis quam*, uti etiam voluit maioris elegantiae caussa in praefatione H. Stephanus, et post Salmasius ad Solin. c. 16. f. 21. p. m. 147. quod aliud sit satietas, aliud taedium; illam quidem in gente felici, qualem praedicet Mela, ferri posse, non item hoc. Schottus utramque lectionem perinde habet, quod ex dictis iudicari potest. A verbo *habitant* in ed. Vineti capitis 19. est initium.

semet ipsi) Cibin. uti Vadianus cum sua familia et aliquae ex Olivarianis veluti 26. 29. 33. Lugdun. 1605. Vinetus *semet ipsos;* reliqui codices cum editionibus veteribus *semet ipsi.* Recte, non quod proprium sit auctorum Latinorum diversis casibus ista duo pronomina coniungere, uti putat Gronovius ad Livium 2, 19, 5. aliique, quos ibi memorat Drakenborchius, qui etiam eosdem casus admittit, quando omnes codices et editiones consentiunt. Est enim, ubi iidem necessario requiruntur. Vera ratio iudicari debet ex obpositione vel diserta, vel subpressa, et nemo facile neget, ipso sensu discrepare, veluti si quis se ipse, vel se ipsum occiderit. Quis enim putet si quis de occiso interrogaverit: quis eum interfecit, quem ille interfecit, promiscue responderi posse? Hinc recte emendavit Ernesti in Ciceron. epp. ad divers. 1, 1. in. *mihi ipsi*, quia obponitur *ceteris omnibus*, etsi ipse codices malunt, quos contra Ernestium suo more tuetur Schellerus in observatt. p. 140. et secutus est Benedict.

Contra in Terentii Andr. 2, 2, 8. male legas, *te ipse quaero* pro *ipsum*, etsi promiscue utrumque dici putat Schellerus in observ. p. 25. Cf. etiam Heusinger. ad Ciceron. off. 2, 19, 10. Vera igitur ratio non tam ex libris, quam ex nexu sensuque orationis dicentisque consilio iudicari debet. Hic tamen etiam libri adiuvant. Cf. infra ad §. 5.

praecipites) Vatic. Paris. 1. 2. Vindob. Prag. Havn. Venet. Lips. Gud. *praecipiti;* in Lips. eadem manus in margine adscripserat: *alii precipientes;* Cibin. *praecipitant;* Ciaccon. Paris. 3. Rehdiger. *praecipites*, quod et Vossii et A. Gronovii codices praetulisse videntur. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 20. 23. *precipiti* vel *praecipiti;* Vadianus, quem hic ex Camertis disciplina etiam secuta est 19. cum reliquis *praecipites*, praeter Reinoldium, cui placuit priorem lectionem revocare. Secutus est A. Gronovius in sola tamen ed. 44. Ciacconius coniecerat *praecipitant*, cui favet Cibin. codex, cuius auctor traditam lectionem *praecipiti dant*, quae displicuisset, ita contraxisse videtur. Equidem retinui *praecipites dant*, quia, an praeceps fuerit rupes, non spectatur, sed moris illius singularis commemoratio. Tum *dare* desiderat, cui commode ad sensum adnecti possit. Post Cibin. *id eius funus;* Vindob. *id ei funus*.

§. 3. *Mare Caspium)* Inde capitulum VII. exorditur ed. 11. cum inscriptione: *De mari Caspio et accolis eius.* In ipsius contextus verbis proximis ita variant libri: Vatic. 3. Prag. *et ut angusto;* posterior *etiam longo freto;* Vindob. *inrompit;* Gud. *itaque ubi;* ed. 19. omittit *sinus;* 7. 8. dant *contractos ipsum;* 15. 17. 20. 23. *ipsum Hyrcanum;* pro *Hyrcanum* codices plerique et antiquae edd. *Hircanum;* Cibin. Lips. *hircanium;* Rehdiger. *hyrcanium;* Vatican. *in os Hyrcanum;* Rehdiger.

ad sinixtram; Cibin. *ad dexterum*, quae omnia facile expediuntur.

et totius nomine) Cibin. *proprie totius nominis;* postremum eadem terminatione reperitur in Rehdig. Vindobon. et aliis, item in edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. Vadianus posuit *nomine*, quem secuti sunt ceteri. Ita vero, si ex conlatoris silentio iudicium peti debet, in Parisiensibus exstare videtur. Hoc quidem unice ad structuram et sensum apte dicitur. Decepit librarios praecedens vox *totius*, ad quam hanc accommodandam putarent. Ciacconius coniiciebat: *ex totius nomine;* non inepte quidem, attamen praeter necessitatem.

portubus) Cibin. Lipf. Havn. (opinor) cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. cum Vadianis et similibus, item Schotto *portibus;* Prag. *sive sporticibus;* reliqui *portubus*, quod et exhibent edd. 15. 17. 20. 23. Vinetus, Vossius et sequentes; Olivarianae *portibus*, etsi exemplaria ed. 25. alia habent *portibus*, alia *portubus*. De utraque forma, quam et alibi ostentant libri, vid. Voss. de analogia 2, 18. Oudendorp. ad Iul. Caes. de B. G. 3, 8. et cum aliis Garatonius ad Ciceron. pro lege Manil. c. 18. de lege agrar. 2, 32. et pro Flacco c. 12. Propter codices maiori numero usitatum servavi. Tum Vindob. *sine procellis*.

belluis) Cibin. Rehdig. Prag. edd. 1. 2. 11. 12. 14. 19. forte plures *beluis*, de quo dictum ad 1, 9, 3. Ed. 9. *baeluis*. Post Rehdig. *referctum;* Vindob. *reffertum;* Prag. *referunt;* Paris. 2. *quam caeteris refertum;* Vindob. *immo* pro *ideo*.

§. 4. *dextram)* Vindobon. *dextra;* alii *dextram* et *dexteram*, ut supra et alibi. Post Cibin. *non mades;* Prag. *Ereti* pro *freti et Amazones*. Tò *et* deest

in Vindob. Tum Cibin. *Amasones*, uti 1, 19, 19. Prag. *Amagones*. In Vindob. deest *quas* ante *Sauromatidas*. A verbis *intus sunt* — cap. 20. incipit Vinetus.

Hyrcanum) Cibin. *hyrchanium;* Rehdiger. *hyrcannum*. Alia supra.

Moschi) Vatic. Paris. 1. Vindob. Venet. Lips. Gud. Cibin. Rehdiger. *Mochi;* Prag. *Albani et Eniochi*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Molchi*, quod ex diserta Herm. Barbari admonitione ab aliis recte mutatum est in *Moschi*. Sic *Molchi* et *Mochi* etiam ad Lucanum 3, 270. ex libris notatur. Quod Prag. infert *Eniochi*, non tantam habet auctoritatem, ut moveri altera lectio debeat. Τὸ *e* enim adhaesit ex praecedenti voce, et Moschorum situs magis facit ad hunc locum, quam Heniochorum, quos Mela 1, 19, 14. iam memoravit, ubi in Ponti ora locat. Ita tamen in aliis etiam codicibus olim fuisse docet Boccatius de maribus s. v. Caspium mare, ubi Melam sic exscripsit; *ad hircanum autem albanos, emochos et hircanos*. Pro *Hyrcani* Cibin. *hyrchari;* alii etiam *hyrcani*, ut supra, quod non moror.

Amardi). Corrumpitur varie. Vatic. Paris. 1. 2. Vindobon. Prag. Cibin. et quidam alii *Amerdi;* Gud. Paris. 3. *a meridie;* Rehdiger. *ameridi;* Lips. *Amardi*. Edd. 1. 2. 9. 13. *a meridie;* 3. 4. 5. 11. 16. 17. 20. 23. *Amerdi;* in reliquis legitur *Amardi*. TZSCHVCKE. Scribendum *Amardi*. Sunt, qui *Amordos* eos scribant, sed Strabo [lib. 11. p. 360. s. 523.] et Stephanus *Amardos*. Ea gens est Hyrcana, unde Ptolemaeo quoque [6, 2.] *Amardus* [vulgo etiam *Mardus*] amnis in Caspium delatus. BARBARVS. Pro *Amardi* forte *Mardi* legendum, qui cap. 2. lib. 1. nominantur. SCHOTTVS. *Mardi* et *Amardi* iidem sunt. Ad Oxum habitasse patet ex aliis, et hoc ipso inferius. Sed non uno fuere loco *Mardi* et

Amardi. [Vid. Vol. 2.] VOSSIVS. *Amerdi* vitiosum recte castigavit Barbarus. Neque tamen opus est, cum Schotto invitis codicibus *Mardi* reponere, cum ex comparatis auctorum locis eosdem esse adpareat. Sic qui Straboni 11. p. 352. s. 511. dicuntur *Aparni*, Ptolemaeo 6, 10. sunt *Parni*, de quo Vol. 2. Sic infra *Amardi* iterum vocantur, ubi tamen Boccatius *Mardos* habet. Nec satis praeterea constat lectio eius loci, unde huc *Mardi* ille arcessit.

Paesicae) Cibin. *Pessici;* Lips. Gud. Rehdiger. uti et Boccatius *Pestici;* Havn. *Paestici;* Vatic. 3. Prag. *Pistici;* Paris. 1. *Piscidi;* Vindobon. *Pestiti;* Vatic. 1. Paris. 2. *Pertici;* Paris. 3. *Pertico;* Venet. *Pesicarsi.* Eadem corruptio editiones adflavit. Nempe 1. 2. 9. *pestico;* 3. 4. 5. *Paestici;* 6. 7. 8. *Praesici;* 10. *Paesici;* 11. *Pestici;* 13. *Paesico;* 12. 14. 15. 16. ad Vossium *Paesici*, tantum Vinetus *Pesici;* hinc in ceteris *Paesicae.* TZSCHVCKE. Scribendum *Paesici* seu *Paesicae*, ut Ptolemaeus, [Παισικῶν 2, 6. sed in Hispania] et infra Pomponius. BARBARVS. Infra *Paesicas* vocat, quod rectius; quamvis etiam apud Plinium [6, 19. s. 17.] *Pesici* nominentur. Herodoto [3, 92.] Πανσίκαι male pro Παισίκαι. Ptolemaei [6, 12.] libri meliores Πασίκαι [vulgo Πάσκαι] similiter pro Παισίκαι. VOSSIVS. Etiam in Plinio Harduinus reposuit *Paesicae.* *Passitas* corrupte vocat Aethicus in Cosmogr. p. 710. et *Rasicas* p. 720. ed. Gronov. Si iidem aliis sunt Ἀπασιάκαι praemisso α, uti est in Amardis et aliis, quod putat Harduinus ad Plinium c. l. et hic Vossius, vario et illi modo corrumpuntur in auctoribus, de quo vid. Casaubon. ad Strabon. lib. 11. p. m. 354. s. 513. Schweighaeuser. ad Polyb. 10, 48. et Holstenius ad Stephan. p. 40. Diversi tamen sunt, si Ἀσπίσιοι Σκύθαι Ptolemaei 6, 14. aliorum *Aspasiacae* habentur, cum idem Paesicas commemoret 6, 12. Proximas voces *et iam* coniuncte scribunt plerique codices cum editionibus ad 38. Hinc Vossius, ex

monito etiam Pintiani, divisit melius. Praeterea eas ignorat Vatic. 3. et Parif. 3. tantum habet: *et ad fretum*, uti Boccatius f. v. Caspium mare. Cf. ad 1, 19, 14.

Derbices) Cibin. Vindob. Rehdiger. Parif. 1. 3. Vatic. 1. Ciaccon. *Debrices;* Gud. *Debricos;* Vatic. 3. Parif. 2. Havn. *Adebices;* Venet. *Adebrices;* Lipf. *ad ebrices;* Prag. *ad Ebites;* Boccatius c. l. *Drebices.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 19. *Debrices;* 15. 17. 20. 23. *Bebrices;* 13. 16. 18. 21. 22. 24. 25. ceterae *Derbices.* Recte. Ita enim Strabo lib. 11. p. m. 354. f. 514. Δέρβικες in Codd. meis, vulgo Δέρβηκες; Plinius 6, 18. f. 16. Et fic auctores alii tantum non omnes *Der* in priori nominis parte fcribunt, pofteriori varie mutata. Confentiunt medii aevi auctores, veluti Geogr. Ravenn. 2, 8. Aethicus in Cofmogr. p. 710. ed. Gronov. Alia Vol. 2. Tum inverfo verborum ordine Vindob. *parvi magnique.*

finu — fluunt) Forte verba *finu* et *fluunt* vacant; nam *mare* appellat, non *finum.* Dividitur vero in tres finus. CIACCONIUS. Τὸ *finu* redundat, et mox *fluunt.* SCHOTTUS. Poffit quidem prior vox omitti, et ad Cafpium mare τὸ *eo* omnino referri, cum fequentia declarent, Melam fingulatim eius tres finus enumerare, in quos flumina fua ferantur, et rectius nomen totius praeponi, aut certe indicari. Minus tamen perfpicio, cur *fluunt* eiici debeat, quod ponitur pro *influunt*, et *eo finu* pro *eum finum*, uti paffim fic *in* occurrit. Poft Cibin. Vatic. *habeant,* idem *cemunis;* Vindob. Lipf. Rehdiger. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 20. 23. *Ceraunis,* quod et in aliis MSStis forte fuit. Prag. *terraunis.* Cf. ad 1, 19, 13. Denique Vindobon. *defcendunt.*

Rha) Abeft haec vox in omnibus codicibus, excepto forte Parif. 2. (nam in folo primo et tertio abeffe

notatum erat) nec minus desideratur in edd. 1. 2. 3. 4. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. omninoque Vadianis, Olivarianis et cognatis. Primus inseruit Schottus, secutus est Vossius et reliqui. TZSCHVCKE. Verba illa: *Araxes Tauri latere demissus* sensum inchoant diversum. Per praecedentia vero fluvius significatur, cuius nomen librariorum incuria omisit. Hunc putamus esse fluvium *Rha;* tum quod facilis fuit librarii ubique dormitantis lapsus, una duntaxat syllaba praeterita, tum quod Mela duobus alveis tradit exire in Caspium sinum, quod de *Rha* flumine aperte testatur Ptolemaeus. [5, 9. et 6, 14.] Praeterea, si quis rem diligenter examinet, inveniet ex magna fluviorum copia, qui in Hyrcanum mare emittunt, sex tantum, qui famam habeant, delegisse Melam, quos memoriae proderet. Duos in sinum Caspium emittentes, totidem in Hyrcanum, postremo duos in Scythicum. Denique *Rha* fluvius plagae Septentrionalis Tanaidi vicinus, auctore Marcellino, [22, 8.] clarus est et celeber, vel quod disterminat Sarmatiam a Scythia, ut scribit Ptolemaeus, [5, 9.] vel radice cuiusdam herbae vegetabilis, quae in eius superciliis gignitur ad usus multiplices medelarum, ut idem Marcellinus tradit. PINTIANVS. Deest *Rha,* nomen fluminis, legendumque: *Rha ex Cerauniis montibus.* CIACCONIVS. Manifeste hic deest aliquid. Pintianus recte divinavit, excidisse hic vocabulum *Rha* fluminis. Similitudine vocis sequentis, uti saepe alias, librarii decepti neglexerunt. Verum non recte fluvium hunc ait oriri ex Cerauniis montibus, quorum situs notus ex Ptolemaeo, [5, 9.] cum remotissimis oriatur fontibus, ac plus quam quadringentas Germanicas leucas cursu suo conficiat. Sed neque illud verum, duobus tantum alveis in Caspium mare exire; septuaginta enim ostia numerarunt, qui viderunt, aut etiam plura; quamvis alii viginti quinque tantum referant, quod de maioribus forsan et permanentibus ostiis est intelligendum.

Quum vero ſcribit, uno alveo deſcendere, tum quoque errat, cum plurimi in eum amnes partim in Tartaria, partim in Moſcovia nati, influant, quod hodierna experientia compertiſſimum. Diverſi illi Rha ſive Volgae fluminis fontes noti fuere iam olim Ptolemaeo. Praeter duos longiſſime a ſe invicem diſtantes fontes, [at aliorum duorum fluviorum, qui influunt, hi fontes dicuntur 5, 9.] quos ex Hyperboreis ait oriri montibus, amnibus quoque aliquot augeri ait, qui ex Rhymmicis montibus in eum influant. Verba eius haec ſunt, agens de Scythia intra Imaum, et Rhymmicis in ea montibus: Ἀφ᾽ ὧν ῥέουσιν ὅ τε Ῥύμμος καὶ ἄλλοι τινὲς εἰς τὸν Ῥᾶ ποταμόν· οἵδε συμβάλλοντες τῷ Δάϊκι ποταμῷ κατὰ τὸ Νόροσσον ὄρος. Sic habent veteres manu exarati libri, et recte. Vulgata enim lectio [καὶ τὸ Νόρ. ὄρος] falſa eſt, et meras offundit tenebras. Ex Rhymmicis montibus praeter Rhymmum, qui proprio oſtio in mare Caſpium exoneratur, egrediuntur quoque alii amnes, quorum aliqui Rha fluvium ſubeunt, alii Daici coniunguntur flumini, qui vulgo *Iaik* appellatur. — VOSSIVS. Sic [Rha] apparet appellare viros doctos, quoniam hodie inter medica ſolet uſurpari haec pronuntiatio, quamquam non probant, quoque notam fuiſſe Romanis, aut huic auctori. Vtique tali nomine nihil ſimile exſtat in hac Geographia, ut omnino reſtet cauſa dubitandi. I. GRONOVIVS *MS.* Cf. etiam de illo fluvio Witſenius in Tartariae deſcriptione Belg. p. 700. et Hermann in Schilderung von Rußland p. 133. Adpoſui vero ea, ut, quam dubia eſſet illa lectio adpareret, quam etiam plane reiicit Mannertus in Geogr. T. 4. p. 347. ſic ut locum conſtituat: *Ex Cerauniis montibus uno alveo deſcendit (Albanus). Duobus exit in Caſpium Araxes Tauri latere demiſſus.* Commemoratur ille fluvius a Plinio 6, 15. ſ. 13. et Ptolemaeo 5, 12. et per ſeriem fluviorum inſtitutam eiusque fontes indicatos commode hic intelligi poteſt. Malim tamen *Caſius,* qui Albano non ſolum fuit vicinus, et cum illo

ab utroque auctore hic coniungitur, sed cuius nomen etiam facilius a voce *Caspium* absorberi potuit; quare pro *Rha* vel *Albanus* hoc posui. Haec enim verba melius adnectuntur illi fluvio, quam Araxi, de cuius exitu diversa noster post tradit, quae conciliari inter se alias difficulter possint.

§. 5. *Araxes)* Cibin. *Arax est Tauri;* Vindobon. *thauri.* Pro *demissus* Venet. Lips. Gud. Prag. *dimissus*, et pro *quoad* edd. 6. 7. 8. 10. *quod;* utrumque commutatione crebra. Porro Vindob. *in utramque partem;* Havn. *in utraque parte.* Tum in Vatic. 3. Paris. 2. et Prag. abest *eat;* in Rehdiger. legitur *eant.*

intuearis) Venet. Prag. *in terris;* Vindob. *intuaris.* Post Vadianus dedit *manifestum*, et hinc praeter Vadianas et Olivarianas, 21. 24. 28. Vinetus, Schottus. *Manifestus*, quod iam olim Pintianus ex Aldina probaverat, revocavit Vossius. Totum vero locum Voss. 1. et Cibin. ita exhibent: *quamquam intuearis, manifeste cognoscitur; cum autem in asperiora devenit.* In proximis haec notavi Paris. 2. *tum in asperiora;* Havn. Prag. *hic atque illic;* Prag. *frangit subinde* omisso *se;* Rehdiger. *apposita;* edd. 7. 8. *adeo eiectus;* Voss. 1. *ut qua vi praecipiti;* Vatic. 3. Havn. Prag. *ut si qua ex praecipiti.*

in subiecta —) Verba *in subiecta* Vindob. neglexit; alii integra omnia et vulgato ordine sistunt; sed mutato eo ordine editiones inde a primis ita exhibent: *casurus est in subiecta*, vel *subiectam*, uti est in plerisque, maxime posterioribus, posito etiam inciso post *casurus est;* vulgatum hodie ordinem restituit Vossius. Ex MSStis solus Havn. cum edd. 4. 5. consensisse videtur. TZSCHVCKE. *In subiectam)* Lego *in subiecta*, ut subintelligas *loca* adstipulantibus etiam Aldi exemplaribus. PINTIANVS. Forte *casus est in subiecta.* Pintianus

etiam legit *in subiecta* ex Aldi exemplaribus, cui favet antiqua lectio V. C. *in subiecta casurus est.* CIACCONIVS. *Subiecta* vult Pintianus, ut *loca* exaudiatur. Idem *unda* legisse videtur. [Ita nempe notae praeponit.] Ego vulgatam lectionem. SCHOTTVS. Correximus haec auctoritate veterum codicum, et sic postulante sententia. Paulo post scribe ex iisdem libris: *semet ipse sine alveo ferens.* VOSSIVS. Bene sic omnia cum libris procedunt. Post Vindob. *declinat*, et edd. 8. 15. 17. 20. 23. *unda.*

iugeris) Ita 7 MSS. A. Gronovii, et plerique meorum, in quibus codex Augustinorum; Cibin. *ingeneri;* Prag. *ingens;* Parisienses *iugeri* habuisse videntur, uti dedit Vossius et hinc Gronovii ad edit. 42. cum antea et post ferretur *iugeris.* Cf. de hac forma praeter Graevium Garatonius ad Cicer. in Verrin. 3, 47. ubi et hunc Melae locum adlegavit. Eodem vero iudice praeter versum numerus singularis ad secundam declinationem flectitur. Inter utrumque variatur etiam in Curtio 5, 1, 26. Datur igitur haec forma codicibus et poeticae formae studioso Melae.

semet ipse) Ita Vossiani codices meique, exceptis forte Venet. et Havn. Edd. 1. 2. 9. *ipsorum;* ceterae *ipsum*, dum Vossius ex libris suis praeivisset *ipse*, quod ex lege oppositionis hic unice verum est. Sic per nexum 3, 8, 10. recte *Phoenix sibi ipsa incubat*, et *ipsa se concipit.* Cf. supra ad §. 2. ubi etiam variatur. Tum *et* ante *aquis* excidit in Cibin. et post *fluens*, quaedam editiones, uti 8. 11. maiori signo distinguunt; minus apte.

§. 6. *Cyrus)* Vatic. 3. Paris. 2. *Cyrius;* Prag. *cirius;* Gud. Vindobon. edd. 30. 32. 37. *Cirus.* Sic post codices quidam et editiones *Cambises;* qua litera utrumque effert etiam Boccatius de fluminibus h. v. Gud. Prag. *Cambisses.* Gr. Κῦρος (etsi quidam, ut Dio Cass.

36, 36 ſq. Κύρνος) et Καμβύσης. A verbis *Cyrus* et *Cambyſes* capitis 21. initium facit Vinetus.

Coraxici) Ciaccon. *Coriſci* et *Corſici;* Vatic. 1. Gud. Cibin. *Corxici;* Vatic. 3. Lipſ. Prag. Rehdiger. *Corſici;* Pariſ. 2. 3. *Corciſi;* Vindob. *corſciſi;* ex aliis Venet. Havn. videntur habuiſſe *Corſici,* et Pariſ. 1. *Coraxici,* uti edd. 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. et ſequentes; illis enim priores ferunt *Corſici.* TZSCHVCKE. *Corſici)* Legendum arbitror *Coraxici,* non *Corſici.* BARBARVS. Recte, uti patet ex Plinio 6, 10. in. et 15. ſ. 13. atque ita legit Boccatius c. l. Pertinet huc etiam Ptolemaeus 5, 9. a quo memoratur Κόραξ mons prope Heniochos, unde Heniochios montes etiam vocatos eſſe ſcribit Plinius 6, 10. Τὸ *a* igitur in noſtris codicibus male eſt expulſum.

vicinis fontibus) Ita codices, tantum Vindob. *vicinis montibus.* Edd. 5. 13. *vicini editi,* uti etiam refert Boccatius; 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae *vicinis editi* omiſſa voce *fontibus,* quam addiderunt 15. 17. 20. 23. Vinetus, Schottus, hic quidem minusculis literis expreſſam, Voſſius, reliqui. TZSCHVCKE. Deeſt verbum *fontibus,* ex Aldo, ut ſit, *vicinis fontibus editi.* PINTIANVS. Hermolaus *montis vicini* legit. Alias interponenda particula *fontibus,* et legendum, *Coraxici montis vicinis fontibus editi in diverſa abeunt,* expuncto *et.* Pro *Coraxici,* alias *Corſici;* V. C. meus *Coriſci.* Senſus huius loci eſt, eos per gentes diverſas et multum diſtantes fluere, alterum nempe per Iberas, alterum per Albanos, cum vicinis fontibus ſint editi, et uno ore in Caſpium mare perveniant. CIACCONIVS. Τὸ *fontibus* neceſſario addendum non puto; tametſi in Aldina edit. non minus aliis corrupta, legatur. SCHOTTVS. Cum ſenſus commodior eam vocem deſideret et codices addant melius illa retinetur. At melius abeſt *et,* uti cenſeba

Clacconius, quod cum probent etiam codices optimi Voss. 1. et Cibin. extrusi. Sequens enim *perque* non est diversae sententiae, sed eiusdem explicatio, si quis huc velit accommodare. Pro *diversa*, quod bene habet, Lips. et Prag. dant *adversa*.

Iberos) Lips. Venet. Rehdiger. *Hyberos;* Cibin. *Hiberos;* Vatic. Vindob. Prag. Gud. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. (Vadianus) 18. 19. *Hiberas;* 15. 17. 20. 21. 22. (Vadianus) 23. 24. 25. Vadianae reliquae, Olivarianae, Schottus, Vossius, ceteri *Iberas;* Vinetus *Iberos*, quod praeferendum videtur, non solum quod sic meliores codices volunt, sed ut Mela sibi constet, qui 1, 2, 5. *Iberi* etiam habet. Et sic cum aliis etiam Eutropius 8, 3. s. 2. Adspiratio autem recte omittitur. Pro *Hyrcanos* Lips. *Hyrcanios;* Cibin. Venet. *Hircanios*, et per *i* edd. etiam aliquae. Sic post codices quidam *Hyrcanium* et *Hircanium*. Tum Vatic. 3. Prag. *in eodem lacu*, hic etiam sine sensu *uno ore perilem ut laxates*. TZSCHUCKE. Quid si Pomponianus locus ille sic legatur: *perque Iberos et Albanos diu et multum distantibus alveis defluunt, post non longe a mari, eodem lacu accepti, in Albanum sinum uno ore perveniunt*. De parte Caspii, quod Albanum illic vocetur, ipse Plinius [6, 15. s. 13.] *Ante Albanos*, inquit, *mare, quod Albanum nominatur.* Caeterum quod prius Araxis meminit, videtur omnino alio in loco statuere, tamquam supra Araxem hi amnes meridiem versus exstent, quod et Ptolemaeo placet, sed diversa etiam descriptione. Ipse Plinio et Straboni magis assenserim, quamquam de longissime distantibus locis dubia sit fides. Quod si lapsus Pomponius est, minime mirum, cum id perhumanum sit. VADIANUS. Legendum videtur *perque Armenios et Albanos* etc. Plinius in sexto: [cap. 15. s. 13.] *Flumina per Albaniam decurrunt in mare Casios et Albanos. Deinde Cambyses in Caucasiis ortus montibus, mox Cyrus in*

Coraxicis. Strabo undecimo: [p. 345. f. 500.] *In medio planicies est fluminibus irrigua praesertim* Cyro, *qui ortum ex Armenia trahens, mox dictam planiciem intrat, atque Aragum* [ita Guarinus] *amnem e Caucaso defluentem recipiens evadit in Albaniam, inter quam et Armeniam in mare Caspium erumpit.* Et paulo post idem Strabo: *Cyrus autem, qui per Albaniam fluit, et alia flumina, eum augentia, terram foecundiorem exhibent.* Haec Strabo. In cuius tralatione vitiose scriptum est *Aragum* pro *Aragonem*, ut habent Graeci codices. Sed potest etiam legi per *Iberas et Albanos.* Nam Ptolemaeo auctore [5, 12, 13.] *Cyrus* per totam Iberiam et Albaniam fluit, dividens illas ab Armenia. PINTIANVS. Valde hic peccat Mela, cum amnes hos vicinis fontibus oriri, ac tamen tam vasta divortia facere scribit, ut unus per Iberas, alter per Hyrcanos fluat, prius quam coniungantur. Nempe quia Araxis appellatio tam variis adtributa fuit fluminibus, ideo quoque in situ et nomine Cyri et Cambysis amnium variatum fuit. Sed si per Araxen illud flumen intelligamus, quod sic Romani appellarunt, quodque etiamnum nomen servat, iam non erunt distinguenda ostia Cyri et Cambysis ab ostiis Araxis; confluentem enim faciunt, non divortium. Araxes influit in Cyrum, uti non tantum Plutarchus [in Pompeio cap. 34.] et Appianus, [in Mithridat. c. 103.] sed et hodierna docet experientia. VOSSIVS. Quot putas in his prodigia esse? Iberes et Hyrcani (quanto intervallo seiuncti?) qui possunt sua flumina per unum os emittere? Ita Cellarius, exposito hoc loco, in Geogr. ant. 3, 18, 10. exclamat. Satis illa declarant, falsa hic Melam tradidisse, sed, quo minus ad veram rationem revocetur, obstant codicum omnium consentientes voces. Accedit, quod et bis eadem repetit Boccatius cc. ll. Plura Vol. 2.

Iaxartes) Vatic. Venet. Vindob. Havn. Lips. Gud. Rehdig. *Laxartes;* Prag. *Laxates;* Cibin. Voss. 1.

puto, et reliqui *Iaxartes*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 15. 17. 20. 23. *Laxartes*; 6. 7. 8. 10. 12. ceterae *Iaxartes*. TZSCHVCKE. Scribendum *Iaxartes* per *I*, non per *L* ex Plinio, [6, 15. f. 13 fqq.] Strabone, [lib. 11. p. 351. f. 510. et alibi] Ptolemaeo, [6, 14.] Q. Curtio, Marcellinoque. [23, 6.] BARBARVS. Varie huius fluvii nomen etiam in aliis corruptum adparet. Sic, ut hic, codices quidam apud Valer. Flaccum 5, 597. *Laxartes*, apud Solin. c. 52. f. 49. *Laxantes*. Boccatius, qui hunc Melae locum reddit, *Laxarus* fcribit et *Laxares*. Sic in libris Arriani de expedit. Alex. 3, 10, 13. Ὀρξάντης, Suidas Ἰαξάρτης, etfi hic Tanain interpretatur, Plutarch. in Alex. 45. extr. ex quo difcitur corruptio illa in Suida, et cur ad Tanain referat. Cf. Politus in animadverf. in Euftathium ad Dionyf. 2, 10. p. 109. Veram fcripturam fervarunt praeter fuperiores etiam alii. In fequenti nomine gravius aberrarunt librarii. Parif. 2. *Exoa*; Vatic. 3. *exons*; Prag. *exoiis*; Havn. *exōs*; Venet. *Oxus*; alii *Oxos*. Edd. 1. 2. 9. 13. *meos*. Tum fex MSS. A. Gronovii *Surdianorum*, reliqui *Sucdianorum*. Ex meis Cibin. cum Voff. 1. Vindobon. Rehdiger. Parif. 1. 2. 3. Prag. Gud. Havn. Ven. *Surdianorum*; Lipf. *Surchianorum*; Vatic. *Sogdianorum*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Surdianorum*; reliquae *Sogdianorum* ad Reinoldium, qui praetulit *Sugdianorum*, et hinc 43. 44. aliae. Notavi tamen *u* ex ed. 23. Hermolaus pro *Surdianorum* emendaverat *Sogdianorum*; recte omnino; nam alias libri et auctores inter *o* et *u* fluctuantur. Sic per *o* Strabo 11. p. 356. f. 517. et alibi, Herodot. 3, 93. 7, 66. Arrian. de expedit. 4, 18. et faepius, Plutarch. de fortit. Alex. orat. 1. p. 299. f. 328. ed. Lipf. Diodor. 17, 99. Stephanus h. v. Ptolemaeus 6, 12. et 13. Iuftin. 13, 4, 23. Plin. 6, 18. f. 16. et alii. Legitur tamen etiam Σουγδιὰς apud Dionyf. v. 747. ubi fic femel iterumque repetit Euftathius. Per *u* tenuit etiam confentientibus libris Schweighaeufer. in Appiani Syr. cap. 55. Quos igitur fi quis hic preffius fequatur,

utique cum recentioribus praeferendum eſt *Sugdianorum*, uti editur 1, 2, 5. *O* autem et *u* ſic paſſim in aliis nominibus variantur, veluti *Culchis* pro *Colchis*, de quo Baptiſta Pius ad Valer. Flacc. 5, 634. etſi de eo certius conſtat. Ceterum totum hunc locum ſic adponunt Voſſ. 1. et Cibin. *Iaxartes et deſerta Scythiae* (Cibin. *Scytiae*) *peragrans oxos ex Surdianorum* etc. Voſſius, qui eandem lectionem iam excitaverat, an ſic ſcripſerit Mela, dubium putat, verum tamen eſſe monet, Oxum magis peragrare Scythiae deſerta, quam vulgo exiſtiment.

f o n t e) Vindobon. *fontis*; Cibin. Gud. *fronte*. Cf. ad 1, 13, 3. Poſt pro *excurrens* Cibin. Vindobon. Rehdiger. Pariſ. 1. Mediolan. Lipſ. Gud. Vatic. Venet. Voſſ. 1. 3. *occurrens*; Leid. *ocurrens*; Prag. Havn. Vaticanus Voſſii et reliqui, puto, Gronoviani *excurrens*; cum ed. Voſſ. forte Pariſ. 2. 3. *currens*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *occurrens*; Vadiano in ed. 16. praeeunte 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, Gronovii ad 42. *currens*; poſt, duce Reinoldio, receptum eſt *excurrens*. TZSCHUCKE. Scripti duo *occurrens*; immo ſic etiam editio Iuntae et codex Mediolan. I. GRONOVIUS. In quibusdam libris *occurrens*. Sed quomodo flumen, ubi nullus eſt aeſtus, ſibi occurrere poteſt? Vel itaque vulgata, vel Vaticani libri, in quo *excurrens*, retinenda eſt ſcriptura. VOSSIUS *in appendice ad h. l.* Difficultatem vides magnam. At quis dixit, illum ſibi occurrere? Interrogatio penitus mendax. Imo elegantiſſime Mela, quoniam alii fluvii in eum incurrebant, dicit eum aliquamdiu ad occaſum ab oriente, in quo ſcilicet ſpatio accipiebat alios fluvios, occurrere, hoc eſt, currentem hic illic praeſto ſiſtere ad eos admittendos. I. GRONOVIUS *in nota poſteriori*. Arguta nimis altiusque repetita videtur haec explicatio. Nec Mela aliorum fluviorum incurſum amplius hic ſpectat, ſed, quem inde

flexum facit. Cum tamen plerique codices consentiant in *occurrens*, vel mutatum hoc est ex cognato *accurrens*, uti variatur apud Ciceron. ad diverf. 8, 8. in. et alibi, de quo cf. Oudendorp. ad Suetonii Calig. cap. 58. et Heyne ad Tibull. 1, 2, 25. et, qui eodem sensu poni docuerunt, Burmann. ad Velleium 2, 61, 2. et Scheller. in observatt. p. 57. vel positum est pro simplici *currens*, quod fieri, etiam in librorum diversis lectionibus, patet ex iis, quae monuerunt Gronov. ad Liv. 29, 34, 8. Graevius et Oudendorp. ad Suetonii Calig. cap. 26. Vorstius ad Valer. Max. 4, 4, 7. aliique. Neque solum eo sensu *occurrere* cum *ad* ponitur, sed et τὸ *ob* ipsum saepe nihil aliud in compositione innuit. Tum vero respicit locum vel plagam, occidentem, quo tendebat, quam verbi vim alii quidam librarii minus percepisse videntur.

Dahas) Venet. Lipf. Gud. Parif. 2. Rehdiger. *Dachas*; Vatic. 3. Parif. 3. Prag. Havn. *Dacas*; Vindobon. *adhas*; alii *Dahas*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 9. 11. *Dacas*; 8. *Dachas*; 15. 17. 20. 23. *Daas*, in aliis *Dahas*. TZSCHVCKE. Scribe *Dahas*, non *Dacas*. BARBARVS. *Dachae*, *Dacae*, et *Dahae* in aliis etiam aliorum auctorum MSStis et editionibus confunduntur, cuius exempla dabunt notata a viris doctis ad Livium 35, 48, 5. 37, 40, 8. Virgilium 8, 728. Silium Ital. 13, 764. Lucan. 2, 296. Iustin. 12, 6. extr. Curtium 4, 12, 6. et alibi. *Dachae* facile ex librariorum usu indicatur; sic *nichil* pro *nihil*; in *Dacae* haerent etiam multae editiones, veluti in Ptolemaeo 6, 10. ubi tamen Bertius recte posuit Δάαι, ut in Appiani Syr. cap. 32. Schweighaeuserus, in Solino cap. 20. s. 5. Salmasius, qui conferri potest p. m. 559. Nempe Dacae notiores, librariis certe, fuerunt. Sed et utrosque commiscent viri quidam docti eosdemque putant, in quibus Sigonius ad Livium 37, 40, 8. Dausqueius ad Silium 13, 764. Situs notatio litem facile dirimit discrimenque statuit. Daci enim

seu Dacae, si quis malit, in Europa sedem habuerunt, Dahae in Asia. Graecis quidem dicuntur plerumque Δάαι, sed Latini, ut in aliis, adspirationem iniecerunt. Non inepte omnino ed. 2. *Dasas* habet, cum et sic adpellatos eosdem esse diserte scribat Stephanus s. v. Δάαι. Tum Paris. 2. et Prag. omittunt *primum*.

Paesicas os) Coaluerunt hae voces in libris in unam, *Pesicasos*, uti est in Cibin. Rehdiger. et edd. quibusdam 1. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 11. 13. 17. Accesserunt postea corruptiones variae. Sic Paris. 3. *Pesicesos*; Vatican. 3. Prag. Lips. Havn. *Pesioarsos*; Venet. *Persicarsos*; Gud. *Prücasos*; Vindob. *Pescasos*; Paris. 1. *Pellicas os*. Edd. 15. 20. 23. *Persicasos*; aliae praeter superiores *Paesicas os*, tantum ex vitio Lugdun. 1646. et omisso *os* 32. *Paesicos*. Boccatius de fluminibus, ubi nostrum reddit, s. v. *Laxarus* habet *Bessicados*, sed s. v. *Oxus* scribit *Pesicasos*. *Paesicas os* legendum utique esse, facile intelligitur, et iam olim monuerat Hermolaus. Post Vindob. Rehdiger. Paris. 3. Vatic. Lips. Gud. Prag. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *aperitur*; reliquae et ex prioribus 10. 13. *aperit* cum aliis codicibus, uti iam emendaverat Hermolaus, et antiqua manus ad editionem 6. adscripserat. Nempe librarii, qui *Paesicasos* populum censerent, ita reponendum esse existimarunt, etsi et alias saepe syllaba *ur* activis adpendi solet. Vid. ad 1, 7, 3. et ad Eutrop. 7, 14. s. 9. In eodem errore de populo versatur Boccatius, qui cum in suo codice legisset *aperitur*, ita succurrendum putavit s. v. *Oxus* de fluminibus: *iter ad Mardos et Pesicasos illi aperitur*.

§. 7. *alia quoque dira)* Voss. 1. Cibin. ignorant vocem *alia*; Voss. 3. Paris. 1. 2. *aliaque dira*, quod tamen omnino Vossius ex libris veteribus notat; reliqui libri omnes et scripti et editi *alia quoque dira*

praeter Vossium, cui placuit dare: *aliaque dira*, et ex eo edd. 40. 41. 42. TZSCHVCKE. Habent libri veteres *aliaque*, non *alia quoque*. Vtrumque probum et Latinum. Sic *hodieque* pro *hodie etiam*; sic innumera alia apud Livium aliosque Augustei aevi scriptores. Vide de hoc loquendi genere responsum parentis ad animadversiones Scioppii. VOSSIVS. Nempe negaverat Scioppius, aurea aetate quemquam dixisse *hodieque*, quem etiam alii errasse docuerunt. Simpliciter tamen sic in aliis *que* pro *etiam* poni, gravioribus et certioribus exemplis adstrui debet. Immo ex compendio scribendi, quod et hic in Cibiniensi adhibitum erat, facilis non solum, sed et frequens fuit utriusque voculae commutatio, de quo prolixa est Drakenborchii disputatio ad Livium 5, 27. in. Cum igitur reliqui codices iique melioris notae (ex Zalusciano diserte etiam hic notatum erat) adferant *quoque*, non opus est, ad insolentiora recurrere. Vtrum vero ita legatur, offendere possit. Occurrit quidem apud nostrum non solum, sed et alios haec Graeci exempli structura, sed nusquam, nisi memoria fallit, additur *quoque*, sed *quidem*, vel simpliciter *alia* ponitur. Sic noster 3, 7, 6. *alia quidem flumina admittit, sed clarissima* — Sic Ovid. Fastor. 4, 689. 5, 99. Auget molestiam subiecta particula *et*, quae idem significat. Forte olim et hic fuit *quidem*, quod post transiit in *quoque*. Post Rehdiger. *tygres*, ut solet; Venet. *undique*; Vindob. omisit *ferunt*. Ceterum in Vineti editione hinc numeratur cap. 22.

Hyrcania) Codices mei omnes *Hyrcaniae*, vel *Hircaniae*, in qua terminatione consentiunt etiam editiones ad Vossium, qui reposuit *Hyrcania*, unde ad posteriores propagatum est. Solus ita exhibuisse videtur Parisiensis 1. In Vossianis, quia ipse nihil inde contra priorem lectionem profert, *Hyrcaniae* sine dubio etiam stetit. Tum post *ferunt* veteres editiones pleraeque distinctionis maximae signum ponunt, sic ut haec a praecedentibus

avulsa sequentibus adtribuantur. TZSCHUCKE. Luxatus est, ut opinor, ordo verborum. Legendum: *Sylvae, utique Hyrcaniae, alia quoque dira animalia, verum et tigres ferunt, saevum ferarum genus.* PINTIANUS. Forte vacat *utique Hyrcaniae.* CIACCONIUS. Duo postrema verba [*utique Hyrcaniae*] superant, et ex Virgilio [Aen. 4, 367.] desumta: *Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.* Vide Plinium lib. 8. [cap. 25. s. 18.] SCHOTTUS. *ferunt. Utique Hyrcaniae saevum* —) Atqui non Hyrcania sola fert tigrides, neque in illa sola saeviunt. Vide itaque, num locus hic hoc pacto sit concipiendus: *Silvae aliaque dira animalia, verum et tigres ferunt, utique Hyrcania. Saevum ferarum genus* etc. VOSSIUS. Perizonius ad 1, 9, 9. ubi hunc locum de usu et vi particulae *utique* adlegat, scribit, *utique in Hyrcania.* Forte sic legi voluit. Haeserunt omnes in voce *Hyrcaniae* tamquam in scopulo, varieque elabi tentarunt, cum aperta sint omnia et plana, dummodo *Hyrcaniae* adiectivi usu ad *Silvae* referas. Non enim solum Hyrcanus dicitur, et id quidem de populo maxime, (non enim semper) sed et Hyrcanius in gentili. Sic *Hyrcanium mare* Plin, 5, 27. 6, 15. s. 13. et 18. s. 16. Neque hoc insolens fuisse, satis docet Stephanus. Non igitur transposita sunt haec verba, neque temere intrusa, neque posterioris forma mutanda in *Hyrcania*, quod duriorem nexum efficiat, cum ad *silvae* tamquam primarium referatur. Mirum etiam videatur, si sic omnes librarii aberrare potuerint. Vndecunque vero ducta illa sint, de quo certi nihil statui potest, si vel ducta sunt ex Virgilio, Melae potius doctiori, quam imperitis librariis id dandum est. Cur de Plinii loco nulla iniicitur dubitatio? ut taceam, quos producit Barthius ad Claudian. de raptu Proserp. 3, 265. De interpunctione vero recte monuit Vossius. Revocavi igitur *Hyrcaniae*, sic ut eius distinctionem adhiberem.

genus) Prag. *gens*; post idem *et illis*; Vindobon. *ille longo*. In sequentibus Vossiani duo, Vatican. Prag. Cibin. cum edd. 1. 2. 9. 13. *praegressum*; in aliis legitur *progressum*, quod etiam propter consensum plurium retineri debet, etsi nec alterum hic damnari omnino potest. Vitiose autem Lips. Gud. Rehdiger. *pergressum*. *Genus* et *gens* inter se mutari, passim etiam codices nostri docent. Cf. ad 1, 16, 1. Post ridicule et imperite Vindobon. ut alia, *equidem*.

aliquotiens) Sic Lips. Rehdiger. Vindob. Gud. Prag. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 19. *aliquotiens*; Venet. et Havn. cum edd. 3. et 5. consensisse videntur; Cibin. *aliqn̄*; reliqui cum editionibus 13. 15. 16. 17. 18. 20. 21. et reliquis excepta, opinor, Vinetiana, *aliquoties*. Reinoldio duce rediit *aliquotiens*, quod exceperunt A. Gronovius in ed. 44. Kappius cum editore Norimbergensi. In Reinoldiana tamen ed. an. 1775. legi *aliquoties*. Priorem scripturam inserto *n* in hoc vocabulo et *totiens* probant veteres Grammatici Priscianus lib. 15. p. 1015. (Gramm. Putsch.) Caper de orthogr. p. 2241. Marius Victorinus artis Gramm. lib. 1. p. 2469. Suffragantur etiam antiquissimi codices, uti testimoniis productis confirmant viri docti, in quibus Pierius ad Virgilii eclog. 3, 72. Ruizius in Iaegeri Panegyr. vett. Tom. 2. p. 469. Drakenborchius ad Livium 44. 45. 10. aliisque. Accedunt lapides veluti apud Gruterum p. 715. 10. Quid tamen in utramque partem proferri posset, exposuerunt Dausquius in Orthogr. P. 2. s. v. *Quotiens* et Cellarius in Orthogr. Lat. T. 1. p. 336. ed. Harles. Cum perinde sit, in minus usitata, certe recentioribus librariis, forma adquiescendum putavi. Pro *coeperit*, quod agnoscunt plerique codices et editiones, Gud. et Rehdiger. *ceperit*, de quo cf. ad 1, 4. extr. Vadianae editiones variant; 16. *coepit*; 22. *coeperit*, posteriores et cum iis 30. 32. 37. *coeperint*, ut ad τὸ *ferarum* referatur.

ex eo) Vindob. *ex eo causa.* Post Paris. 2. Prag. omiserunt *ille.* Tum Vindobon. *auhere aut*; Rehdiger. *advehere.* Particulam *et* ante *rabiem* expulit Vadianus, et hinc exsulat in edd. 21. 22. 24. 25. omninoque in Vadianis, Olivarianis, quibus accedunt Vinetus, Schottus, Vossius et Gronovii in editionibus 40. 41. 42. reduxit Reinoldius et hinc sedem tenuit in reliquis, quam et illi addicunt, adprobante ipso nexu, codices et priores Vadiano editiones. Invenerat etiam eam particulam in tribus MSStis I. Gronovius et tuetur Cannegieterus ad Aviani fab. 35, 10. Nempe moverat Vadianum distinctio in verbis proximis alieno loco posita, cum tamen posterior huius narrationis inde a verbis: *hae proiectum — melius,* exordiatur.

astu frustraturus) Hunc ordinem praeferunt codices plerique, in quibus Vatic. Venet. Lips. Prag. Rehdig. Paris. 2. Gud. (*astru* hic praeterea) Voss. 2. 4. 5. Perizon. tres I. Gronovii, et qui ipsius erat A. Gronovii; ex aliis Ciaccon. *frustratus astu*; Voss. 1. Cibin. *astu frustratur*; Vindob. Augustinor. et in conlatorum silentio Paris. 1. 3. Havn. et A. Gronovii reliqui cum edd. etiam Reinoldianis, *frustraturus astu* ad 45. in qua A. Gronovius priorum codicum ordinem secutus est, quem et postea probavit Kappius et editor Norimbergensis. Idem tamen Vineti editio olim praetulisse videtur. Porro A. Gronovius distinctionem, quae in priori lectione post *frustraturus* ponebatur, et astu ad sequentia *unum de pluribus* proiiciebat, ad veriorem rationem, recepta etiam particula *et* ante *rabiem*, revocavit. *Astu* enim connexum cum *frustraturus*, uti et declaravit exemplo suo Reinoldius, melius subiectam explicationem praecedit, qua absoluta, quatenus raptorem spectat, apodosis de tigribus sequitur, uti etiam antea hunc locum legendum et distinguendum in nota monuerat I. Gronovius. Post Voss. 1. 2. Perizon. Paris. 1. (qui antea τὸ *unum* neglexit) 2. Lips.

Gud. Prag. Vatic. Cibin. ferunt *omiſſis*; Rehdig. *omiſſum*; utrumque etiam in tribus legerat I. Gronovius; Leidenſ. Voſſ. 3. Pariſ. 3. Vindob. *omiſit*; Venet. et Havn. videntur habuiſſe *omittit*. Edd. 1. 2. 9. *omiſit*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. ad Voſſium *omittit*, a quo repoſitum *omiſit*, quod et poſteriores adſenſu ſuo probarunt. TZSCHVCKE. *Omittit.*) *Omiſit* eſt antiqua lectio, quod perperam mutarunt. Nempe dicit, ubi raptor unum de catulis omiſit, illae proiectum excipiunt, et ad cunabula ſua referunt. Sic habent manu exarati libri, non *cubilia*, ut vulgo. VOSSIVS. Adſentitur in hac lectione, ſi cum I. Gronovio *et* ante *rabiem* inſeratur, etiam Cannegieterus ad Avianum c. l. quo tamen eiecto rectius cenſet *omittit*, quia et Plinius 18, 25. ſ. 18. Melam referens ſcribat *abiicit*. At diverſa eſt in Plinio narrationis forma, quae vulgari planaque via procedit; Pomponianae accommodatior eſt utique *omiſit*, uti recte docuit Voſſius. Inde etiam *omiſſis* in codicibus plerisque male enatum eſt, quod ad proximum referendum putarent librarii.

proiectum) Gud. *porectum*, quod aut traiectis literis valet *proiectum*, aut potius *porrectum*, uti Barthius ad Statii Theb. 6, 747. mutabat in Valerio Flacco 4, 268. et contra quidam malebant in Nepot. Chabria c. 1. ubi cf. Lambinus. Praeſtat hic propter adiuncta *proiectum*, uti deinceps *excipiunt*, pro quo Cibin. Vatican. 1. forte etiam Venet. et Havn. cum omnibus editionibus ad Voſſium dederunt *accipiunt*; illi altera lectio hodie recepta et a reliquis codicibus ſuffulta debetur.

cubilia) Ita omnes libri etiam Zaluſc. praeter Lipſ. et forte Pariſienſ. 1. in quibus eſt *cunabula*. Idem ex ſuis MSStis notat Voſſius, cui et ita edere viſum eſt, ſequente I. Gronovio in ſola ed. 40. TZSCHVCKE. Vnde iſta mutatio placuit Voſſio? Editi ante eum et MSS. quoque *cubilia*. An non ea vera vox? An non illuc

alludit Cicero Verrin. 2, 77. *Avaritiae non vestigia, sed ipsa cubilia videret.* Lucullus sic agnoscebat δειλοὺς κυνηγοὺς, ὥστε τὰ θηρία παρελθόντες ἐπὶ κενοὺς αὐτῶν φωλεοὺς βαδίζειν apud Plutarchum. [in Lucullo c. 8.] Hoc quum nuper monere neglexerim, nunc attendi oportebat: Aelianus XII. Var. Hist. cap. 39. ἔνθα εἶχεν εὐνὴν λέαινα. Plinius in Panegyrico [cap. 81. in.] *excutere cubilibus feras.* Seneca lib. 1. de clementia 3. *quo procedente, non tamquam malum ac noxium animal e cubili prosiliret, diffugiunt.* Nonne Apuleius lib. 5. [p. m. 164.] de serpente quum dixisset, postquam *sulcatos intrahens gressus cubile solitum conscenderit.* Pricaeus cum Aeliano conferens p. 275. κοίτην συνήθη ostendit explicari. I. GRONOVIVS. Latinis *cubile*, Graecis εὐνὴν et κοίτην de bestiis dici notius est, quam ut pluribus exemplis declaretur. Hinc utrumque variat Palaephatus 14, 2. et 15, 3. et Grammatici, notante in Palaephati indice ad v. εὐνὴ Fischero, εὐνὴ explicant per κοίτη. Poterat autem omnino locus Ciceronis in hunc usum praecipuus adponi ex lib. 2. de N. D. cap. 49. in quo legitur: *bestiae delitescunt in cubilibus.* Mirum tamen, unde codices quidam duxerint *cunabula*, quod rarissime ita occurrat, et fere poetica lege valeat. Neque simpliciter damnarim, aut abiecerim, si ad catulos solos pertineat, quod tamen, quo minus fieri possit, impedit adiectum *sua.* In proximis verbis haec invertunt codices. Vindob. *rursusque*; Prag. *cubilia referunt reversusque et saepius*; Rehdiger. *cubilia sua rursumque et sepius referunt rursumque et sepius remeant, atque idem*; Vatic. *remaneant* pro *remeant*; Vindob. *atque inde* pro *atque idem*; idem *evolat* pro *evadat.* Scite ad verbum elegans delapsus est, etsi *evadat* in hoc nexu ad periculum quaesitamque cursu salutem propius spectat. Similem variationem obiicere nuper memini Strabonis codices lib. 9. c. 3, 8. p. 512. in verbis φυγεῖν et πέτεσθαι. Ed. 14. *et profugus raptor.*

§. 8. *ambiguum —)* Prag. Vatic. 3. inverso ordine *aliquamdiu ambiguum*; Schottus legendum censet *ambiguum aliquando*, quod ad ipsam rem parum valet et minus illam emendationem necessariam facit.

ac sine fine) Paris. 2. Havn. Prag. *an sine sine*. Post Cibin. *prorciecta*.

Physicos) Venet. *phos* i. e. *philosophos*, latiori sensu nominis. In sequ. Vatican. Cibin. ignorant *qui*. Pro *circumfusum* Ciaccon. sine causa emendabat *circumfluum*. A vocibus: *Sed praeter* — cap. 23. numerat ed. Vineti.

Cornelius Nepos) Venet. *L. Nepos*. At diserte Cornelio Nepoti hanc narrationem tribuit etiam Plinius 2, 67. nec ille innotuit.

ut recentior auctoritate —) Vossius ex codicibus suis adfert: *ut recentior, ita auctoritate certior*. At, teste A. Gronovio, solus ita habuit Voss. 1. reliqui omnes *ut recentior auctoritate, sic certior*, nec aliter meorum plerique, in quibus Augustinor. praeter Cibin. et Paris. 1. 2. 3. qui concinunt cum Voss. 1. Priorem lectionem reddiderunt editiones omnes ad Vossium, qui posuit: *ut recentior auctor, sic certior*, eumque secuti Gronovii in edd. 40. 41. 42. inde antiqua lectio rediit, quam antea Reinoldius probaverat. TZSCHVCKE. Forte: *ut recentior aetate, sic certior.* Suetonius in Tiberio [cap. 5.] *Sed ut plures certioresque tradunt, natus est Romae.* CIACCONIVS. *Ut recentior auctoritate, sic certior)* Inepta lectio. Quid enim est *auctoritate certior?* Manu exarati libri: *ut recentior, ita auctoritate certior*, quod aeque ineptum. Scripsit Mela: *ut recentior auctor, ita certior.* VOSSIVS. Ad Vossianam lectionem inclinat etiam Bosius ad fragmenta Nepotis cap. 7. eamque locis ex

Plinio 6, 27. f. f. 31. et Tacito in Agric. 10, 3. productis, in quibus legitur *recens auctor*, corroborare ſtudet. Atque ea utique expeditior eſſe videtur. Facile enim τὸ *ita* adhaeſit praecedenti *auctor*, unde enatum ſit *auctoritate*; poſt, quod ſententiae concinnitas poſtularet, additum *ſic*. Qui enim *ita* habent, omittunt *ſic*. Quod ſi probetur altera lectio, per inverſionem dicta haec ſunt pro: *ut recentiori auctoritate, ſic certiori*, ut valeat idem, quod teſtimonio. Praetulerim tamen Voſſianam, dummodo a codice probetur. Iam vero viſum eſt edere: *ut recentior, ita auctoritate certior*; nempe per inverſionem pro certiori auctoritate; quod tamen nunc retulit ad *Nepos, ut recentior.* Ciacconii emendatio, ſenſu quidem commodo, nimis eſt arbitraria. Poſt *certior* Vadianus addidit repugnantibus omnibus MSStis et prioribus editionibus *tradit* ex Plinio 2, 67. forte. Ita tamen repetierunt 18. 21. 22. 24. 25. omninoque Vadianae, Olivarianae cum Vineto et Schotto, etſi hic in nota omittendum cenſuerat; minime etiam antea neceſſarium pronuntiaverat Ciacconius. Recte igitur Voſſius et conſentientibus reliquis expulerat. Pendet enim ſenſus a praecedente *dixerunt.* Quod Pelloutierius in diſſert. ad h. l. quae exſtat in Memoires de l'academie de Berlin T. 1. p. 177 ſqq. antiquiores codices de fide huius lectionis praetexit, id quidem de libris editis intelligi debet. Melae obtruſum cenſet etiam Boſius c. l.

rei) Cibin. *regi.* Tum Vindobon. *Metelum.* Poſt Cibin. Vindob. Rehdig. Vatic. 1. Gud. Ciaccon. *adicit*; Vatic. 4. Prag. *addicit.* Quae quidem, magis tamen prius, ita efferuntur more librariorum etiam in inſcriptionibus. Servius etiam ad Virgil. Aen. 9, 409. *conicere* pro *coniicere* antiquum eſſe notat, et ſic *adicere, ſubicere, inicere* perpetuo fere effert Cod. Mediceus, nec aliter Columella Lipſienſis monente Geſnero in Lexico ruſtico p. 3. quibus accedunt Pandectae Florentini. Sed exempla

in libris sunt obvia, et desideranti sistent Broukhus. ad Tibull. 1, 9, 54. Berneccer. ad Iustin. 5, 4, 7. Corte ad Sallust. Catil. c. 22. in. Perizon. ad Valer. Max. 6, 8, 7. Muncker. ad Fulgent. 3, 6. vir doctus in Miscell. Observatt. V. 1. Tom. 2. p. 181. Drakenborch. ad Liv. 1, 33, 3. et Garaton. ad Ciceron. pro Fonteio cap. 16. Sic supra 1, 19, 7. quidam codices in nostro *adicit*, et Rehdiger. 2, 6, 3. *obicit*. Non igitur necesse est, quod ex illa scriptura petere videntur Ciacconius et Schottus, legere *adducit*.

Galliae) Ita Ciaccon. tres I. Gronovii meique omnes, exceptis forte Parisiensibus et Havn. in quibus fuisse videtur *Galliis*, uti ferunt editiones 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. (*Gallis* tamen) 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. et hinc Vadianae, Olivarianae cum Schotto, Vossio, Gronoviis in edd. 40. 41. 42. Cibin. *Gallianae*, Edd. 15. 17. 20. 23. cum plerisque MSS. *Galliae*, quod praevio Reinoldio receperunt edd. 44. 45. reliquae, tuetur Plinius 2, 67. et res ipsa suadet. Cum de provincia hic sermo sit, Gallia dicebatur Transalpina et Cisalpina. Et sic Cicero in Pison. c. 2. dicit se provinciam Galliam in concione deposuisse, eamque, ut Metello Celeri traderet cogitasse, adfirmat in epist. ad diverss. 5, 2. Quam quidem Galliam fuisse citeriorem adparet inde, quia tunc utramque Galliam, unam Murena, alteram Metellus obtinuerant; uti docet Sallust. in B. Catilin. c. 42. f. Cum vero Murenae obvenerit Transalpina, uti constat ex Cic. orat. pro Murena c. 2. Metello relicta manet Cisalpina, quam ex praetore rexit, quia post demum (a. u. Varron. 694.) eum consulem fuisse scribit Plinius. Praetor autem fuit Cicerone consule a. u. 691. unde tempus, quo res accidit, discitur.

pro consule) Ita Cibin. Lipf. Gud. Rehdiger, cum quibus consensisse videntur etiam tres Parisienses et

Vindob. Alii, in quibus Prag. et, quod tacite innuunt conlatores, Vaticani, Havn. *pronconsul.* Editiones 1. 2. 9. 13. *pro consule*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. reliquae cum Schotto *proconsul*; Vossius, et qui successerunt, *pro consule.* In Plinii loco legitur *proconsuli.* Cum utrumque exemplis auctorum et lapidum probetur, illud hic in codicibus reperiatur, recepta lectio commode retineri potest. Sic variatur in Eutropio 7, 16. s. 10. et aliis. Quidam, in iis Manutius ad Cicer. epist. ad divers. 1, 1. praetulerint *proconsul*, ut pronepos, proavus; et sic Livius 22, 8, 6. dixit *prodictatorem*; alii posterius. Vid. si tanti est, quae disserui ad Eutropium c. l. et praeterea Cortius ad Sallust. Catil. c. 19. Drakenb. ad Liv. 3, 4, 10. et alibi. Antiquior forma fuisse videtur *pro consule*, dum paullatim progressione temporis utraque vox in unam coaluit.

Baetorum) Vox vexata varieque iactata. Gronoviani *Botorum* vel *Bothorum*; Voss. 2. *Betorum*; Ciaccon. *Getorum*; Vatic. 1. Cibin. Mediolan. (a I. Gronovio excitatus) Vindob. Lips. Gud. Venet. Rehdiger. *Botorum*; Augustinor. *Boorum*; Chis. A. Gronov. et aliqui, quos Hermolaus consuluerat, *Lydorum*; Vatic. 3. Prag. Paris. 2. *Lidorum*; Havn. *Ludorum*; Paris. 1. 3. opinor, *Baetorum.* Edd. 1. 2. 9. *Boorum*; 3. 4. 5. 11. 13. *Boiorum*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. ceterae ad Vossium *Suevorum*; hic dedit cum aliis *Baetorum*, excepto Reinoldio, qui praetulit *Boiorum.* TZSCHUCKE. Plinius [2, 67.] *a rege Suevorum*, non *Boiorum.* In quibusdam tamen Pomponianis codicibus nec *Boiorum*, nec *Suevorum*, sed ineptissime *Lydorum.* Pliniana lectio similior vero est, quod Suevi longe lateque imperitabant, maioremque, ut ait Tacitus, [de Germ. cap. 38.] Germaniae partem obtinebant. Erant et Boii Helvetiis contigui, unde Boemi, sive, ut idem Tacitus [cap. 28.] appellat, *Boiemi.* BAR-

BARVS. Forte *Baetorum*. CIACCONIVS. *Suevorum*) Ita hunc locum emendare conatus est Hermolaus Barbarus, cum prius legeretur *Boiorum*. Sed neque Boiis, neque Suevis, locus hic esse potest, cum Boii toti sint mediterranei, Suevi vero in nullo scripto codice compareant. Ego sic sentio, locum esse corruptum et veram esse lectionem, quam in optimis aliquot codicibus [vid. supra] reperi *Baetorum*, non *Boiorum* aut *Botorum*, aut etiam *Lydorum*, uti habent alii manu exarati libri. Baeti sunt Batavi. Sic quoque appellantur in lapide trilaterali apud nos reperto: IMP. CAES. ANTO AVG. COH. BAETORVM *P. E.* Strabo [lib. 7. p. 202. s. 292.] Βάτιους vocat Batavos; neque enim probo illorum coniecturam, qui Χάτιους reponunt. Nempe ab agro *Betua* vel *Battua*, uti habet Aimoinus monachus, variae istae promanarunt appellationes, quae in libris et in antiquis comparent marmoribus, quales sunt Bati, Baeti, Batai, Badai et denique Batavi. Verum de his in Batavis nostris. Sufficiat breviter ostendisse, Baetos istos Cornelii Nepotis esse Batavos, et perperam Suevos substituisse Plinium, more suo, ut iam multis in locis ostendimus. VOSSIVS. Locus incertissimus et aeque incerta est coniectura Vossii. Nam et regem dat Batavis, quod facit nullus veterum. [et quem sub Romanis minime habuisse docet Cluverius in Germ. ant. lib. 1. c. 39. p. 272.] I. GRONOVIVS *MStus*. Vossio adsentitur Bosius ad Nepotis fragm. c. 7. atque adeo in Strabone malit Βαίτοι. Vere tamen eum refutavit I. Gronovius. In Plinii lectione, quod notat Harduinus, consentiunt omnes codices, nec aliter inde refert Aeneas Sylvius in historia rerum ubique gestarum s. de Asia p. 283. (ed. Basil. 1551.) Post etiam illam lectionem tuitus est in nostro Pelloutierius, qui super hoc loco prolixius disputavit in histoire de l'academie des sciences — de Berlin T. 1. p. 177 sqq. Contra Rhenanus ad Taciti Germ. c. 43. coniicit, Melam scripsisse: *a rege Lygiorum*; Suevos enim continere Lygios, ad eamque

opinionem ſe deductum eſſe ait ex Hermolai Barbari nota, in qua ita in quibusdam codicibus legi adfirmatur. Difficile eſt in hac codicum ſententiarumque discrepantia arbitrum agere litesque componere. Corruptionis cauſa quaerenda videtur in prima litera, quae in alias converſa varia reperit nomina. Forte *Gotonum* ſ. *Gothonum* legendum, uti vocat Tacitus Annal. 2, 62. et de Germ. c. 43. Aliis iidem dicuntur etiam Γύθονες, *Guttones* vel *Gutones*, de quo vid. Cluver. in Germ. ant. 3, 34. p. 625. Eadem illarum literarum permutatio invaſit Strabonem lib. 7. p. 201. ſ. 201. ubi Βούτονες prodierunt. Iniecit hanc opinionem codicis Ciacconiani lectio, *Getorum*, quia Gothones poſt Gothi ſunt dicti et cum Getis paſſim mutantur. Accedit, quod noſter Germaniae litora commemorat, et Gothones in litore Suevici maris a Pythea ponuntur teſte Plinio 37, 11. ſ. 1. Denique reges habuiſſe, docet Tacitus in poſteriori loco, ubi diſerte illorum erga reges obſequium praedicat. Sed, quod dixi, certi aliquid ſtatui non poteſt. Adſentior interea Reinoldio in nomine *Boiorum*, quod probant meliores libri. Pro *terram* vitioſe Vindob. habet *trans*.

cognoſſe) Sic codices mei plerique, et editiones omnes; tantum 1. *cognoſce*. Sed Cibin. Rehdig. Prag. *cognoviſſe*, ſicut inter utrumque fluctuantur libri apud Valer. Max. 6, 8, 6. Ita ſimilia varie efferuntur apud Ciceronem, veluti *iudicaſtis* in Catilin. 4, 3. *decrerint* de provinc. conſul. c. 11. *donarit*, pro Balbo c. 8. in. *conſuerunt*, in Vatin. c. 10. in. et alia. Haec autem noſtri verbi forma etiam ab aliis frequentatur, e quibus cf. Cic. ad diverſ. 13, 6. f. Nepos in Lyſandro extr. et Eumene cap. 3, 4. Liv. 22, 3, 2. et Drakenb. ad 4, 19. in. et 22, 3, 2. ubi docet Livium hac verbi contractione delectari. Praeſtat igitur hic ſequi plurium codicum ſuffragia, in primis cum Livium in his imitari noſter ſoleat, et alibi contractiones adhibeat. Ceterum Venet. *requi-*

rendo se vi; Cibin. *quod vi tempestatum*; Gud. Rehdig. *Inditiis*; ille etiam cum Venet. *ab rectos*; denique Vindobon. omittit *aequoribus*.

emensosque) Paris. 2. Cibin. Venet. Prag. et margo edd. 27. 29. *emersosque*, cum edd. 9. 13. Tum Cibin. totum locum sic describit: *emersosque tandem in Germaniae* — neglectis verbis mediis; Venet. *emersosque, quae intraverant.* Post Vindob. Prag. *intereant*; Rehdiger. Vindobon. Lips. Gud. Prag. *exisse*. *Emersos* autem et *emensos* etiam alibi permiscentur, uti docent Tennulius ad Frontin. 1, 4, 3. Oudendorpius ad 3, 1, 2. ex Iustino, Curtio, Seneca, idemque ad Apuleii Metamorph. lib. 1. p. 12.

eiusdem) In Vindob. deest, uti post verba *et ideo deserta sunt.* Denique Prag. et Paris. 2. dat *gelu durata*, pro quo Prag. *gelu duratata*.

CAP. VI.

Continua fere serie hoc caput superiori adnectunt codices, eosque imitatae editiones veteres, veluti 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. nisi quod aliquae paragraphi signum interponunt. Ex codicibus Venetus titulum hunc praeponit: *Insularum, quae in Oceano sunt, descriptio.* Editionum aliae, inde a Vadiano (16.) ad Vossium inscriptionem ostendunt *Hispaniae et septentrionis insulae*; aliae a Vossio *Hispaniae exterioris et septentrionalis oceani insulae.* Ed. 10. in margine gerit verba: *Insulae Oceani*; 11. paullo post, ubi noster de Gadibus narrationem orditur, praeponit: *De insulis Oceani Hispanici.* Cibin. intervallo relicto haec a prioribus seiungit. Infra vero, ubi Britannia describitur, plerique libri divisionem, facta

inſcriptione, interponunt, itemque aliqui ante verba *Quae Sarmatis* — §. 8. ubi ſingula notata adiiciam. Vinetus hinc c. 24. incipit.

§. 1. *oris*) Cibin. *horis*, et alibi. Tum Rehdiger. *bethice*; Gud. *botice*. Edd. 2. 7. 8. 13. et aliae *Beticae*; 30. 32. 37. *Baethicae*. Pro *adhuc usque* Pariſ. 1. 2. Prag. cum editionibus inde a 16. (Vadiani) ceterae Vadianae, Olivarius cum ſuis, Vinetus, Schottus, Voſſius, Gronovii ad ed. 44. unde Reinoldii exemplo revocatum eſt *adhuc usque*, quod praeferunt Ciaccon. A. Gronovii codices omnes et reliqui meorum. Voſſius ex quibusdam notat etiam *adhaec usque*. Deinde Lipſ. *proſtrinximus*, et Cibin. *ignobile*, et poſt *adiacent etiam*. TZSCHVCKE. Videtur deſiderari praepoſitio *ab*, ut ſit, *ab angulo Baeticae*. PINTIANVS. Interponenda particula *ab*, et legendum: *quas ab angulo Baeticae*. CIACCONIVS. Meliores manu exarati codices legunt *adhuc usque*; alii *adhaec usque*. Vtrumque Latinum. Omnino ita ſcribendum: *quas ab angulo Baeticae adhuc usque perſtrinximus*. VOSSIVS. Legamus contra MSS. omnes, ut vult Voſſius, *ab angulo Baeticae*. An uspiam *angulum Baeticae* agnovit Mela? Lib. 3. cap. 10. Africae noviſſimus angulus ab eo agnoſcitur, non in oppoſita Baetica. Et certe ſi de angulo loquutus fuiſſet auctor, et praepoſitionem ſyntaxis requireret, an ea ſic evanuiſſet, ut in nullo prorſus MS. veniret obvia? Ego non dubito, quin Mela ſcripſerit, *quas ab iugo Baeticae adhuc usque perſtrinximus*. Alludit enim ad ſuperiora ſua lib. 2. cap. 6. *Illud* (Iunonis promuntorium) *iam in Occidentem et Oceanum obliquo iugo excurrens*. I. GRONOVIVS. Particulam *ab*, quae a libris abeſt, addendam eſſe monuerunt viri docti. Quaerit hic iuvenis, ubi iſtius anguli meminerit Mela? Atqui an non ſatis clare angulum illum deſcribit, cum dicit Baeticam maria utraque proſpicere; ad occidentem, Atlanticum; ad meridiem, noſtrum? Sed

et quomodo poteſt Iunonis promuntorium obliquo iugo in occidentem excurrere, niſi fiat angulus. Haec cum manifeſta et omnium oculis ſint expoſita, iſte tamen invenis legendum cenſet: *quas ab iugo Baeticae*, addens Melam alludere ad promuntorium Iunonis, de quo praecedenti egit libro. Verum an non recte loquatur Mela, niſi aenigmata ſcribat? Cum mille in Baetica magis conſpicua occurrant iuga, ac ſit illud Iunonis promuntorium, ubi nullus mons et vix modici occurrunt colles, quis demum vel divinando aſſequatur, per iugum Baeticae hic ſignari promuntorium Iunonis? At vero ſi vulgatam ſequamur lectionem, iam ſtatim intelligimus, non alium hic ſignari angulum, quam illum, quem iam deſcripſit, flexum litoris, ubi nempe ora Baeticae, quae meridiem ſpectat, in ſeptentrionem abducitur, et occidentem adſpicere incipit. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Voſſius oſtendit mihi, angulum ſatis clare deſcribi a Mela. Credas ita agi, ac ſi Mela de Baetica egiſſet, perinde ut egit de Scythis Aſiaticis, qui cum ſint ad Eoum mare, tamen ſpectant et ſeptentrionem, vel de Indis, qui in Eoum pelagus effuſi, tamen ſpectant quoque meridiem et Indicum mare. Nullus talis angulus in Baetica eſt. Promuntorium Iunonis nihil confert ad angulum, cum ſit modo promuntorium. Vt Baetica in utrumque mare ſpectet, nihil niſi fretum intercedens et Baeticae adſitum facit; non aliquis angulus. Ab freti uno fine ſpectat mediterraneum mare ac meridiem, ab altero Oceanum verſus Occidentem. In promuntorio ſemper ultimum cornu eſt inſtar anguli, non vocatur angulus. Quum negat Iunonis promuntorium obliquo iugo in Occidentem excurrere poſſe, niſi fiat angulus, aperte ſignificat, ſe ignorare, quid ſit obliquum iugum, etſi de eo iam egerit in obſervationibus. Quum dicit per iugum intelligi non poſſe Iunonis promuntorium, ubi nullus mons et vix modici occurrunt colles, gratias Voſſio agimus, quod

hactenus nos instruat; nam sufficiunt vel modici colles. Ipse enim sic explicuit ad lib. 2. cap. 2. iugum, litus excelsum, quo Melas sinus utrinque praecingitur. I. GRONOVIUS *in notis posterioribus.* Mihi haec videntur: Mela inde ab initio huius libri descripsit oras Oceani, exorsus a Baetica, uti cap. 1. declarat. Hinc progressus ultra Caspium sinum subsistit, et reversus ad Baeticae illum constitutum terminum, eodem ordine, quo antea oras, nunc adiacentes insulas persequitur. Iam vero angulum Baeticae minime hic memoravit, sed lib. 2. c. 6. extr. Iunonis promontorium, quod obliquo iugo in Oceanum excurrat, unde emendationi colorem adspergit I. Gronovius. At iugum illud cum sit promontorii in Baetica, durum videtur illud omnino Baeticae iugum adpellare atque inde sic initium cursus ducere. Deinde in voce tam nota vix suspicio factae mutationis in librarios conferri potest. Denique angulus mutua ratione dicitur, et praeter usitatam significationem (vid. 1, 19, 6. et 12. 2. 2, 5.) id etiam declarat, quod angulus altera parte efficit, nempe extremitatem terrae in acumen fastigio suo exeuntis. Hoc docet insignis locus 3, 10, 5. ubi haec leguntur: *Reliqua est ora Mauretaniae exterior, et in finem sui fastigantis se Africae notissimus angulus.* Ibi enim aperte eam Mauretaniae partem intelligit, quae ad Oceanum versus fretum fastigio suo excedit et prominet. Quodsi vero in eius extremitate est promontorium, Ampelusia, cui Iunonis adversum est in Baetica, a quo hic sine dubio exorditur, intelligi etiam debet locus, unde in Iunonis promontorium facto angulo terra excedit. Lubentius largiar, excidisse particulam *ab*, quae et excidere propter sequens *a* facile potuit. Porro *adhuc usque* ex MSStis recte est repositum, etsi ab altero nihil ipso sensu discrepat; pro hactenus tamen positum rarioris est usus. Tò *etiam* delet Ciacconius; vacare enim. Nempe retulit ad proximum *adiacent* cum antiquis editionibus.

non libeat) Desunt haec in Paris. 1. et post *attingit* in Vatic. 3. et Prag.

eaque angusto spatio veluti flumine a continenti abscissa) Hunc ordinem verborum praeeunt codices Ciacconii, potiores A. Gronovii et ex meis Cibin. Lipf. Gud. Rehdiger. tantum quod in duobus Ciacconii, et Lipf. legitur *eoque*. Prag. *fretum, adeoque* (sic et Vatic. 3.) *angusto spatio et* — Alii in quibus Vindob. alio haec ordine ponunt: *eaque a continenti angusto spatio et veluti* — nec aliter retulisse videntur Parisienses, Vaticani Venet. Havn. certe eodem contextu producunt editiones omnes cum Reinoldianis ad 45. in qua A. Gronovius priorem ordinem praetulit, sequente post Kappio. Quod superiora docent, uterque habet, quo se tueatur, cum nec orationis indoles repugnet; quare denuo mutare nolui. TZSCHVCKE. Forte *atque angusto spatio*; vel vacant voces *eaque* vel *que*. CIACCONIVS. Vtrumque in hoc nexu melius adest.

abscissa) Cibin. Lipf. Rehdiger. *abscisa*, uti ex quibusdam MSStis notat etiam A. Gronovius, diserte quidem ex Voss. 4. ad 2, 7, 14. in Vatic. 3. et Prag. plane hoc verbum deest. De crebra utriusque verbi commutatione dictum satis est ad 2, 7, 14. Tum Rehdiger. Vindobon. ed. 2. *proprior*, uti fit passim, veluti 1, 9, 4. 13. extr. 19. 16. 2, 2, 1. 7, 18. et 19. et infra 3, 8, 1. et 5. 10. f. Sic in Phaedri prol. 5, 8. in Cicerone pro Cluentio c. 10. ubi cf. Lambinus et Drakenb. ad Liv. 4, 17, 5. Pro *evecta* Vindob. *erecta*; Havn. *evectam*; Prag. *evectum*, et pro *litus* Venet. *latus*, quod et alibi observatur. Cf. infra ad §. 9. Post pro *Aegyptii* Paris. 2. Vatic. 3. Prag. Havn. *Egii*; Gud. Vindob. *egitii*. Tum Rehdiger. Lipf. Paris. 3. *operibus* pro *opibus*, male ut Prag. 3, 10, 5. et alii alibi, obtrusa lineola in litera *p*, quae contra alibi neglecta in diversam partem vitiatae

lectionis causa est. Cf. ad 1, 4. f. 1, 8, 6. viri docti ad Caes. de B. C. 1, 32. extr. Drakenb. ad Liv. 8, 16, 4. et quos hic memorat. In Vindob. abest vox *vetustate.*

Tyrii) Rehdiger. ut edd. quaedam veteres, in iis prima, post etiam 18. praeeunte 16. *Tirii,* quod tamen in melius mutatum Vadiani reliquae exhibent. Havn. Prag. *Ticii*; Cibin. *Cyrii.* Proximo verbo substituunt editiones omnes *condidere,* dum Reinoldius ex MSStis reposuit *constituere,* quod ab ed. A. Gronovii 44. et reliquis exceptum est. Ita nempe legitur in cod. Ciacconii, novem A. Gronovii, et meis omnibus, nisi forte Parisienses tres alterum obtulerunt. Sic *constituere* legitur 1, 19, 14. et Virgilio Aen. 12, 193. quae loca ab A. Gronovio adposita facile augeri possint. Subiuncta verba ita legit sola ed. 28. *cur sacrum sit.* Nempe cum in ed. 21. quam illa reddit posterior pars vocis *sanctum* neglecta absit, ita auctor eius supplendum putavit. Prag. *cum sanctum sit.* Tum Cibin. *ubi scita.*

numerus) Exsulat haec vox ab 8 MSStis A. Gronov. item Rehdig. Augustin. Cibin. Lips. Vindob. Gud. nec reperta esse videtur in Zalusc. et Parisiensibus. De plerisque libris testatur id etiam Vossius. Addiderunt tamen Vaticani Prag. Venet. Havn. Ex editionibus omittunt 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. inserunt 15. 17. 20. 22. 23. 24. 25. et omnino Vadianae, (inde ab altera ed. 22.) Olivarianae cum reliquis, praeter Reinoldium, qui iterum expulit; Schottus verba *annorum queis manet numerus* minoribus literis exprimenda curavit. Tum antea inter *quis* et *queis,* quod praeferunt edd. Olivarianae cum Schotto, Vossio et Gronoviis in edd. 40. 41. 42. (libri, ut in aliis auctorum locis, fluctuantur.) A Paris. 1. haec vocula plane abfuit. Pro *Iliaca* Vindob. habet *illicita*; Prag. *Iliata*; Rehdiger. *yliaca*; Vatic. verborum serie inversa *ab Iliaca*

tempestate numerus; Ciacconius adfert: *annorum numerus.* TZSCHVCKE. *Annorum queis manet numerus*) Falso haec quoque verba Pomponio obtruduntur. PINTIANVS. Suspicor glossema esse, et e margine huc irrepsisse; et recte, nisi me amo, aut humaniter fallor. SCHOTTVS. Abest vox *numerus* in plerisque veteribus libris. Recte vero abesse, nemo, qui Latine norit, diffitebitur. VOSSIVS. Hanc periodum, quam falso auctori obtrudi autumabat Pintianus, atque ex glossemate ortam esse suspicabatur Schottus, Pomponio adserit atque erudite illustrat Avus lib. 2. Observ. cap. 10. p. 285. [s. 222.] Ceterum vocem *numerus* ignorant octo MSS. et ed. Mediol. eamque facile abesse posse censebat Oudendorpius, nempe ut sensus huius loci sit; principia annorum sunt ab Iliaca tempestate; quis manet sc. templum. A. GRONOVIVS. Io. Fred. Gronovius c. l. contendit, annos, queis numerus maneat, esse, qui in temporibus deduci ac numerari possint, qui annalium memoriam non excedant, et hinc numerari et adsignari annis possint; atque idem velle Melam 1, 9, 8. his verbis: *Supra tredecim milium annorum aetates certis annalibus referunt.* Eius tamen filius, qui patris explicationem adfert et inlustrat ad Arrian. de exped. Alex. M. 2, 16. p. 87. ita repetit: quos manet numerus, cum pater legat *queis*, nisi illud est ex vitio. Equidem locum, minori inciso post τὸ *annorum* posito, sic explico: Annorum principia, quae numeris adferri possunt et notari, ab Troiano bello ducuntur; ultra incerta sunt omnia, i. e. templum est longe vetustissimum eiusque exstructio ultra Troianum bellum remota. Equidem *numerus* servandum utique censeo non solum, sed et reliqua a Pintiano et Schotto confossa ex veterum illo computandi more vera agnosco. Ceterum Vinetus, qui a voce *annorum* cap. 25. inchoat, post *numerus* interrogandi signum ponit, quod suo more in toto Mela facit Soonus. Ita tamen hic: *Annorum unde principia sunt? Queis manet numerus, ab Iliaca tempestate;* atque in

margine explicat; hoc eſt, quam longe memoria exſtat. De *quis* et *queis* cf. ad 2, 1, 2. et 2, 3, 3.

§. 2. *Erythia)* Varie corrumpitur. Vindob. ut edd. 1. 2. 9. 11. 13. *heritria*; Havn. Pariſ. 1. *Eritria*; Vatic. 1. Pariſ. 2. Venet. Lipſ. cum edd. 15. 17. 20. 23. *Erithria;* Vatic. 3. Prag. *Erithra*; Gud. *epithria*; Rehdiger. *eritna.* Edd. 3. 4. 5. 6. et reliquae *Erythia*; tantum 7. *Erithia*; 35. *Erytheia.* Similes huius nominis depravationes occurrunt etiam in aliis auctoribus, veluti Plinio 4, 36. ſ. 22. Avieno in perieg. v. 739. Sed vid. Heinſius et Drakenb. ad Sil. Ital. 16, 195. Salmaſius ad Solinum c. 23. ſ. 26. p. m. 201. viri docti ad Ovid. Faſtor. 1, 143. Burmann. ad Propert. 4, 9, 2. Beckius ad Schol. Pindari Olymp. 3, 79. p. 383. TZSCHVCKE. Scribo *Erytheia* cum diphthongo ει, Graecis enim Ἐρύθεια. Dionyſ. Afer περιηγήσει [v. 558.] Ἦτοι μὲν ναίουσι βοότροφον ἀμφ' Ἐρύθειαν. Sunt, qui *Erytheam* ubique excuderunt; contra alii Sibyllam *Erytheam* fecerunt apud Lactantium, [1, 6, 9.] quae *Erythraea* eſt. Non ignoro tamen, diphthongum illam ſaepe in *i* vel *e* longum converſam. SCHOTTVS. Sequens verbum *eſt* omittunt editiones inde a primis ad 42. recepit Reinoldius et hinc edd. 44. 45. et ſequentes. Forte tamen Vineti etiam editio antea habuit. Certe adeſſe volunt codices A. Gronovii et meorum plerique, in quibus Cibin. Vatic. Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. Vindob. Pariſ. 1. 2. reliqui pauciores ea voce caruiſſe videntur. Vtrumque cum ferat Melae oratio, maior ſuffragantium numerus reſpici poteſt.

Geryone) Levis eſt et uſitata corruptio, *geriona*, qualem oſtendunt libri aliqui, veluti Cibin. Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. Maior obiicitur difficultas ex ablativo, qui intelligi non poteſt, niſi durior ellipſis praepoſitionis *a* accipiatur. At aperta ſunt omnia et expedita, ſi dativum poſueris Graeca ratione, quam noſter et omnino

amat et in simili structura adhibet. Ita enim 2, 2, 6. *Rheso regnata quondam pars Thraciae*, ubi nemo dativum Graeca forma positum esse diffiteatur, aut dissimulet. Cf. ad 2, 4, 2. *Geryonae* autem frequentatum veteribus fuisse, docet antiquus genitivus *Geryonai* apud Lucretium 5, 28. unde etiam Heinsius pro *Geryonis* in Silio Ital. 3, 422. posuit *Geryonae* probantibus Drakenborchio et Rupertio, qui consulendi sunt de hac forma et praeter eos, quos indicant, quamquam dubito, an certa illa sint et perpetua, quae disputavit Drakenborchius. In Graecis enim triplex forma fertur, Γηρυονεὺς, Γηρυόνης et Γηρυὼν, uti docent Germanus ad Virgil. Aen. 8, 292. Eustathius ad Dionys. v. 558. et Etymol. M. s. v. Γηρυὼν, exemplisque probavit in primis Verheyk ad Antonini Liber. Metam. cap. 4. p. 27. Cf. et quos commemoravit Fischerus ad Palaephatum cap. 25. et in indice sub h. v. addito Oudendorpio ad Suetonii Tiber. c. 14. *Geryon* tamen passim viri docti in *Geryones* mutarunt, uti in altera editione Claudiani in Rufin. 1, 294. Barthius. In *Geryonae* tamen maiori numero consentiunt viri docti, quos laudat Drakenb. c. l. quibus addi possunt Burmann. ad Suetonii Tiber. c. 14. et Burmann. secundus ad Anthol. Latin. Tom. 1. p. 325. Quae si perpendantur facile adparebit, melius hic legi *Geryonae*, nec obstare codices, in quibus *ae* per simplex *e* efferri solet. Tum vero ita passim loquuntur poetae, quorum formas excipere et reddere noster solet; v. c. Virgil. Aen. 3, 398. *cuncta malis habitantur moenia Graiis.* Ovid. Trist. 1, 1, 127. *nobis habitabitur orbis Ultimus.* Lucan. 10, 73. *Pompeianis habitata manibus aula.* Sed haec nota. Reposui igitur et hic *Geryonae.* Plinius 4, 36. s. 22. etiam: *In hac Geryones habitasse a quibusdam existimatur*, uti leg. puto pro *existimantur*, quod invalide tuetur Harduinus.

fertiles) Scribo *agri adeo fertilis*, ut in India, [3, 7, 2.] *et tam feracis soli, ut mella frondibus de-*

fluant. PINTIANVS. Voff. 1. *fertilis*, quomodo Vinetus edidit, et Oudendorpius legendum coniecit. Sic etiam capite fequ. *Tam pinquis alicubi et tam feracis foli, ut in eo mella frondibus defluant.* A. GRONOVIVS. Artiori et concinniori nexu haec forma narrationem continet, et placidiori curfu labitur, quam, cum codex optimus praeeat Vinetique exemplum fuftineat, non temere probari puto. Sic fere 2, 7, 19. de Sardinia: *fertilis et foli quam coeli melioris.* Remoratur tamen hic, praeter alios codices, in primis Cibin. qui vulgatam praefert, tum quod non ad Erythiam folam haec verba referuntur, fed et ad reliquas fine certis nominibus infulas. Nihil igitur mutavi. Pro *adeo* Rehdiger. *ideo*; tum ed. 34. *renovantibus.*

minimum) Codices mei omnes, exceptis forte Parifienfibus, *minime*, uti edd. antiquae 1. 2. 3. 4. 5. 11. 12. 14. 19. ceterae *minimum*, uti recte et ex fenfu emendaverat Hermolaus Barbarus. Proximum vocabulum magis agitant. Ciaccon. omnes A. Gronovii ex meis Vaticani, Parif. 3. Lipf. Havn. Vindob. Rehdig. Cibin. *interdum*; reliqui cum editionibus fuis confenfiffe videntur. Nempe 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 12. 14. 19. *inter*; 6. 7. 8. 10. 13. 16. 18. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus, Voffius, Gronovii in 40. 41. 42. *interim*; 15. 17. 20. 23. Vinetus, poft cum Reinoldio 44. reliquae *interdum. Interim* emendaverat Hermolaus; ex melioribus et plerisque MSStis rectius repofitum eft *interdum*, etfi *interim* apud Quinctilianum aliosque poft Auguftum auctores paffim eodem fenfu frequentatur. Pro *meffes* Rehdiger. Vatic. 1. *menfes*; Vindob. *etiam plures menfes fuerunt*; Cibin. *ferant menfes*; Vatic. 3. *quam plures meffes ferant.* Poft Rehdiger. *Celthicis* et *habundant.*

Cafsiteridas) Parif. 3. Vindob. *Caffiderides*; Parif. 1. Vatic. 3. Prag. *Caffideridas*; Parif. 2. Lipf. Gud. *Cafideridas*; Cibin. *caffitheridas*; Vatic. 1. Ven. Havn.

Caſſiterides; Rehdiger. *Caſſiteridas*. Edd. 1. 2. 9. *caſiderides*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. ceterae cum Vadianis, Olivarianis, Vineto, Schotto, Voſſio *Caſſiterides*; 13. *Caſiterides*; Gronovii, Reinoldius et alii poſt *Caſſiteridas*, forma Graeca Melaeque uſitata, de quo etiam ex MSStis ſuis monuit I. Gronovius ad 1, 2, 3. Graecis, ut notum, Κασσιτερίδες. Antea Cibin. *quas* pro *plumbo*.

§. 3. *Sena)* Vatic. 3. Prag. *Scena*, uti variatur in Lucano 2, 407. Tum Rehdiger. *brittannico*; Vindobon. *britanico*, uti infra *britania* aliqui. Duplici *t* paſſim etiam in aliis ſcribitur, veluti in antiquiſſimo codice Florentino 1. Oroſii; vid. Havercampus poſt praefationem de orthographiae ratione in illo codice. Ita Graecos ſolere notum, nec niſi ex metri neceſſitate alterum abiectum eſſe a Dionyſio v. 284. monet ibi Euſtathius, quocum conſentit alius Scholiaſtes, quem Matthaei evulgavit Miſnae 1788. 4. Hinc et Latini poetae primam corripiunt. Sed cum haec cauſa ad proſaicam orationem nihil valeat, et praeterea numi aliaque monumenta ſimplex praeferant; ſola haec ſcriptura uſu probatur. Pro *Oſiſmicis* Vindobon. *oſſiſinicis*; Havn. *Oſſiſinicis*; Gud. *Oſſiſimicis*; Prag. *Aſſiſimicis*; Venet. *Oſſimicis*; Vatic. Lipſ. Rehdiger. *Oſſismicis*; Cibin. forte etiam Pariſienſes *Oſiſmicis*. Edd. 1. 2. 9. 13. *Oſſismicis*; 15. 17. 20. 23. *Oſinicis*; reliquae *Oſiſmicis*. Vid. ſupra ad 3, 2, 7.

Gallicenas) Vox, ſi qua alia, mire agitata et informata. Primum de librorum lectionibus, deinde de variis emendandi modis. Teſte Voſſio et A. Gronovio MSS. habent *Galligenas*, *Gallizenas et Gallicenas*. De meis haec: Vatic. Cibin. Gud. *Gallizenas*; Pariſ. 2. 3. Auguſtin. Rehdiger. Lipſ. Prag. Havn. *Gallicenas*; Vindobon. *Galicenas*; Venet. *Gallicinas*; Pariſ. 1. *Galligenas*. Editiones ad Schottum *Gallicenas*; hic dedit: *Galli Se-*

nas; Vossius et Gronovii in edd. 40. 41. 42. *Barrigenas*; Reinoldius et inde 43. cum reliquis *Gallicenas*. TZSCHUCKE. Vide, an legi etiam commode queat *Gallicinas*, ut *fidicinas*, *lyricinas*; carmina enim illis tribuit. PINTIANUS. Considerandum, an sit verior lectio divisa: *Galli cenas* vocant. Nam Gallici numinis oraculum illud erat. IDEM. Forte melior lectio erit: *Galli Benas vocant*. CIACCONIUS. Corrupte hactenus una dictione, *Gallicenas*. Hadr. Turnebus, Galliae ornamentum, *Galli Senas*, aut, ut ex vet. cod. *Zenas* restituit in Plutar. de defectu oracul. a se conversum, quem lege de facie in orbe lunae. [p. 710 sqq. Vol. 9. Lips. Vid. Turnebi Opera T. 2. p. 94.] Dionysius Περιηγητὴς quoque in istis Britanniae insulis a mulieribus Baccho sacra fieri testatur. Versus, quia multi sunt [a 570. ad 579.] non adscribam. *Senagallia*, vel *Senagallica* longe alia, de qua lib. 2. [c. 4. §. 6. ubi nempe quidam legunt *Senogallia*.] SCHOTTUS. Libri manu exarati habent *Galligenas* aut *Gallizenas*. Turnebus putabat legendum esse *Galli Senas*. Sed non puto, quemquam fore, qui hanc coniecturam admittat. Quis credat, Pomponium scripsisse, insulae Senae mulieres vocari a Gallis *Senas*? Scribo *Barrigenas vocant*. Glossae antiquissimae, *Barrigenae*, *peregrinae*, *barbarae*. In Philoxeni, Isidori et aliorum Glossariis Barginnae et Bargennae appellantur, accipiturque ibidem pro barbara quoque acclamatione. Non immerito aliquis existimet, Barginas dictas sacerdotes feminas, viros vero Bargos. Iidem vero sunt bargi et bardi. Sane glossae antiquissimae Puteanorum fratrum utrumque rectum esse docent. Quidquid sit, non dubito, quin Barrigenae dictae fuerint mulieres illae fatidicae, a quibus postea quicunque barbari, et quicunque inconditus sonus sic appellatus fuerit. Valde probo coniecturam Gronovii nostri, qui tritum istud Gallorum vocabulum *Baragoin* hinc originem accepisse existimat. Paullo post legendum: *sed non nisi deditas navigantibus*. VOSSIUS. Graevius ad Isidori glossa-

rium s. v. *Barrigenae* etiam ita in nostro legendum putat p. 8. ad calcem Lexici philol. Martinii. De ipsa illa voce cf. Fresne Glossar. s. v. *Barginna* i. e. funerum elator, vel etiam barbarus, peregrinus, et, qui plura congessit Savaro ad Sidon. Apollinar. lib. 6. epist. 4. ut de *barritu* Stewechius ad Veget. 3, 18. Cluverius de Germania ant. 1, 51. p. 325. Bochart. in Chanaan 1, 42. — Sic vir doctus ad exemplar ed. 1696. adscripserat a *barditu* s. *barritu*, i. e. clamore, qua de causa produxit Tacitum in Germ. cap. 3. ubi de bellicorum carminum recitatione dicitur, quasi sit clamor elephantis similis, quos barrire dicit Spartianus in Ant. Geta c. 5. a Lipsio autem eius vocis vestigia quaeri in voce *beren*, s. *baeren*, i. e. *clamare*. Cf. Bourdelot. ad Heliodori Aethiop. lib. 1. p. 35. Hinc vero Bardos derivat Wachterus in glossario German. s. v. *Bardi* p. 119. ubi etiam explicat, *clamare*, *cantare*. Humaniores enim Bardos et minus severos, quam Druidas, praedicat. Adtigit etiam nostrum locum Bochartus in Chanaan 1, 42. ubi pro *Galli Cenas*, uti adfert, mavult *Galli Coenas*, et suo more ex Hebr. כוהן, coen, sacerdos, derivat, cuius hoc sit femininum. Sic etiam explicat Boxhornius in Origin. Gallic. p. 17. idemque post repetiit Moyne in notis ad Polycarpi epist. p. 290. Bochartique sententiam tuendam suscepit in notis MSS. I. Gronovius. Mela, inquit, videtur titulum Gallice illis datum exprimere, quo dicebantur Gallici sacerdotes, tamquam tractantes sacra grandis illius regionis. Hactenus. Fusius, suo more, et doctius tractavit hunc locum, ex quo refert *Galli Senas*, Martin. in libro la religion des Gaulois T. 1. lib. 1. cap. 21. p. 177. Cum in inscriptionibus quibusdam in templo Parisiensi St. Mariae dedicato reperiatur *Senani*, hoc masculinum, illud, *Senae*, femininum putat, et de Druidibus intelligit, quod et inlustrat ex Gymnosophistarum secta utriusque sexus, qui dicti fuerint *Semnes*, Σεμνοὶ apud Clementem Alex. lib. 3. p. 451. ed. Reg. et Diogen. Laert. in prooemio; [§. 1. ubi

Σεμνόθεοι] ambos enim congruere.' Post idem T. 2. lib. 4. c. 15. p. 70 sqq. aeque prolixe de hac voce disserit, quam tamen coniunctam ponit, *Gallicenas.* Diu se credidisse ait, *Gallicenas* legendum esse, quod et sustineat Flavius Vopiscus in Aureliano cap. 44. qui fertur Gallicanas Druidas consuluisse de imperio apud posteros, qua voce addita a Britannicis et Germanicis distinxerit; et sic vocem *Vestalis* ex adiectivo transiisse in Substantivum. [Cf. idem in Numeriani vita extr. de Diocletiano.] An vero verbum hoc ita absolute, ut hic, positum occurrat, dubitare licet. Sic *Gallicani mercatores* dicuntur in Eumenii panegyr. ad Constant. Caes. cap. 12. et similia alibi. Tum Vopiscus in Numeriano c. l. Druida illam apud Tungros in Gallia Belgica memorat, et omnino scriptores histor. Aug. saepe addunt *mulier*, quod repugnat perpetuae virginitati in nostro, cum qua mulier coalescere nunquam poterit divulsa. Sed et idem Martin deinceps recurrit ad Celticam linguam, in eaque quaerit natales sic, ut comparet cum Gr. σεμνὸς, venerabilis, unde legit *Galli Senas.* Freret de la religion des Gaulois p. 405. (in Memoires de literature — de Paris T. 24.) retinet *Cenas*, vel vult *Kenas* a voce Gallica *Kenad*, vel *Kanad*, i. e. interpres, propheta. Quod quidam *Zenas* habent, τὸ *Z* priscis Gallis valere *S* ex inscriptionibus evincere studet Martin p. 74. c. l. Idem porro p. 70. esse, adfirmat, qui quidem *Galli Senas* legant, sed ex lingua Latina explicent, quasi *sex* fuerint; quos equidem ignoro. Keysler in antiquitt. Septentrion. p. 453 sqq. postquam Vossii aliorumque interpretum opiniones reiecit, *Galli Genas* legendum censet; nempe *Genae*, inquit, et *Queene* Germanis Celtisque feminae sacerdotes dicebantur. Tentavit et hunc locum Seldenus in notis upon Drayton's Polyolbion, Opp. Vol. 3. P. 2. p. 1736. et vel *Samanaeos* substituit, ab Indiae philosophis, de quibus Origenes contra Celsum T. 1. p. 342. ed. de la Rue, et Potterus ad Clement. Alex. Strom. 1. p. 359. vel

potius *Samnitas*, quas omisso *S* Dionysius v. 571. vocet Ἀμνίτας, quas in insulis prope Britanniam habitare et Baccho solemni ritu sacra facere dicit. Ducta haec ex Strabone lib. 4. p. m. 137. s. 198. qui parvam insulam commemorat, quam feminae Σαμνιτῶν incolant, Bacchi cultrices. Sed nec quidquam eorum ibi legitur, quae noster narrat et ostio Ligeris illa insula obiecta erat, ubi et Σαπινίτας ponit Marcianus p. 48. ed. Hudson. qui hinc ex Strabone Σαμνίτας malit, etsi posterior dubitatio facilius removeri possit. Aliam rationem iniit Cambdenus in Britannia p. 8. quippe qui existimat, latere hic vocem antiquam *Leanès* i. e. virgines sacrae, unde *Lean-Minister*, nunc *Lemster* descenderit, cuius testem adlegat Glossarium antiquum. Equidem in antiquae linguae Britannicae Lexico (Lond. 1632. f.) sub. v. *Llean* haec inveni: *Lean* virgo Vestalis, monacha, sacerdotissa. Hinc vero Cambdenus legendum censet *Galli Lenas*, coniectura ingeniosa et docta, quamvis, si summam spectes, redit ad superiorem illam *Galli Senas*. Difficile est, veram Pomponii lectionem stabilire. *Senas* offendit, quia ipso insulae nomine non videntur adpellatae; Vossii emendatio peregrinum nomen Gallici numinis sacerdotibus obtrudit; longius evagatur etymologia Bocharti; *Samnitas* nimis a codicum vestigiis recedit. Tum quaeritur, an divise scribendum sit, quod Vossius, opinor, recte refutavit. Ita vero praestat plerosque codices sequi, nec incertum incertiori rependere. Pintiani autem *Gallicinae* nec a codicibus adiuvantur, nec ab vi et usu linguae; de *Barrigenis* Vossii antea dictum est.

praedicare) Ita plerique codices et editiones etiam veteres; posteriores tantum Vadiani et Schottus cum MSS. Vatic. Prag. Havn. *praedicere*. Pro *deditas* codices plerique, in iis Cibin. cum edd. omnibus ad Vossium *dedita;* huic debetur *deditas;* Vatic. 3. Prag. *dedita opera*. TZSCHUCKE. Lego *praedicere*, non *prae-*

dicare. PINTIANVS. Forte *eo navigantibus edita.* Lucanus 9, 246. aut illud *dedita* eſt ſuperfluum. CIACCONIVS. Dele verba *apud alios*, et mox *praedicere* leg. et forte *didita*, ut Virgilius [Aen. 8, 132.] et Tacitus, [Annal. 11, 1.] vel *debita.* Nihil tamen demutare auſim. SCHOTTVS. Facile hic adblandiatur *praedicere;* alterum tamen, quod latius alias valet, hic propter *ſcire* praeferendum videtur. *Deditas*, quod Voſſius poſuit, a nexu adiuvatur, forte etiam a Pariſ. 3. cum Voſſii ed. conlato. Schotti *didita* nimis argutum eſt, et alienum. *Opera*, quod quidam libri addunt, ad gloſſas melius relegatur.

§. 4. *Britannia)* Hic plerique libri ſegmentum narrationi interponunt, 1) intervallo facto, vel etiam maiori litera *B*, uti Pariſ. 1. 3. Prag. Rehdiger. edd. 3. 4. 5. 6. 10. 12. 14. 19. 2) praefixa inſcriptione *de Britannia*, ut Lipſ. Gud. edd. 1. 2. 9. (capitulum 3.) 11. (capitulum 9.) 13. (capitulum 3.) vel *Britanniae deſcriptio*, ut Venet. edd. 7. 8. 15. 17. 20. 23. (in omnibus caput 3.) vel *deſcriptio inſulae Britanniae*, uti Pariſ. 2. 3) Vadianus, Olivarius cum ſuis et reliqui continua ſerie procedunt. Caput 26. eſt in editione Vineti.

dicentur) Vindob. *dicantur;* edd. 9. 13. *dicuntur.* Tum Cibin. *quippe et quam tam diu;* edd. 30. 32. vitioſe *cauſam;* 8. 13. *principium;* Lipſ. *aperit Caeſar principium;* in Pariſ. 1. deſunt verba: *clauſam aperit ecce principum.*

propriarum) Vadianus ante hoc verbum intruſit *qui*, receptum ab edd. 21. 24. 25. 28. omninoque Vadianis et Olivarianis, Vineto, Schotto, Voſſio, 40. 41. 42. Exegit Reinoldius ſequentibus edd. 44. et aliis. Certe ignorant codices I. et A. Gronoviorum, itemque mei omnes, exceptis forte Pariſ. 1. 2. et, Voſſio teſte, duobus optimis. TZSCHVCKE. *Et* alias. Codex meus, Aldus et antiqui

legunt: *propriarum rerum fidem, ut bello affectavit* etc. Ita Solinus cap. 65. [cap. 55. f. 52.] *res Indicas scripsit, ut fidem, quam oculis subiecerat, memoriae daret.* Livius fol. 238. [33, 32, 7.] *suarum aurium fidei minimum credentes.* — At forte vacant ea verba, usque ad *portat*, ut legi debeat, *ignotarum quoque gentium victor. Ceterum ut adhuc habuimus.* Posset etiam legi: *Qui incorruptam rerum fidem ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat.* Quomodo Seneca ad Marciam: [cap. 1.] *ad quos venit incorrupta rerum fides.* Pro propriarum reponi etiam possit *priorum.* CIACÇONIVS. *Qui propriarum*) Sic omnes etiam antiquissimi codices locum hunc exhibent. In uno tantum, eoque non admodum vetusto, hoc pacto scriptum inveni: *Propriarum rerum finem, ut bello delectavit.* Vulgatam lectionem probo. Sensus est: Claudium Caesarem affectasse bello istud efficere, ne quis in posterum de Britannia et rerum suarum fide dubitaret. Antequam enim Claudius eam patefaceret, incerta erant omnia, quae de Britannia ferebantur, nec constabat, utrum esset insula, an alterius orbis initium, an nomen vanum; quia non satis credebatur iis, quae de hac scripsit Caesar. In veteri epigramm. ad Claudium, de capta Britannia: *Fabula visa diu, medioque recondita ponto Libera victori quam cito colla dedit.* Addit deinde Mela, illum etiam triumpho declaraturum, Britanniam non nomen esse tantum. VOSSIVS. In neutro MS. exstat pronomen relativum, nec desidero. I. GRONOVIVS. *Qui* abest a plurimis libris, sed non a duobus optimis, quos praecipue secuti sumus. Quod autem hoc pronomen non se desiderare dicat iuvenis, esto, sed desiderat ipsa ratio. Valde enim hiulca et inconcinna erit compositio, si omittatur. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Desiderat Vossiana ratio ipsa insulsa. I. GRONOVIVS *in nota posteriori.* Durities aliqua in vulgari lectione inesse videtur, quam intulit τὸ *ut* nimis longe a sede sua legitima proiectum. Cum tamen omisso illo pronomine

intelligi ea possint, abesse etiam, volentibus tot libris, potest. Ciacconius sine causa ad varias formas locum invertit, ex quibus solum adridet *priorum*, quam vocem cum *propior* et *proprior* commutari in nostris etiam libris aliquoties vidimus, et sic possit ad res Caesaris referri, quas Claudius non inlustravit solum, sed et confirmavit. Melius tamen *propriarum* retinetur, et ad ipsum Claudium refertur, qui, cum antea aliorum res gestas scriptis exposuisset, (vid. Sueton. c. 41.) suas nunc ipsis factis probare suoque exemplo et usu confirmare cuperet.

Ceterum ut —) Gud. *ad hoc ceterum habuimus inter.*

proiecta) Sic omnes libri scripti, uti etiam notatur a Ciacconio de suis ad 1, 1, 3. et in varr. editionum 27. et 29. nec minus editi ad Camertem (12.) qui maluit *profecta.* Acceperunt praeter cognatas (14. 19.) post etiam 16. 18. 21. 24. 25. Vadianae omnino et Olivarianae cum Schotto. Vinetus, post Vossius aliique reduxerunt *proiecta.* TZSCHVCKE. Lege *porrecta*, ut lib. 1. cap. 1. [§. 3.] *Ab ortu porrecta in occasum.* Et lib. 2. [c. 7. §. 5.] *Recto iugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur;* aut *proiecta*, ut Aldus et V. C. vel *provecta*, quomodo *evecta* hoc cap. et *vecta* lib. 2. cap. 3. [§. 9.] *a septentrione in meridiem vecta.* CIACCONIVS. *Proiecta*, non *profecta*, ut infra hoc capite: *contra Germaniam proiecta*, ubi tamen et *provectae*, vidi, qui legendum censerent. SCHOTTVS. *Proiecta* libri meliores. Alii malunt *provecta*, vel *porrecta.* VOSSIVS. Cum linguae usus verbum *proiecta* tueatur, retinenda est librorum veterum lectio. Plinius 4, 30. s. 16. et Martianus Capella lib. 6. p. m. 215. simplex ponunt: *Britannia inter septentrionem et occidentem iacet.* Sed, qui Melam et hic exscripsit, Iornandes de reb. Get. cap. 2. id ipsum verbum, *proiecta*, reddidit. Possit et *porrecta* probari, quo verbo

utitur Solinus c. 25. f. 12. dummodo addixerint codices. Tum vero Mela fimpliciter fitum indicat, extenfionem, cuius notionem involvit τὸ *portigere*, adtingere noluit. Sed vid. de hoc utriusque verbi discrimine Bentleius ad Horat. 3. od. 10, 3. et in primis ad epod. 10, 22. Oudendorp. ad Lucan. 9, 432. Burmann. ad Propert. 2, 7, 22. qui etiam utriusque verbi in libris commutationem notavit.

dein) Fluctuantur ex more libri inter *dein* et *deinde;* hoc legitur in Lipf. Rehdiger. Vindob. — et editionibus ad Reinoldianas Gronovianam 44. et reliquas, in quibus adparet *dein*, quod nec codicum, veluti Gud. exemplis, deftituitur. Poft Rehdiger. *oblique;* Cibin. *litora*, quod et notat margo edd. 27. 29. pro eo 30. 32. vitiofe *latere*. Tum Vindob. *alio Galiam*, hinc in Prag. deeft *altero Germaniam*, quam pofteriorem vocem Schottus mutari volebat in *Iuvernam*, et pro *perpetuo* in edd. 6. 7. 8. 10. 11. 15. 17. 20. pofitum eft *perpetua*. Aliae editiones (etiam 23.) cum MSStis praeferunt *perpetuo*. Maiori numero variant libri, etiam fcripti, 3, 1, 7. ubi cf. notata.

tergore) Ita MSS. A. Gronovii, ex meis Vatic. 1. Vindob. Parif. 3. Lipf. Cibin. Venet. Gud. Prag. cum editionibus omnibus ad Voffium, qui praetulit *tergo*, fequentibus Gronoviis et Reinoldio; Kappius ad prius *tergore* rediit; *tergo* probavit editor Norimbergenfis, ubi quidem dederunt Vatic. 3. Prag. Havn. forte etiam Parif. 1. 2. Poft quidam codices, veluti Cibin. Rehdiger. Lipf. Prag. quibus addi poffe puto Vatic. Venet. Havn. Parifienfes, *abducta;* Gud. *obducta*. Prius adparet in editionibus ante Reinoldium et Gronovianam 44. unde pofterius fucceffit, quod tamen legi in ed. 7. TZSCHUCKE. *Abducta.)* Forte *obducta*, ut lib. 1. cap. 21. *Qua mari propior eft, (nifi ubi aperitur,) aequali margine obductus.*

Et lib. 3. cap. 3. *Germania, quia septentrionem spectat, Oceanico litore obducta est.* CIACCONIVS. Forte *a tergore obducta se in diversos* etc. SCHOTTVS. Sententiam bonam in verbo *abducta* esse negat Latinitas; et ipse auctor longe aliter τὸ *abducere litus* usurpat in ipsa Gadium descriptione. Egregie MS. legebat *obducta*, quo notat basin vel tertiam lineam ad conficiendum trigonum apponere. I. GRONOVIVS. Quod e libris producit Gronovius *ab tergo obducta*, id potest admitti, cum et ultimo libri primi capite, et hoc ipso libro de Germania sic loquatur. Si quis vulgatam sequatur lectionem, quae et in Vaticano et plerisque fere exstat libris, ad significandam facit Britanniae magnitudinem. Cum tamen in veteribus membranis invenerim *ab tergore ducta*, pro *ab tergo reducta*; libenter credo, sic Melam scripsisse. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Ciacconius atque etiam Parens ex MS. Gudiano malebant *obducta*, nec aliter Exc. MS. 2. atque ed. Mediol. Vin. Exon. [Reinoldii.] A. GRONOVIVS. Eadem utriusque verbi commutatio et alibi a libris obiicitur, uti in Virgil. Aen. 9, 764. ubi cf. Heinsius. Etsi vero proprie differunt, ut docuerunt Grammatici veteres Charisius lib. 1. p. 54. Servius ad Virgil. Aen. 1, 211. tulit tamen usus, ut promiscue ponerentur. Sic *tergum* pro *tergus* dixit Virgil. Aen. 1, 368. 7, 94. contra Phaedr. 2, 1, 11. Sed plura dabunt Servius ad Virgil. Aen. 5, 351. Heinsius ad Sil. Ital. 2, 547. et Burmann. ad Propert. 2, 20, 6. Recte igitur *tergore* hic cum plerisque MSS. ferri potest. Et sic utique noster 1, 13, 2. scribit: *Corycos oppidum — angusto tergore continenti adnexum.* Proprie positum legitur 1, 5, 2. Alterum verbum *obducta* satis vindicarunt viri docti. Quam autem saepe *ob* et *ab* invicem misceantur, notissimum est, et eodem exemplo adparuit 1, 3, 2.

cuneat triquetra) Lips. *triquatra;* forte voluit *triquadra*, quae variatio notatur etiam in Caesare de

B. G. 5, 13. Iornande de rebus Get. cap. 2. (qui cum Melae narratione conferri debet) et in veterum disputationibus agitata eſt, uti adparet ex Quinctiliano 1, 6, 30. Et ſic Oroſius 1, 2. dicit, *triquadrum* eſſe terrarum orbem. Vſus tamen et conſuetudo illud praeferunt, et hic codices etiam alii omnes tuentur. Gud. *ſe iterum — cuneat.* Edd. 15. 17. 20. 23. *cunea triquetra*, altero *t* abſorpto; 30. male *cuneant.* Poſt plerique codices habent *his*, ut edd. 1. 2. et iterum cum Reinoldianis 43. 44. et reliquae, cum antea in *iis* mutatum transiiſſet. Sed haec crebro occurrunt. Cf. ad 2, 6, 7. et alibi.

§. 5. *ſaltusque ac)* Secundum Voſſium optimi libri pro *ſaltus* habent *lacus.* Contra A. Gronovius novit tantummodo *nemora ſaltusque.* Mei variant. Cibin. Pariſ. 3. *ſaltus ac;* Vatican. 1. Pariſ. 1. Zaluſc. Lipſ. Gud. Rehdiger. *ſaltusque ac;* Vatic. 3. Venet. Havn. Pariſ. 2. Prag. *lacusque ac.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. ad Voſſium *ſaltus ac;* hic dedit *lacus ac* et cum eo 40. 41. 42. Reinoldius vulgavit *ſaltusque ac*, quod poſt receperunt edd. 44. 45. aliae. TZSCHVCKE. Optimi libri pro *ſaltus* habent *lucus.* Nempe ſic videntur mutaſſe iam olim, quia nullus in Anglia inſignis lacus. Verum Britannia etiam comprehendit Scotiam, quae abundat lacubus, iisque magnis. Hoc tamen ignoravit Pomponius, cuius ſeculo non niſi obſcura fama ſuperiores inſulae partes noſcebantur. VOSSIVS. Satis ſic ipſe lectionem a ſe receptam confodit. Offendit librarios *ſaltus* propter praecedens *nemora*, quae tamen ſenſu diſcrepant, et hinc recte etiam a Lucretio 5, 1385. coniunguntur. Forte *lucus* olim adfuit, quod facile transiit in *lacus*, pro quo gloſſa ſubiecit *ſaltus.* Ceterum a verbis *fert nemora* Vinetus c. 27. incipit.

alternis motibus) Haec ad *fluentia* in Vindob. deſiderantur. Cibin. fert *alterius motibus*, uti in nota

repetit Ciacconius, quare et priorem vocem superfluam esse censet. Lipf. et Havn. lepido lapsu *alternis montibus*. Quaedam ed. 25. exemplaria: *modo pelagus*.

et quaedam) Cibin. *et quidam*. Schottus delet *quaedam*, quod tamen locum suum apte occupat.

a continenti) Cibin. cum ed. 32. *a continentia*; Vindobon. Prag. *ab incontinenti*. Antea Lipf. *in occulti omnes*.

aliarum opum) Scribo: *ita alienarum opum ignari magis*. PINTIANVS. Sine causa. Nempe illis contenti vivunt. Tum Vatic. Lipf. Gud. Prag. Cibin. Rehdiger. *magis aliarum opum ignari*. Edd. 15. 17. 20. 23. *aliarum opum magis ignari*. In Parif. 2. *magis* abest, uti post in Parif. 1. *pecore*. In Vindobon. legitur *tamen pecore*, uti in ed. 1. *tm̄ pecore*, quod idem valet. Tum Lipf. *fetubus* pro *finibus*; Rehdiger. *frugibus*; hoc quidem melius, etsi vulgata recte habet.

vitro) Plerique codices habent *ultro*; Parif. 1. Lipf. Prag. Gud. Havn. Augustin. Vatic. 3. *ultra*. Editiones *ultro* ad Vossium, qui primus reposuit *vitro*, uti videtur exstare in Parif. 2. si recte siluit eius conlator. TZSCHVCKE. *Ultro*) Addenda est, ut puto, dictio *glasto* a librariis *praeterita*, ut fit: *ultro corpora glasto-infecti*. Caesar quinto commentariorum [cap. 14.] *Omnes vero se Britanni ultro glasto inficiunt, quod coeruleum efficiat colorem, atque hoc horridiore sunt in pugna adspectu*. Meminit et Plinius lib. 22. cap. 1. PINTIANVS. Addendum dixi verbum *glasto* ex Caesaris commentariis et Plinio lib. 22. in ipsis statim initiis; nunc repudiata sententia, locum, ut prius erat, relinquo, quod in Caesaris et Plinii scriptis emendatisque codicibus ea vox minime legatur, neque omnino Latina sit. Debes hunc locum

Hieronymo Suritae. IDEM. *Luteo* legit Victorius. [in Varr. lect. 19, 3.] Turnebus vero *vitro* [Adverfar.] lib. 6. cap. 17. Adde Caefarem lib. 5. B. G. Pintianus putat addendam dictionem a librariis praeteritam, ut legatur, *ultro corpora glafto infecti*; fed hunc locum retractat dein, quia *glafto* non habetur in exemplaribus correctis Plinii et Caefaris, relicta veteri fua lectione. Servius ad Virgilii Georg. 4, 335. *hyali faturo fucata colore* adnotat *vitreo, viridi, Nymphis apta.* CIACCONIUS. Quidam *glafto*; alii *ultro* in *luteo* minori audacia commutarunt. Ego vero fcripturam veterem B. F. repraefentare malui. Turnebus *vitro* tentabat pro herba, apud Oribafium Medicum, [lib. 11. fub h. v. pag. 421. in conlect. medicor. H. Steph.] quomodo et apud Caefarem comment. 5. belli Gall. et Vitruvio lib. 7. cap. 14. de Architect. legi vult lib. 6. Adverfar. cap. 17. quomodo et MS. fuo legi Fulvius Urfinus affirmat. Pet. Victorius lib. 19. Variar. lect. cap. 3. *luteo* in Caefare mutat, tametfi *ultro* in vetuftis exempl. MSS. reperiatur. Franc. vero Hotomannus *lutro* ex Diofcoride transpofitis elementis. *Glaftum* vero vox barbara putatur. Atqui Plinius lib. 22. cap. 1. utitur, ubi Britanniae feminas hoc fe tingere affirmat: ἰσάτιν, ni fallor, Theophraftus et Diofcorides affirmant, coeruleum colorem exprimentem. Et Britanni ipfi barbari tunc habiti. *Gleffum* etiam a *Gleffaria* infula Germanorum apud Solinum cap. 23. [f. 20.] legitur. Quare cur omnino reiiciat Pintianus Hieron. Suritae affenfus, non video. SCHOTTUS. *Vitro*) Sic primus locum hunc reftituit Turnebus. Idem quoque ab eodem mendo liberavit Caefarem et Vitruvium, [cc. ll.] apud quos fimiliter *ultrum* pro *vitro* legebatur. Vitrum vero herbam effe, quae coeruleo colore inficiat, ac Ifatin a Graecis vocari, fatis iam docuerunt viri docti. Praeter illa, quae attulerunt teftimonia, idem quoque apparet ex Apuleii tractatu de herbis, non illo, qui prodiit, fed altero, qui penes me exftat, auctiore multo et

emendatiore editis. Ille itaque ſic: *Herba Iſatis, alii Aogigneme, Prophetae Apeſion, Itali Alutam, alii herba bitrum.* Scribendum vero: *Herba Iſatis. Alii Augionem, Prophetae Aroſion, Itali Rutam, alii herbam vitrum.* Alio quoque nomine *glaſtum* vocabatur haec herba, et ſic Plinius 22, 1. Inepte vero Salmaſius [ad Solinum p. m. 180.] et hoc loco et ubique pro *glaſto* iubet reponi *guaſtum*, nempe quia vulgo iſatin *guadum* vocant. Non hoc illi excidiſſet, ſi ſciviſſet, herbam hanc vetus ſuum nomen etiamnum ſervare apud Cambrobritannos. Apud hos enim frequens eſt Iſatidis proventus, et *glas* appellatur. Quin et coeruleum colorem ſimiliter *glas* vocant. Medii aevi Germanis planta haec *geliſto* dicta fuit. Sic enim habent manu exarata exemplaria auctoris, qui ſub Macri nomine iam ſaepius in lucem prodiit: *Iſatis a Graecis eſt vulgo Geliſto vocata, Non modicum quaeſtum praebens tinctoribus herba.* VOSSIVS. Sunt igitur, quod ex prolixis disputationibus virorum doctorum intelligitur, variae de reſtituenda vera lectione ſententiae. Corruptam enim in libris vocem ferri, nemo dubitavit, etſi et alibi, veluti in Caeſare c. l. qui idem refert, *ultro* et *ultra* ex libris notat etiam Oudendorpius, ipſi tamen interpretes in diverſa abeunt, et inter *luteo*, *luto*, *lutro*, *nitro*, *vitro* aguntur. *Glaſtum* praeterea probat Bourdelotius ad Heliodori Aethiop. lib. 1. p. 13. *Vitro* poſt Ciacconium et Oudendorpium praetulit etiam Morus, quia in Graecis reddatur γλαστόν. Amplexi ſunt eandem vocem Germanus ad Virgil. c. l. Salmaſ. ad Solin. c. l. Pontanus in auctar. Gloſſar. priſco Gall. voce *Glaſſus*, et Cambdenus in Britannia lib. 1. p. m. 8. (Amſtel. 1646.) quae et hic levi immutationis ope facile adridet. Proxime ad veram hanc ſcripturam accedit locus in Marcello de medicam. cap. 23. p. 346. (ed. Steph.) qui ſic habet: *herba, quam nos utrum, Graeci ἰσάτιδα vocant, qua infectores utuntur.* Deſcripſit ἰσάτιδα Oribaſius c. l. quamvis, ut alii veteres medici praeter Marcellum, de

Latino nomine nihil adiecit. Edidit etiam de illa commentariolum Heur. Crolachius, sed nusquam ille dicit vitrum vocari locorum corruptione motus. Vid. etiam Pontanus in chorogr. Daniae descr. p. 679. Quin *glastum* idem vocatum sit, non dubitare sinunt Graeca Caesaris. Cambdenus vero c. l. Anglis id esse dicit hodie *Woad*, colorem *Glas*, unde *vitrum* potest intelligi. Aliae emendationes satis iam explosae sunt. Ad aliam tamen lectionem deducere videtur Iornandes cap. 2. ubi pressius Melam sequitur. Ita vero, *ob decorem*, inquit, *nescio, an aliam ob rem ferro pingunt corpora*, uti etiam, notante Saxio, legitur in cod. Ambros. Legendum tamen potius videatur *pungunt*, sic ut alio rem traduxisse et stigmata illa notissima intellexisse videatur; certe ex Pomponiana lectione *ferro* vix exsiliat.

Causas tamen bellorum) Multis haec modis vertuntur. Venet. Lips. Gud. Vindob. Paris. 1. Cibin. Ciaccon. Rehdiger. et plerique Gronov. *causas tamen bellorum et* — nec aliter Vatic. 3. Paris. 2. Havn. tantum *bellorum ac;* Prag. *bello ac bella trahunt;* Voss. 3. Leid. *causas autem bellorum, et;* Vatic. 1. cum ed. 23. Paris. 3. cum ed. Vossii consensisse videntur. I. Gronovius *tamen* in 3. suis fuisse testatus est; de sequentibus nihil adtulit. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. reliquae ad 42. *Causas autem et bella* paucis exceptis. Nempe 15. 17. 20. 23. *causas autem bellorum et;* Vinetus *causas tamen bellorum et;* Prius praetulit Reinoldius, posterius edd. 44. 45. cum Kappio. Solus Schottus dedit: *Causas autem bellorum ex libidine.* TZSCHUCKE. *Causas autem et bella)* Aldus: *Causas autem bellorum et bella contrahunt.* Lego: *Causas autem bellorum ex libidine contrahunt, ac se frequenter* etc. ut supra in Germania: [2, 3, 2.] *Bella cum finitimis gerunt. Causas eorum ex libidine accersunt.* PINTIANUS. Suffecisset dicere, *bella contrahunt.* Sed, quod iam saepe monuimus, scriptor hic in tanta brevitate

eſt nimius. De ſimili loquendi genere, vide, quae ſuperius [3, 4, 1.] diximus. VOSSIVS. *Cauſas autem et bella*) Nihil huc facit adverſativa coniunctio, et legendum *tamen*, ut eſt in tribus MSS. referendo ſenſu ad ſuperiora; nempe, etſi ſint opum ignari, tamen cauſas et bella contrahunt, ac ſe frequenter invicem infeſtant. Opes ſunt fons et origo bellorum; has igitur quum non aeſtiment, immo ignorent; etiam ne belli quidem notitiam habere ſupponeres. Sed non ita bene cum illis agitur. Alia furia eſt, quae eos exagitet; gaudent abigere vicinum. Hinc inter eos etiam tum cauſae bellandi, tum ipſa bella. Iſta eſt mens Melae; et totum hoc ita nexum conſiderari debet, non ea modo, quae ſequuntur, ut obnitens Voſſius exigit. I. GRONOVIVS. Quod *autem* dederim pro *tamen*, in eo quoque veteres ſecutus ſum membranas et editionem principem; cum cauſa, quamobrem bella contrahant, clarius ex iis, quae ſequuntur, quam iſtis, quae praeceſſere, intelligatur. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Voculam *tamen*, MSStis etiam adiutus, in nota, quam coniunctam exhibui, ſatis vindicavit Gronovius. Mirum tamen, cur plenam codicum lectionem reddere negligat, quod certe de Gudiano adfirmare poſſum. *Bellorum* duriter abeſt et ex ſequ. arceſſitur.

ac ſe) Cibin. Pariſ. 3. Vindob. Rehdig. Vatic. 1. et forte Venet. Havn. *ac ſic*, uti legitur in editionibus ad Schottum, qui, a Pintiano admonitus, ſequente poſt Voſſio et reliquis, repoſuit *ac ſe*, quod praeter alios codices ſuſtinet etiam nexus. Ex prioribus ed. 5. negligentia tantum librarii protulit *ac ſi*. Mox Prag. *prolatandi ea;* poſteriorem vocem ignorant Vindob. et Ciacconii, qui et ipſe eam redundare iudicat.

pedite) Ita omnes libri, tantum antea Cibin. *niſi equitatu modo*. Diſplicuit tamen illa vox Pintiano, qui ſubſtitui malebat *peditatu*. Cauſa in aperto eſt. Sic Iul.

Caesar de B. G. 5, 47. ubi plura dederunt Davisius et Oudendorpius. Sed, ut in aliis variare eodem modo solent auctores, nec se fatali lege constringi patiuntur, ita etiam in iisdem verbis fecisse exempla docent. Sic Liv. 26, 6, 6. Frontin. 2, 2, 11. obponunt *equitatus* et *pedes;* Orosius 6, 8. *equitatus* et *pedestres copiae.* Vid. Dion. Vossius ad Iul. Caesar. de B. G. 4, 24. ubi etiam Pintianum ex Iornande refellit, qui de reb. Get. cap. 2. extr. ubi Melam repetit, *equitatu* vel *pedite* etiam habet. Nimis superbe talia saepe fastidit Pintianus. Si quid mutandum, malim *pedites.* Sed sequentia hunc tenorem servari volunt. Rehdiger. subiicit: *Sed bigis, verum et bigis et curribus.* Voces *et bigis* delet Ciacconius.

armati) Ita volunt omnes libri. At Pintianus et haec emendat, et alterutro modo scribendum censet, aut *curribus Gallicis armati*, aut *curribus Gallice armatis.* Posterius magis adrideat, cum primaria notio versetur in *curribus.* Ciacconius coniicit *Gallico armatu*, i. e. armatura, uti apud Livium 37. [c. 40. f.] *eodem armatu Cares.* Eandem lectionem placuisse avo ad Livium 26, 5. [§. 3. quod quidem ex editis non adparet] monet hic A. Gronovius, et producit Taciti locum Histor. 5, 22. ubi haec, paullo tamen hinc remotiora: *ruunt per vias, pauci ornatu militari, plerique circum brachia torta veste et strictis mucronibus.* Dici sic potuisset, sed unde sic dictum esse probetur?

covinos) Cibin. *cominos*, uti quidam in Silio 17, 417. Lips. Gud. Rehdiger. Vatic. 1. Venet. *covinnos;* Vatic. 3. *curvinnos;* Prag. *curvinos;* reliqui cum edd. *covinos*, tantum quod 23. *convinnos*, et Vinetus *covinnos.* Ciacconius coniicit *connos*, quasi sublata, et ablegat ad Cornelium p. 743. quae quorsum pertineant, nisi forte ad etymologiam, non capio. Sed duplex *n* praetulerunt ex melioribus libris Heinsius et Drakenb. ad

Silium c. l. et Oudendorp. ad Lucan. 1, 426. uti olim dederant in Sidonio Apoll. carm. 23, 321. et in Martiale aliisque passim legitur. Propter potiores codices nec hic eam rationem, praeeunte Vineto, sequi piguit, etsi incertam saepe eam esse non ignoro. Cf. et Scheffer. de re veh. 2, 22.

§. 6. *Super)* Sic codices A. Gronovii et mei cum editionibus praeter Lugdun. 1646. Olivarianae familiae, Vineti, Vossii, Gronoviorum 40. 41. 42. et Reinoldianis, in quibus legitur *supra*, uti variatur in Tibullo 3, 2, 10. 4, 1, 66. Cf. Schwartz. ad Plinii Panegyr. cap. 61. p. 286. et notata ad Eutrop. 9, 18. Illud adfirmante A. Gronovio probaverat etiam Perizonius, favetque praeterea usus Pomponii in indicanda cursus progressione. Cf. ad 1, 2, 5. Vinetus hinc incipit cap. 28.

Iverna) Vatic. 3. Vind. Paris. 3. Gud. *Niverna;* Paris. 1. *Riverna;* Prag. *Niverana;* Lips. Havn. Paris. 2. *Nivernia;* Cibin. Vatic. 1. Augustin. *iuverna;* Mediol. Voss. 4. *Iverna;* Rehdiger. *cluernia;* Venet. *Hibernia.* Edd. 1. 2. 9. 13. *Niverna;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. ad 40. 41. 42. *Iuverna;* 15. 17. 20. 23. *Ibernia;* Reinoldianae et hinc 44. 45. cum ceteris *Iverna.* Casaubonus, notante A. Gronovio, ad Strabonem lib. 4. p. 138. s. 201. locum ita constituit: *Super Britanniam Ivernia est, paene par spatio et utrinque aequali tractu litorum oblonga.* Difficile est decernere, quid sit eligendum tamquam a Mela vere profectum vel omnino eius aetate usitatum, cum magna hic scriptorum obiiciatur dissensio. Ita nempe Strabo c. l. et alibi Ἰέρνη et Aristoteles de mundo cap. 3. f. quem etiam sic translulit Apuleius. Hinc vero νῆσος Ἰερνὶς Orpheo in Argon. v. 1179. *Ierne* τρισυλλάβως Claudian. de consul. Honor. 4, 33. et de laud. Stilic. 2, 251. *Iuverna* s. *Iuberna* Iuvenal. 2, 160. Οὐεϱνία s. Βεϱνία Eustath. ad Dionys. v. 566.

etsi Berkel. ad Stephan. p. 420. pro Βερνία vult Ἰβερνία; idem tamen ad v. 668. simpliciter habet Οὐερνία. Ἰουερνία Marcianus p. 57. (Hudf.) Agathemer. 2, 8. Ἰουερνία, ut in Ptolem. 2, 2. ubi tamen Cod. Palat. Ἰουουερνία. In Iulio Caes. de B. G. 5, 13. est *Hibernia* (in Cd. Ursini *Ivernia*, in Gr. Ἰβερνία) priorque etiam forma (*Hibernia*) in aliis cernitur, veluti Plinio 4, 30. s. 16. Taciti Agric. cap. 24. Solino c. 25. s. 22. Geogr. Ravenn. 5, 32. omninoque in posterioris aevi auctoribus, pro quo Aethicus (ad calcem ed. Gronov. 42. p. 730.) *Hybernia*, uti hic legendum adscripserat antiqua manus in exemplari ed. 6. Quae scripturae varietas, veteribus frequentata, adparet etiam ex Stephano, apud quem diversis locis reperitur Ἰέρνη, Ἰουερνία et Ἰουέρνη, quae quidem illi est urbs. Tum vero inde discitur, veteres sine adspiratione protulisse, antiquiorem formam fuisse *Ierne*, successisse *Iuverna*, Melae in primis aetate, quo etiam corruptiones ducunt in *Niverna*. Cum igitur in ea plerique libri consentiant, placuit et eam hic repetere. *Hibernia* serius invaluit, et a librariis passim obtrusum videtur.

utrimque) Vindob. Prag. *utrumque;* Gud. *utcunque.* Tum iidem et plerique alii cum editionibus omnibus ad Vossium habent *aequalis* adposito distinctionis signo; inde successit *aequali*, quod habent Vossiani aliqui, Rehdiger. et forte Parisienses. TZSCHUCKE. *Aequalis.*) Aut mendosus locus, aut μνημονικὸν σφάλμα reliquis adnumerandum. Caesar enim Iulius, a quo mutuatur: *Ad occidentem solem*, (inquit comment. 5. belli Gallici cap. 13,) *est Hibernia, dimidio minor, ut existimatur, quam Britannia, sed pari spatio transmissus, atque ex Gallia, est in Britanniam.* Vnde aliquando hanc coniecturam feci, scripsisse Pomponium, *sed utrimque inaequalis;* praepositione, ut solet, facile in priore voce absumta et deperdita; vel potius, *sed utrimque aequalis traiectu; litorum oblonga. Traiectum* enim vocat, quem

Caesar *transmissum*, voce compendio scribendi corrupta, hoc vero Hellenismo, *oblonga litorum*, C. Sallustio et Corn. Tacito communi, non intellecto, ideo et falsa interpunctione obscurata lectionis veritate. Vetat tamen meus pudor fidesque in tractandis religiose libris antiquis, ne quid temere sine MSS. immutem. Eruditi lectoris iudicium facio. Lib. 2. c. 1. *saeva hiemis* dixit, et alibi saepe. SCHOTTVS. Ex melioribus libris reposuimus *aequali*, sensu ita postulante. VOSSIVS. Recte. Ita vero iam antea hunc locum emendaverat Casaubonus ad Strabonem lib. 4. p. m. 139. s. 201. tum pro *sed* posuerat *et*, quamquam illud locum tenere potest, cum sic forma discrepat a Britannia. Post pro *luxuriosa* Vatic. Paris. 1. 2. Rehdiger. offerunt *luxuriosas*; Gud. *luxuriosas herbas*. Tum Vindob. *sed et dulcibus*; Havn. *pabula*; Lips. *pastas*; Vindob. *dessileant* et *conditi*.

ignari pietatis —.) Libri mei hunc locum sic constituunt: *omnium virtutum ignari* (Cibin. Zalusc. addunt *magis*) *quam* (deest in Vatic. 3.) *aliae gentes, aliquatenus tamen* (Paris. 2. *tantum*) *gnari*, (Rehdiger. Vindob. *ignari*,) *pietatis admodum expertes*. Paris. 1. 3. tantum haec servasse videntur: *omnium virtutum ignari*. De Vossianis mox ipsum Vossium audi. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. *ignari, quam aliae gentes, aliquatenus tamen gnari* (1. 2. 9. *ignari*) *pietatis admodum expertes*; 16. 18. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae cum Vineto eandem formam referunt, interposito tantum *magis* post *ignari*; Schottus dedit: *ignari, pietatis admodum expertes*, uti posteriores Vossio, qui recisis ultimis verbis, *pietatis admodum expertes*, haec sola posuit: *omnium virtutum ignari*. TZSCHVCKE. *Magis quam aliae gentes, aliquatenus tamen gnari*.) Haec etiam verba non recte Pomponio adscribuntur; magis videntur hominis defensantis honorem Iuvernae, quem dolebat tanti

auctoris elogio imminutum. PINTIANVS. *Ignari magis*) *Magis* particula redundat, eamque nec Aldus habet, nec antiqui. CIACCONIVS. *Pietatis admodum expertes*) Ab editione Vossiana absunt hae voces, neque, utrum de industria expulsae, an imprudenter omissae, constat. Nos nullam causam vidimus, cur non restitueremus, quum sint in MSS. Nec vero desunt rationes, cur probae notae sint. Certe nihil est, unde colligas esse appendicem glossematis, quod, ut in aliis, ita et in Mediolanensi exstat libro. I. GRONOVIVS. Quod expunxerim ea verba, id ideo feci, quod manifeste appareat, ea esse appendicem glossematis praecedentis *magis quam aliae gentes aliquatenus tamen gnari*, pietatis *admodum expertes*, quomodo in Vaticano et in omnibus, quos vidi, antiquioribus scriptum inveni libris. In quibusdam, sed recentioribus, omissis prioribus, sequentia tantum comparent, quod non probo; neque enim iuvat, si quis existimet, ideo haec a Mela dici, quod Strabo [lib. 4. p. m. 139. s. 201.] referat, incolas Iuvernae cum matribus et sororibus misceri. Idem enim de omnibus Britannis refert Caesar: [de B. G. 5, 14.] *Uxores habent deni duodenique inter se communes, et maxime fratres cum fratribus et parentes cum liberis.* VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Verba *aliquatenus tamen gnari* aperte adsuta sunt et male sedulo defendendendi studio nata. At vero illa: *magis quam aliae gentes*, et, *pietatis admodum expertes* dubio nimisque incerto iudicio damnari videntur, et vel melius sic servantur integra, vel omnino omittuntur, quod praetulerim, cum adiectum *expertes* colorem formamque orationis Pomponianae minime referat, nisi quis contra libros τὸ *ignari* eiicere malit. Tum vero *admodum*, utcunque explices, minus bene convenit, immo et Melae, ni fallor, et nexui aptius fuisset: *omnium virtutum ignari, pietatis utique.* Pietatem enim ex omnibus virtutibus in primo loco et maxime exposito conspiciendam ponit, recteque id fieri, ipsa Vossii nota patitur. Movit tamen

librorum auctoritas, ut non solum haec intacta relinquerem, sed et in summo eorum consensu, cum aliunde nihil obstet, reciperem verba: *magis quam alias gentes*, quippe in quibus potior causa latere videtur, cur in libris spuria illa accesserint.

§. 7. *Orcades)* Codices mei et editiones (praeter 23.) ad Vossium *Orchades*, uti scribunt libri in Martiano Cap. lib. 6. p. 215. Solino cap. 22. s. 25. Isidori Origin. 14, 6. Vossius, quod iam ferebat ed. 23. recte et sequentibus ceteris emisit *Orcades*, ut in aliis auctoribus viri docti. Gr. Ὀρκάδες. Sed et *Orcades* ex hoc loco Melae addito eius nomine adfert vetus Scholiastes Iuvenalis ad 2, 160.

ductae) Sic Ciaccon. et plerique alii codices, praeter Voss. 1. Vatic. 1. et Cibin. in quibus est *deductae*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 13. *ductae;* 6. 10. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vossius *diductae;* 7. 8. 15. 17. 20. 23. *deductae;* Gronovii, Reinoldius, et alii *ductae*. TZSCHVCKE. *Ductae)* Scribendum *diductae*. Plinius [4, 30. s. 16.] *modicis*, inquit, *inter se diductae* [immo *discretae*] *spatiis*, ubi de Orcadum Ebudumque numero plura quaedam notavimus. BARBARVS. In omnibus fere, quae vidi, exemplaribus vetustis scribitur *ductae*, in uno tantum *deductae*. Quidquid Grammatici argutantur, certum est, pro eodem saepe accipi vocabula haec, *ductae, abductae, deductae* et *diductae*. Plinius [c. l.] interpretatur *discretas*. VOSSIVS. *Ductae)* In controversiam venire nequit, quin ita scripserit Mela. Sive id posuerit pro discretae, ut loquitur Plinius, sive simpliciter a natura positae et iacentes. Plane ut Ovidius lib. 2. Metam. [v. 26.] *ductae* [immo ibi *positae*] *spatiis aequalibus Horae*. I. GRONOVIVS. Perizonius, praeeunte Hermolao, quem Vinetus aliique secuti fuerunt, malebat

diductae. A. GRONOVIVS. Ita etiam legit Pontanus in chorogr. Daniae descr. p. 717. Contra Ouwens in noctibus Hagan. 2, 17. p. 308. malebat *seductae* ex Ovidii Metam. 1, 80. ubi: *recens tellus seductaque nuper ab alto Aethere.* Sed minime opus est hac lectione, quae sine codicibus obtrudatur; nec eget illa emendatione hic locus. Non enim Mela dicere vult, seorsum positas esse et suis locis secretas, sed, quod praecedentia declarant, remotas inter se paullum, ita quidem, ut in magno licet numero amplam tamen eius maris partem occupent. Et sic seriem longam angustis spatiis interruptam denotat. Tum vero *diductae* revocandum videtur, ut aptissimum et praeter editiones veteres optimis etiam MSStis probatum. Quod enim in his reperitur *deductae*, aperte positum est pro *diductae* ex solemni utriusque voculae commutatione, et male Vossius *deductae* et *diductae* promiscue dici putat, uti docuit etiam supra ad 2, 5, 6. I. Gronovius. Suadent idem etiam, qui nostrum ante oculos habuerunt Plinius c. l. et Boccatius de maribus s. v. *Orcadus Oceanus*, quorum ille exponit *discretae*, hic *distinctae*. Et hinc Martianus Capella lib. 6. p. 215. *Orcades pene conjunctae.* Dedi ergo, immo revocavi *diductae*, quod ex ed. Vossii retinuerat editio Norimbergensis. *Diductae* enim non simplicis modo verbi notionem includit, sed et ipsam insularum dispositam seriem apte auget.

Haemodae) Ciaccon. ex suo codice adfert *Hemodae*, ex suis A. Gronovius *Haemode* et *Haemodes*. Mei vel *Haemode* (ut Cibin.) vel *Haemodae* (Vatic. Rehdiger. Gud. quo usus etiam est A. Gronovius) vel *Hemode* (Lips. Prag.) vel *Aemodae* (ita videntur Paris. 1. 2.) denique *Hemodes.* (Paris. 3.) Solus Vindob. *canodes.* Editiones ad Vossium usque *Hemodes* vel *Haemodes*; ille dedit *Aemodae* cumque eo edd. 40. 41. 42. inde cum Reinoldio positum *Haemodae.* TZSCHVCKE. Non *Emo-*

des, sed *Ebudes* fortasse legi possit, nisi quod contra Germaniam eas constituit. *Ebudes* vero contra Galliam potius habentur, ultra Hiberniam ac Britanniam, si Ptolemaeo [2, 2.] credimus. In Plinio [4, 30. s. 16.] quoque septem scribuntur *Hemodes*, sive, ut nunc legitur *Acmodae*. BARBARVS. Plinius quoque septem numerat. Sunt iuxta alio loco Haebudes insulae, quarum Mela non meminit, nisi quis pro eo, quod est, *septem Haemodes*, *quinque Haebudes* substituere velit, quod equidem non fecero, etiam si Hermolaus indicet; nam plerumque, quae nota insigniaque sunt, nescio an scribendi celeritate, an industria potius sive brevitatis studio Mela praeteriit. VADIANVS. An eaedem sint alia est quaestio, suo loco excutienda. In ipsis tamen Melae verbis illam mutationem libri minime admittunt. Retinui igitur, quod codices praebent, praemissa adspiratione, quam etiam notante Harduino addunt MSS. in illa Plinii adpellatione. Ita vero *Heduus* et *Aeduus*, *Haemus* et *Aemus*. Cf. ad 2, 2, 2. de harum insularum scriptura Cluver. in Germ. ant. 3, 40. p. 663.

vectae) Magna hic obiicitur varietas. Ciaccon. *versae*. A. Gronovius ex plerisque notavit *vecte*, ut ex suo I. Gronovius. Mediolan. Chis. Gud. Augustin. Vindobon. Rehdig. Vatic. 1. *vectae*; Paris. 1. *recte*; Voss. 2. A. Gronov. Lips. Vatic. 3. Prag. Paris. 2. 3. Havn. Ven. *versae*. Editiones veteres et quae Vadianum ignorant *vectae*; hic posuit *proiectae*, et hinc 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, sic, ut adnectant deinceps verbis proximis; Vossius *Vecta*; Gronovii reduxerunt *vectae*, quod et reliqui exceperunt. Post Havn. *Condanum*; Prag. *Econdanum*. TZSCHVCKE. *Proiectae*) Aldus *vectae* rectius. Plinius [4, 30. s. 16.] unitatis numero *Vectis*. PINTIANVS. Lege *Vecta*, *in illo sinu*, *quem Codanum diximus*. Sic castigandum esse hunc locum, vidit iam olim Pintianus. Diximus de ea

ad Ptolemaeum. Hoc tantum nunc breviter monemus, insulam hanc variis modis cognominari. Appellatur enim Victis, Vectis, Vecta et Ictis. Tribus vero diversis locis describitur; nempe una est notissima illa insula, quae hodie etiamnum nomen servat; altera sita est in freto, quod Britanniam Hiberniamque interiacet; tertia est haec Pomponii Melae, cuius etiam meminit Ptolemaeus, [2, 3. extr.] licet perperam apud illum legatur Ὄκητις [Οὐῆκτις] pro Οὔικτις. Ratio autem, quamobrem Mela insulam hanc in sinu Codano ponat, haec est, quod omnes veteres Britanniam longe supra Germaniam orientem versus extendi crediderunt. In quo licet etiam peccarit Ptolemaeus, minus tamen ille, quam ceteri, a vero aberravit. VOSSIVS. *Vectae* recte se habet, confirmante ipso Pomponio lib. 2. cap. 3. [§. 3.] *Graecia a septentrione in meridiem vecta.* I. GRONOVIVS. Verum istic ea vox non potest abesse; hic autem plane redundat, et nullius est significationis; sufficit enim dixisse, *contra Germaniam.* VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Vtroque nihil censeo falsius, nihil invenustius. Orcades ubi iaceant, non dicit Mela; etiam nec ubi Aemodae. De sequentibus sex [nimirum ita in sequ. legit I. Gronovius] vult indicare locum. Nec satis erat dixisse contra Germaniam; id enim fieret nimis spatiosum, quod notabis in ista Vossiana *Vecta in sinu Codano;* ad quam enim partem sinus Codani, qui certe maris instar? Vnde sic ait, *contra Germaniam vectae in illo sinu Codano,* hoc est, ad principia ingressus in illum Oceani sinum serie continua iacentes. Et recte illic, quoniam finem eius vix notum habebat, principio autem eius certe positas insulas noverat. In loco autem de Graecia poterat abesse *vecta.* Quidni enim multum prominens *Graecia et dum Myrtoum pelagus attingat, ab Septentrione in Meridiem, qua sol oritur, Aegaeis fluctibus obiacet,* plenissimam habent sententiam? *Prominens* poterat satisfacere, perinde ut *porrecta,* cui est aequivocum fere lib. 1. cap. 1.

Haec ergo ab Ortu porrecta ad Occasum. Quin etiam per haec verba, prout restitui, [*vectae in illo s. q. C. diximus sex. Ex iis*] certissime patet, eum accurate explicare voluisse, quod dixerat lib. 3. cap. 3. *Super Albim Codanus sinus magnis parvisque insulis refertus est.* Scilicet hae omnes insulae redirent nunc ad unam Vectam, et alteram Scandinoviam. Quo minus dubites, idem progrediendi ordo servatur lib. 2. cap. 7. [§. 2.] *Sex sunt inter Istri ostia; ex his Peuce notissima et maxima.* I. GRONOVIVS *in nota posteriori.* Perizonius, notante hic A. Gronovio, coniecerat *versae;* contra *proiectae* tuetur, aut certe verum censet Pontanus in chorogr. Daniae descr. p. 717. nec omnino reiicit Cuperus, etsi *Vecta* Vossii praeferat in observatt. lib. 4. c. 6. p. 76. et in epistola ad Nic. Heinsium, quae inserta exhibetur in Burmanni Sylloge epistolarum — T. 2. epist. 413. p. 696. Ita certe *proiectus* legitur in Ciceron. Verrin. 4, 53. in. et in ipso Mela supra §. 4. At cum nulla librorum fide nitatur, nec sine idonea causa ipsorum lectioni substituatur, etsi per se bonum, retineri tamen nequit. Restat igitur vel *vectae* vel *versae*, inter quae fluctuari iudicium possit. Vsitatius hoc, insolentius illud. At cum Mela poetica saepe adspergat non omnino solum, sed et supra 2, 3, 3. eodem verbo et huius capitis initio *evecta* sic usus fuerit, videtur *versae* alterius esse glossa ex interpretationis studio nata. *Vecta* Vossii, quam ante eum iam hic invenerat Salmasius ad Solin. cap. 25. s. 22. p. m. 176. nec postea improbavit Cuperus cc. ll. ingeniosam quidem et speciosam adfert coniecturam, et ex errore librariorum, qui nomina propria ita saepe pervertunt, intelligi potest; attamen gravibus obsidetur difficultatibus, ut salva stare minime possit. Omnes enim, qui eius meminere, Britanniae proximam faciunt insulam. Ita Suetonius in Vespasiano c. 4. Eutropius 7, 19. s. 13. ubi Paeanius μεγίστην τῶν Βρεττανικῶν νήσων vocat. Vterque a Vespasiano occupatam fuisse scribit. Cf. de ea

etiam variis modis prodita Diodor. Sic. 5, 22. (Ἴκτις) Plinius 4, 30. f. 16. Geogr. Ravenn. 5, 30. f. (his est *Vectis*, uti Suetonio) Eumenius in panegyr. ad Constantium Caes. c. 15. (*Vecta*) et quae disseruit Cellarius in Geogr. ant. 2, 4. 79. et interpretes ad Eutropium c. I. Hodie dicitur *Wight*, nec audiendus Rudbeckius in Atlantica P. 3. cap. 10. §. 2. p. 202. qui reiecta Vossii explicatione suo more de *Zelandia* intelligit. Iam vero noster ex Britannici maris insulis solam Senam descripserat, unde cum ad Britanniam et Iuvernam progressus esset, Orcadas et Haemodas breviter adtingit, a quibus ad sinum Codanum devehitur, in quo cursu Vectae nullam habuit rationem, nec in hac serie et situ habere potuit. Alia est Οὐῆκτις Ptolemaei 2, 3. extr. a Vecta discrepans, uti ipsa expositio docet, et ulterius prope Scotiam remota, quam hodie *Hethy* ut Cambdenus, vel *South-Kahals* esse putant. Procul igitur distat a sinu Codano, in quo Vossii Mela ponit. Sed vid. Cuper. observ. 4, 6. p. 410. Quae enim de triplici Vecta et de Germaniae tanta extensione protulit Vossius, arbitraria sunt. Male vero in superioribus editionibus tota narrationis series prava distinctione, quam post *diximus* ponunt, turbatur; et quae sequentibus danda erant, inde avulsa praecedentibus male adpenduntur. Habent nempe Orcades suam situs denotationem, habent Haemodae. Iam igitur etiam proxima insula suam desiderat situs notationem. Quod si teneatur, uti intellectum est a recentioribus editoribus, bene vereque singula procedent. Et sic, etsi *Vecta* refert, hunc locum distinguit Cuperus in epistola supra memorata.

diximus, ex insulis) MSS. A. Gronovii 7 *ex his*; Voss. 1. *et his*; A. Gron. *et hinc*. Ex meis Cibin. Paris. 1. *et his*; Paris. 3. *et iis*; Vindobon. Lips. Gud. Rehdiger. *ex his*; Augustin. Vatic. Venet. *ex iis*; Havn. Prag. Paris. 2. *et hinc*. Editiones *Ex iis*, (1. *ex his*) ad

40. 41. 42. in quibus emissum est *diximus sex. Ex iis;* Reinoldius et post 44. cum aliis: *Ex insulis.* TZSCHVCKE. *Exin Scandinovia* est vera lectio, et sic fere libri veteres, nisi quod in quibusdam legatur *et hinc Candanovia*, in aliis *ex his Candanovia*, unde facimus; *Exin Scandinovia.* VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Ridiculum et vanum se praebuit, [Cuperus cc. ll.] qui nuperrime speciosa coniectura et lectorem et Melam circumvenire voluit. Iudicat pro *ex iis* scribendum *ex insulis;* facile id fieri potuisse, quia librarii voces fere omnes contrahebant. Nec satis, sed addit: si exaratum vel *ins*, vel *isis*, vel alia similis scribendi ratio fuit adhibita, facile in particulam *iis* degenerare potuit. Sic nempe et caelum facile potest ruere. Sed observa, Lector, nec in capite ultimo secundi libri, nec hoc capite, vocem *in* a Pomponio usurpari, quam diu aliquas earum numerat; non item alibi. Hoc tantum capite infra, ubi aliquid singulare in Sarmaticis contingit, nec vitare potuit, scripsit: *alias insulae videntur, alias una et continens terra.* Vt negari nequeat, quin is genium scriptoris non ceperit. I. GRONOVIVS. *Sex* periit propter literas easdem sequentes, et utique in plurali numero locutum esse auctorem, adparet ex eo, quod dicit: *Ex iis.* I. GRONOVIVS *MS.* Quae in hac lectione videantur esse sex illae insulae, indicavit Ancherſen in valle Herthae Deae (vel in Origin. Dan. P. 1.) p. 176. Nempe 1) *Codanonia*, s. hodie *Sialandia*, 2) *Fionia*, 3) *Lollandia*, 4) *Falstria*, 5) *Mona*, 6) *Langelandia*, vel forte ultimarum duarum loco *Alsia* et *Fimria* ob angusta illa, quibus a continenti dirimuntur, freta, quae 3, 3. f. innuere videtur. Forte adiuvet Plinius, si conferas 4, 27. f. 13. et 30. f. 16. et Scandinaviam a Scandia diversam putes. Tum vero sex item commemorantur 1) *Scandinovia*, 2) *Eningia*, 3) *Scandia*, 4) *Dumna*, 5) *Bergos* et 6) *Nerigos*. Cluverius in Germ. ant. 3, 4. coniuncte haec legit sic: *Septem Aemodae contra Germaniam provectae in illo sinu qu. C.*

diximus. Ex iis — et putat Melam in nomine erraſſe, et inſulas ſinus Codani male Aemodas vocaſſe. Refutat illum Cuperus cc. ll. quia id parum credibile ſit, et in Plinio 4, 16. ſ. 30. qui Melam repetit, nihil eiusmodi legatur. Ipſe, cum verba *ex iis* in vulgata olim lectione nihil habeant, ad quod referantur, legendum etiam putat *ex inſulis*, quod ſcribendi compendio tranſierit poſtea in *isls*; in ſinu enim Codano multas eſſe inſulas, ipſo Mela auctore 3, 3. f. Ita vero, quod iam I. Gronovius monuit, valde languet illa vox *inſulis*, cum in hoc capite omnino id agat Mela, ut inſulas potiores enumeret, nec aliud quid ſperare lectorem iubeat. Reſtat igitur *ex iis*, quod olim ſtetit. Cum vero id ſenſu plane careat, ſi proxima verba *in illo ſinu* — *diximus* ad Haemodas reiiciantur, aut male etiam Haemodis, iniquo praeterea loco poſitis, Codanonia adnumeretur, adparet multitudinis nomen deſiderari, in quo haec praecipue emineat; quod quidem apte ſubplet immiſſum *ſex*, dummodo aurium etiam adiuvet iudicium. Quis enim lubenter ferat aſperam illam ſimilium vocum in hac repetitione conliſionem, aut Melae eleganti orationis formae obtrudat? Quas difficultates undique obiectas cum removere equidem non poſſem, malui illa vocabula uncis includere, quae et abſentia minime deſiderentur. Ceterum in Vineti editione hinc cap. 29. incipit.

Codanonia) Voſſius ex optimis ſuis libris notat *Candanovia;* A. Gronovius ex ſuis *Codannonia, Condanonia, Condonnonia* et *Cadomiovia.* Ex meis Lipſ. Pariſ. 1. 3. Rehdiger. Auguſtin. *Codanonia;* Havn. Prag. *Condanonia;* Venet. *Condannonia;* Pariſ. 2. *Cidanonia;* Cibin. Vatic. ut Voſſ. 1. *Codano via.* Editiones *Codanonia,* exceptis 39. (Voſſii) 40. 41. 42. quae habent *Scandinovia;* praeterea olim 28. *Cadonia.* TZSCHUCKE. Tamquam ſi a Codano ſinu ſic appellaretur. Atqui tum *Codania* potius eſſet nominanda. Libri optimi legunt

Candanovia. Scribe *Scandinovia.* Sic quoque in optimis et antiquiſſimis Plinii membranis ſcriptum reperi, non *Scandinavia.* Haec eſt illa vaſta ſeptentrionis peninſula, quae et Scandia et barbaricis temporibus Scandzia fuit appellata, a viciniore eius parte, quae Scane vel Scone etiamnum dicitur. VOSSIVS. Quod fuerit omnium celeberrima, merito Codanoniam a ſinu Codano dictam putat Vadianus. At obſtat, quod iam Voſſius monuit, etymologiae ratio. Pauci tamen Voſſio adſenſerunt, in quibus praeter Gronovianas illas editiones novi tantum Cellarium in diſſ. de Cimbris et Teutonis §. 7. et poſt Schloetzerum in Allg. Welt-Geſchichte der neuern Zeiten T. 13. p. 66. Salmaſius etiam Scandinaviam certe eam exiſtimat ad Solinum cap. 23. ſ. 20. p. m. 164. cuius ſimul varia commemorat ex auctorum libris nomina. Contra renititur minusque neceſſariam Voſſii emendationem pronuntiat Rudbeckius in Atlantica P. 1. cap. 16. §. 2. p. 492. quia re ipſa et locorum ſitu congruat Codanonia, quae ſit Sueonia et Norwegia ad ſinum Codanum i. e. Gothicum, ſimulque cap. 9. prolixe de Scandinavia ſuo more diſſerit. Acrius illam Voſſii lectionem impugnant pro Codanonia Grammius in praefatione ad Cimbr. liter. p. 34. et Ancherſen p. 173 ſqq. c. l. Ille codicum auctoritate librorumque editorum fide nitur; hic alia momenta addit. Qui enim, inquit, ſinus eſſe poſſet Codanus, ſi Scandinovia, quae latus eius dextrum claudit, in illo ipſo ſinu inter ſex [cum Gronovio] inſulas inveniretur? Nonne incompertae magnitudinis foret ſinus Codanus, ſi Scandinovia incompertae magnitudinis inſula [ex Plinio 4, 27. ſ. 13.] in illo iaceret. Porro omnino falſus foret Mela, ſi ita ſcripſiſſet. Nam tunc, ſic fere pergit, Scandinoviam incolebant Suiones, Sitones, Gutae, Hillevones. Denique improbabile eſt, ſi quis credat illud, miſeras Thuitonum reliquias potentia et multitudine ſuperaſſe integros ipſos veteres in expeditionem profectos et a Mario in provincia ad internecionem caeſos.

Inde occurrit dubitationi, quae ex eo enasci possit, quod Tacitus hanc insulam Codanoniam suis Thuitonibus non tribuat. Melam nempe vel non consuluit, vel ei fidem non habuit; Plinius autem commiscet sinum Codanum et mare Balticum, quod Tacito est Suevicum, ut et hodie quidam faciunt. Hactenus ille. Ea vero argumenta Schloetzerus c. l. vel infirma, vel iis viris indigna censet. Insunt enim, quae in utramque partem disputari possunt, nec repugnat, quod ad internecionem olim a Mario Teutoni caesi erant. Melae enim tempore incolebant Codani sinus partem, ut ipse docet supra c. 3. f. et hanc insuper insulam, licet Anchersen p. 172. c. l. ex particulà *adhuc* plura loca eas antea tenuisse non temere colligit. Quod Schoeningius *Codanoniam* putat esse *Danoniam* i. e. *Daniam*, cui Graeci et Romani praefixerint syllabam *Co* (fere, ut explicat Cluverius in Germ. ant. 1, 26. p. 185. quamvis ille a deo *Dan* nomen derivat) refutatus est a Schloetzero T. 13. p. 56. c. l. Pontanus p. 717. c. l. malit *Codania;* fluctuatur Cuperus. Nam ut supra retuli, cum Vossio legit *Scandinovia.* Sed in epistola ad Sperlingium in Poleni thesauro Vol. 4. p. 31. tuetur *Codanonia*, quia Scandinovia latius extendatur; quod quidem Plinius obscure innuit. Antea in alia epistola p. 29. Daniam hic latere putat. Equidem haec existimo: *Codanonia* ex linguae ratione melius dicatur *Codania.* Tum nemo ante et post Melam Codanoniam hic et omnino novit, immo plerique Scandinaviam putant. Porro Plinius 4, 27. f. 13. dum Codanum sinum insulis refertum esse etiam tradit, deinceps subiicit, *quarum clarissima Scandinavia est*, plane ut ex nostro illa petiisse videatur. Nec obstat, quod *incompertae magnitudinis* dicit, immo Melae narrationem confirmat; tantum definiri eam non posse monet. Reliqua etiam diversa quidem progressione, sed eodem nexu refert. Bene igitur cognitam habere Mela debuit, cum ad Plinium propagare posset. Hae igitur rationes me moverunt, ut *Scandinovia* cum Vossio

praeferrem in primis quod *τὸ s* ob praecedens verbum; ſive illud *diximus*, ſive *iis* eſſe velis, facile abſorberi potuit. Inveteratum autem hic haeſiſſe vitium docet Boccatius c. l. in quo etiam legitur *Codannonia*. Adiiciendum tamen videtur, quod codex Ambroſ. in Iornande de rebus Geticis cap. 3. in. notante Muratorio in ſcriptoribus rer. Ital. T. 1. p. 193. pro vulgata lectione haec habet: *In Oceani Arctoi ſolo poſita inſula magna Scandza* (Freculphus *Scanza*; vid. poſt) *nomine, in modum folii cedri lateribus pandis per longum ducta concludens ſe aequam, et Pomponius Mela in maris ſinu Codano poſitam refert, cuius ripas influit Oceanus* etc. Videtur tamen librarius nomen recentius, quod noverat, aut putabat, veteri ſubſtituiſſe, cum *Scandza* reſpuant omnes noſtri libri. Eadem verba leguntur etiam in Freculphi Chronicor. T. 1. lib. 2. c. 16. qui tamen rectius habet *concludens ſe, quam* — Ex quo adparet Scandiam Ptolemaei innuere, quippe quem diſerte ex lib. 2. (c. 11.) adlegat, ubi tamen Scandia eſt, et de eius ſimilitudine nihil legitur. Nempe duxit ex Iornande c. l. addito Ptolemaei nomine.

Teutoni) Lipſ. Prag. Rehdiger. cum edd. 1. 9. 11. poſterioribus Vadianis *Theutoni;* alii recte *Teutoni.* Vid. ſupra ad 3, 3. extr.

ut fecunditate) Venet. Lipſ. Gud. Pariſ. 1. 2. edit. 2. *et ut fecundidate;* poſt Vatic. 3. Prag. *anteſtant;* Vindob. *ita et magnitudine.* Edd. 5. 12. 14. 19. *ut in foecundidate;* 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *et ut foecunditate.* Vadianus inverſo ordine poſuit *ut magnitudine alias, ita foecunditate a.* et ſic cum Vadianis 18. 22. et reliquis etiam 24. 25. Olivarianae cum aliis ad 44. tantum 21. 28. 35. 39. 40. 41. 42. 44. *ut in magnitudine* et cet. Reinoldius priſtinum ordinem, quem praeeunt codices Abr. Gronovii omnes et mei, revocavit,

ſequentibus aliis inde ab ed. 45. Tum *fecunditat*[illegible]m plerisque codicibus recte ſcripſerunt Gronovii, quod ex Orthographicis praeceptis et libris conſtat.

§. 8. *Quae Sarmatis)* Inde ab his verbis capituli 10. initium facit ed. 10. cum inſcriptione: *De inſulis Oceani Sarmatici.* De loci lectione monet ſolus Ciacconius: alias *adverſae ſunt*, ſc. inſulae.

receſſusque) Septem codices teſte Gronovio habent *recurſusque*, quibus ſuffragantur ex meis Gud. Vatic. Lipſ. Prag. Pariſ. 1. 2. Rehdiger. Cibin. Havn. Venet. edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 33. et reliquae Olivarianae (praeter 29.) cum 35. 44. 45. Reinoldianis et Norimbergenſi. Pariſienſis 3. videtur praebuiſſe *receſſusque*, uti cum ſuis edere maluit Vadianus, et hinc 29. Vinetus, Stephanus, (qui hic a duce diſceſſit) Voſſius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. et Kappius. TZSCHVCKE. Pro *recurſus* melius legas *receſſus*. CIACCONIVS. Septem MSS. et edit. Mediolan. *recurſusque.* Virgilius Aen. 10, 288. *multi ſervare recurſus Languentis pelagi, et brevibus ſe credere ſaltu.* Ovidius Ibide v. 423. *Utque per alternos unda labente recurſus. Subtrahitur preſſo mollis arena pedi.* Seneca de Conſol. ad Helviam fine: *Terras primum ſitumque earum quaerit, deinde conditionem circumfuſi maris, curſusque eius alternos et recurſus.* A. GRONOVIVS. *Recurſus* an hoc ſenſu dicantur, nemo dubitat; at de obpoſitionis forma quaeritur. Cum tamen id praecipiant tot codices, ſuſtinui, etſi *receſſus* ſuavius aures in imitanda alterni motus repetitione adficiat. Sic de maris hoc aeſtu 3, 1, 2. *recedere atque adventare* dixit, ubi etiam poterat *accedere.* Cicero quidem de divin. 2, 14. *Quid de marinis aeſtibus plura dicam? quorum acceſſus et receſſus lunae motu gubernatur.* De Maeandri curſu Ovidius Metam. 8, 163.

an[illegible]no *lapsu refluitque fluitque.* Noster 1, 7, 5. de Syrti: *ob alternos motus pelagi adfluentis ac refluentis.* Aegre dimitto *recessusque*, nec nisi a codicum impulsu evictus.

et quod) Vatican. 3. Gud. Prag. ed. 2. *et quot.* Tum *quis* exhibent omnes mei codices et edd. veteres cum Camert. Ald. Iunt. et Vadianis 16. 18. 22. prioribus; posteriores *queis*, uti 24. 25. Olivarianae, Schottus, Vossius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. Rediit inde praeeunte Reinoldio *quis.* Sed cf. ad 2, 1, [illegible] 2, 3, 3. et alibi de hac variatione. In sequ. Vindobon. habet *aperiuntur;* Rehdiger. omittit *una*, et Paris. 2. *et.*

Oaeonas) I. Gronovius in tribus MSStis legit *Oeneas* vel *Ceneas;* Vossius in optimis *Ocenas*, etsi de eo dubitat I. Gronovius, nec quidquam, qui poterat, monuit A. Gronovius. Ex meis Vatic. 1. Gud. Venet. *Oeneas;* Cibin. *oenas;* Vatic. 3. Lips. Paris. 2. Rehdiger. Augustin. Paris. 1. 3. *Coeneas;* Vindob. *Ceonas;* Prag. *Teneas.* Boccatius de maribus s. v. Orcadus Oceanus *Oenes.* Edd, 1. 2. 3. 4. (Havn. forte cum ea) 5. 9. *Cenaeas;* 11. *Ceneas;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. ceterae ad Vossium *Oonas*, qui dedit *Oaeonas*, et sic post eum alii. TZSCHVCKE. *Cenaeas)* Plinius [4, 27. s. 13.] non *Cenaeas*, sed *Oonas. Feruntur*, inquit, *et Oonae insulae, in quibus ovis avium et avenis incolae vivant.* Idem erratum et in Solino, [c. 22. s. 19.] apud quem *Oceanos* scriptum est. Dicuntur autem *Oonae*, id est Ὠῶναι Graecis ἀπὸ τῶν ὤων. BARBARVS. Sic apud Plinium quoque et Solinum vocabulum huius gentis reformarunt. Verum infeliciter admodum; ab esu enim ovorum dictam esse oportet hanc gentem. Atqui Ὠῶναι sunt ovorum emtores. Salmasius in Solini codicibus reperit *Oaeonas*, in aliis *Oonaeas*, quod postremum ipse amplectitur, cum sit vocabulum nihili. Rectum vero

Oaeanas, quemadmodum etiam scriptum inveni in optimo Plinii codice. Nec multum ab eo abeunt meliores Pomponii libri, qui habent *Ocenas;* ut iam dubitari non possit, quin verum sit *Oaeonas.* *'Ωαίονες* sunt *ovis viventes.* Vt enim *μακραίων diu vivens*, *εὐαίων bene vivens* similia, sic quoque *ὠαίον ovis vivens.* VOSSIVS. Notabiliter nunc graecissat Vossius. Quis enim Graecus legens *ὠαίονες* statim colligeret, id compositum ex *ὠὸν* et *αἰὼν*, et notare ovis viventes? Immo inquit id fieri, ut *μακραίων* et *εὐαίων.* Scilicet humano capiti cervinam etc. Nam in *εὐαίων* est integra vocula aliquid ex se significans; in *μακραίων* non modo ex prima syllaba, sed sequentibus eam duabus literis statim patet venire a *μακρός.* At in *ὠαίων* est simplex modo *ω*, quam literam quis Deus inspirabit venire ab *ὠὸν*, quum tot simplices Graecae voces ab eadem vocali incipiant? Immo habeamus ipsum *ὠά*? Non potest dubitari, si ab *αἰὼν* deduxerint Graeci, quin vocaverint *Ooaeonas* vel *Oonaeonas.* Sed opinor hanc vocem ita formatam fuisse, ut non ova tantum memoraret, verum etiam avenas, quod recte advertit Salmasius, non ab esu ovorum, ut iudicavit Vossius; utrumque enim iungit auctor. Plinius et Solinus ut ipsarum insularum appellationem referunt, ita nec vox illorum ad Melam pertinet. *Ocenas* vix credo repertum Vossio, in melioribus, ut ait, libris Pomponii, quum vel *Oceneas* vel *Geneas* in tribus repererim. Avenam igitur cum Graeci dixerint *αἶραν*, non dubito inde fuisse Pomponio constitutam vocem *'Ωοαιρεῦς*, unde *Ooaereas.* I. GRONOVIVS. Miratur hic iuvenis, qui valde sibi videtur Graeculus, et me quoque graecissare, quia Oaeonas interpretatus sum *ovis victitantes*, vocemque eam eadem ratione compositam esse dixerim, atque *εὐαίων*, *μακραίων.* — At non opus est Deo aliquo; vel puer videat, non posse aliunde hanc vocem formari, quam ab ovis. Quis vero tam fatuus sit, ut ab *ὦα* eam arcessat, ac si homines pellibus vescantur lanatis? Hac ratione *ἀνα-*

ζειν fuerit non ἐπ' ὠοῖς καθῆσθαι, sed pellibus incubare. Quod autem una tantum superſit litera, ad rem non facit, cum dentur etiam voces, in quibus nulla remaneat litera, quarum tamen originem et compoſitionem aſſequantur Graeci. Sive a ſingulari, ſive a plurium numero vocem hanc arceſſas, utrumque recte ſe habet; ut enim ex μακροαίωνες contractum μακραίωνες, ita ex ὠοαίωνες fiunt ὠαίωνες. Infinita enim exempla et praecepta Grammaticorum non permittunt tantum, ſed et iubent, ut fiat contractio, ſi in compoſitis, quae in fine eſt vox, a vocali incipiat, exceptis tantum nonnullis in εἶδος aut εἰδης terminatis, quamquam in illis quoque nonnumquam fiat contractio. Quod ſi a plurali ὠὰ fiat compoſitio, uti ſaepe, iam omnes in ὠαίωνες comparebunt literae. Iſte tamen iuvenis audacter affirmat, *Ooaeonas* vel *Oonaeonas* eſſe legendum. Sed debuiſſet promere aliquem ſcriptorem, a quo iſte populus vel hoc vel illo appelletur nomine. In hac autem, quam dedi, lectione, omnia antiqua Plinii et Solini conveniunt exemplaria. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* At in αιων, unde ὠαίων componit, nihil eſt de veſcendo, non magis quam in μακραίων. Tum in verbo compoſito ἐπωάζειν manifeſte patet locutio ἐπ' ὠὰ καθῆσθαι; id ſupponit praepoſitio antecedens et iuncta. In eo dubitare nullus poteſt. Ὠαίωνες autem conſiderari poſſunt, non qui pellibus veſcantur lanatis, ſed talibus pellibus multum utentes. Verba ſunt Etymologi citata Meurſio, ἐξ οὗ καὶ τὸ διὰ τῆς ω διφθόγγου ὦα· δηλοῖ δὲ δῆμον Ἀττικὸν καὶ τοῦ χιτῶνος τὸ ἄκρον. Meurſius et viri docti id parum curant, ſcribuntque Οα, Οη, et Οαθεν Οηθεν. At apud Sponium T. 2. itiner. p. 358. ΡΑΔΙΝΟΣ ΩΑΘ, et ipſe ſupplet Ὠαθεν, quum tamen non niſi Οαν in populis Atticae agnoſcat. In quo Voſſius utrum ova, an pelles aſpiciet? Quali vero alterutrum conſiderari deberet. Tum Graeci compoſitiones habuerunt ex vocibus, unde non erant compoſitae; ipſi tamen ſenſerunt, inde com-

sitas. Nonne secretum ingens? Ὠαίωνες addit conactum ex ὠοαίωνες ut μακραίωνες ex μακροαίωνες. nde igitur contractum εὐαίωνες? Hoc deserit, illud mit, quum in altero sit substantivum, in altero adiectim. Denique decurrit ad plurale ὠά, ut inde fiat comsitio, idque saepe fieri dicit. In hoc utique vocabulo nquam. Ὠοειδὴς ipse novit in p. 5. observationum Melam, ut omnes alii. Ὠοτοκεῖν et Ὠοκάταξις apud cianum [in Lexiph. c. 9.] et similia. Similiter quoe absit, ut Graecus aliquis ὠῶναι statim coniiceret esse orum emtores. Non potest dubitari, si ab αἰὼν deerint Graeci, quin vocaverint *Ooaeonas* vel *Oonaeo*is. I. GRONOVIVS *in nota posteriori.* Mutatam Growii opinionem supra adieci. Hermolaum iam antea prehenderat Salmasius ad Solinum p. m. 153. quasi ab ὠν dictos putasset, et ex vett. libris Melae producit *Oeas*, ex Solinianis *Oaeonas*, ex Plinianis excerptis *Oeonae insulae.* Ipse vult ex melioribus Solini codicibus meas, quod Vossius reiecit, ipse a I. Gronovio reiectus. d nec huius emendatio, quippe nimis remota et arguta, obari posse videtur. Rudbeckius in Atlantica P. 3. p. 10, 2. p. 202. videtur legisse *Oajonas*, certe sic adt. et ad Sueoniam suam accommodat, quae olim *Oena* rit dicta. Cluverius in Germ. ant. 3, 45. p. 695. quaerit *Oxionas* Taciti de Germ. sub. fin. in quibus nen nihil praeter literarum aliquam similitudinem invee licet. Mirum vero est, quod Plinius 4, 27. f. 13. c nomen insulis tribuit, quorum incolae iis alimentis ntur. Ita enim: *Feruntur et Oonae, in quibus ovis um et avenis incolae vivant.* Nec alia ex eo refert linus. Contra de ipsa gente longe aliud nomen adit Iornandes de rebus Get. cap. 3. *Aliae vero*, inquit, (in Scanzia) *sunt gentes tres Cresennae*, (al. *Serereina* vel *Resennae*) *qui carnibus ferarum atque ovis um vivunt.* Cum codicum vestigia, et quae de ovis ter subiicit, ad Graecam originem ducant, unde illa

vox explicari possit, videtur scribendum esse *Ooneas*, a ὠονεὺς, uti βυρσεὺς, δικτυεὺς et plura alia, quibus cert aliqua res, in qua opera nostra studiumque versatur, de clarari solet. Alienum tamen videtur, barbarae voc etymon ex Graecis fontibus haurire, quos nec Strabo nec Ptolemaeus monstrant. Melius igitur repetatur e lingua Cimbrica, quia septentrionis notitia ad Romanos Cimbris manavit. Apud eos vero ōē est insula, von incolae, et ōē — *voner* insulanus. Et sic forte haec a pellatio κατ᾽ ἐξοχὴν iis insulanis data est; et insulae ip hodie sunt Gotland et Oland. Ita quidem statuit Kera in Memoires — de Paris Tom. 45. p. 60. cuius se tentia maiorem etiam habet veri speciem. Tum vero le possit *Oeonas*. Obstat tantum, quod, ubi cognatio aliq cum Graecis deprensa fuerat, lubenter in his ad eos fo tes recurrere solebant; unde *Ooneas* probari tamen possit. In sequentibus Gud. pro *ovis* dat *vivis;* ed. lepide *Iovis;* pro *avium* Cibin. *ovium;* pro *avenis* Va can. 3. Prag. Havn. Paris. 2. *avibus;* Vindobon. *ave inde* pro *avenis tantum*. Tum Rehdiger. *aluntur*, edd. Reinoldianae; sed praestat in hoc nexu *alant* quod subministrant alii codices et editiones veteres.

Hippopodas) Lips. *Hyppodas;* Vatic. 3. Paris. *Hippodas*, uti Boccatius s. v. Orcadus Oceanus hinc fert; Prag. *Ipodas;* Rehdiger. *hyppopodas;* Cibin. *H popodas;* Vindob. *ipopodas;* Paris. 3. Augustin. Gu forte etiam Venet. Havn. *Hippopòdas*. Edd. 1. 2. *Ippopodas;* 35. *Hippodas*. Sed hoc parum morat gravius, quod sequitur, urget.

Panotos) Ciacconius ex V. C. notat *Sathinal* Schottus *Sannalos;* Vossius ex suis *Satmalos* vel *et an los;* I. Gronov. ex Chis. *Satinales* et ex Mediolan. *Sa nalos*. Mei haec: Vatic. *Satinalos* et *Satinales;* Paris. 3. *Satinalos;* Paris. 2. Havn. *Satinales;* Prag. *Sacinal*

ipf. *Sarmalos;* Vindob. *Sare malos;* Venet. *Sathmalos;* Jud. Auguftin. *Satmalos;* Cibin. cum Boccatio c. l. *Sanalos;* Rehdiger. *Sănalos.* Editiones veteres omnes ad chottum *Satmalos;* hic *Otomegalos*, uti, notante Ortelio n thef. Geogr. f. v. Satmali, antea legerat Sanctius; inde Voffio reliquae *Panotos.* TZSCHVCKE. *Satmalos*) Quae malum *Satmalos* vox eft? Nempe ex earum nota, quae, b imperitis Agyrtis interiectae, pulcherrimum hoc opus on paucis in locis contaminavere. Strabo [lib. 15. p. m. 89. f. 711.] *Enotocoetas* appellat; Plinius corrupto iam nomine *Fanefios* vocat lib. 4. [c. 27. f. 13.] ubi rte non *Fanefios*, fed *Panufios* legendum, quod toti ribus contegantur. Sed hoc arbitrarium fit. PINTIANVS. linus [c. 22. f. 19.] *Phanifios* appellat. Ifidorus lib. 2. p. 3. *Phanoctiafi apud Scythas effe feruntur, tam ffufa aurium magnitudine, ut omne corpus iis contemit.* Pro *et Satmalos* forte leg. *effe et alios*, ut fit *Oonas — effe — Hippopodas, effe et alios.* CIACNIVS. *Otomegalos*) Germana Melae lectio. Vulgo *tmalos* vocem nauci praeferunt. Vet. cod. *Sannalos.* tum, ut ex compendiis literarum, mendum; 'Ωτομάλους enim repertum in Satmalos, homines fat mali, i magnas illas aureis nimium quantum averfabantur, rverterunt. Repone igitur iure poftliminii in priftiam fedem, unde hactenus exfulat, *Otomegalos;* quoodo nomina plurima apud Melam de Graecis cufa quis non craffae naris facile obfervabit. Eadem autem in linio fabula, fed et corrupto populi nomine lib. 4. p. 14. *Fanefiorum*, inquit, *aliae, in quibus nuda alioi corpora praegrandes ipfarum aures tota contegant;* bi *Panufiorum* emendat Pintianus nofter in caftigat. inianis. Adr. vero Turnebus in utroque et Solino p. 22. *Panotios* ex Ifidoro lib. 11. cap. 3. Etymolog. ponit, quos Tacitus de moribus German. [extr.] *Helfios* appellet, Adverfar. lib. 6. cap. 19. Nos a veftigiis lgatae lectionis propius abfumus. SCHOTTVS. *Otome-*

galos leg. monui. Memini, qui ab ingenio reponerent *esse et alios, quibus* etc. IDEM. Pintianus et alii *Panotios* vel *Panusios* ex Isidoro reponunt. In pluribus manu exaratis libris *Satmalos* scribitur, in aliis *et analos*. An *Tanuotos* scripsit Mela? Porro diversis nominibus auri haec monstra appellantur, Μεγαλούατοι, Ἐνωτοκοῖται Πανώτιοι, Τανύωτοι, Ὠτόλικνοι. VOSSIVS. *Satmalos*. Hic quoque inanis est collectio vocabulorum ab Vossio facta, quorum nullum aut ad literas, quae exstant in MSS. aut ad explicationem, quam adiungit Mela, et ad quam allusit haec vox, quidquam accedit; non magis profecto, quam quod ex eis eligit, *Tanuotos*. Quapropter hae, quas citavi, literae considerandae sunt, et quae in aliis etiam MSS. *et analos* vel denique *Satinalos* aut *Satinalos*. [Vid. supra.] *Satmalos* in editionibus habetur. Scripsisse auctorem dico *Ouatmallos*, quae vox composita, ut clarum est, non eget expositione. Sic δρακοντόμαλλοι Γοργόνες Aeschylo in Prometheo, [v. 805.] quia habebant κεφαλὰς περιεσπειραμένας φολίσι δρακόντων. I. GRONOVIVS. Admisimus *Panotos*, vel si mavis, *Panotios*, veluti lectionem magis verisimilem addidimus tamen fieri posse, ut *Tanuotos* scripserit Mela, utpote quod et ipsum non multum recedat a scriptorum librorum lectione. Verum utrumque explodit iuvenis et — audacter affirmat legendum esse *Ouatmallos*. Si Melam Sarmatice loquentem in scenam producere voluisset, aptius non potuisset invenire vocabulum. Contendit tamen Graecam esse hanc vocem. — Misere fallitur. Quis enim nescit, Gorgonibus attribui capillitium anguinum? Quis item non videat, in hoc Apollodori loco [2, 4, 2.] legendum esse σκολλύσι δρακόντων; si et quis ignorat, μαλλὸν et σκολλὺν idem esse accipique pro comis et cirris anguium seu draconum instar contortis? At vero si barbaram istam admittamus vocem cui similem in tota lingua Graeca nemo inveniat, Mallotos enim aut Mallotios, non Ouatmallos dixissent, in

non magnas et patulas, ſed laneas vel cirratas habebimus aures, quod quid ſibi velit, aut quomodo ad Panotios pertineat, nemo expediat, cum non niſi aeque ineptam, ac ſit ipſa compoſitio, haec vox admittat expoſitionem. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Vehementer illa exagitat Voſſius. — Reſpondeo ad prius. Omnes id non viderunt, qui Apollodorum ediderunt; aut ſi in mentem ipſis venit, non putarent tanti, ut vulgarent. Nec aliter ipſe agerem. Voſſius quum inſpiceret Henr. Stephani Theſaurum in voce Μαλλὸς, et videret illic comparari cum eá σκόλλυν, e veſtigio id arripuit, et repentinam capturam Apollodoro contra veteres libros et ſanam lectionem infulcire auſus fuit. Σκόλλυς quum non legatur, niſi ut propria in capillis et iis adſtricta vox, ſcilicet Apollodorus repente eam dedit ſerpentibus. Scilicet quum dicitur apud Athenaeum [11, 13. p. 494.] ἀποκείρειν τὸν σκόλλυν, is cogitavit de cirris anguium ſeu draconum inſtar contortis; non magis certe, quam Heſychius, quum ſcripſit ἀποκείρεσθαι τὸν μαλλὸν in v. Οἰνιστήρια. Quaſi non pars pro toto vulgatiſſime dicatur, et λεπίδες δρακόντων ſint ſquammoſae cutes ſerpentum, et hinc ipſi ſerpentes. Ita autem eſt, ut in compoſitis μαλλὸς modo praemittatur, interdum ſequatur. Itaque quos Voſſius ponit Mallouatos aut Mallotios potuiſſet, quis cogitare, ſed inſanus, quum nihil in eis vocibus ſit, quod ad ſcriptam lectionem accedat. Iam vero ipſa vox δρακοντόμαλλος ſuggerebat aliam et veram poſitionem huius vocis in compoſito. Tale fuit quoque στρεψίμαλλος, ἀμφίμαλλος, ἀκρόμαλλος, βαθύμαλλος, δασύμαλλος, ἑτερόμαλλος, δίμαλλος, et hinc ſeriore tempore pantomimus Caramallus. Haec terminatio an non tota eſt in MSS. codicibus? Hinc quum nota eſſent οὔατα et inde apud Callimachum in fragm. p. 265. οὐατόεις, cenſui factum ab certis hominibus vocabulum gentis Οὐάτμαλλοι. Sed ait Voſſius, ſic non magnas et patulas, ſed laneas vel cirratas habebimus aures. An igitur in voce δρακον-

τόμαλλοι habebimus laneos vel cirratos serpentes? Immo ut his notantur feminae, quarum capita serpentibus velantur; ita per illud vocabulum isti homines, quorum corpora auribus possunt velari, cingi, circuiri, perinde ut τοὺς Σαλικὴν κατοικοῦντας ἄνδρας μαλλοῖς γυναικείοις ἀναδεῖσθαι τὰς κεφαλὰς legimus. [in Ptolemaeo 7, 4. in.] I. GRONOVIUS *in nota posteriore.* Praeter illas doctorum interpretum emendationes, quarum aliae vel nimis recedunt a codicum indiciis, vel etiam mira componunt, exstant etiam aliae a viris doctis alibi editae. De Turnebo Schottus. Ille enim *Panotios* reponi volebat, ex quibus inserta adspiratione prodierint *Phanotii*, post addita corruptione, in Plinio certe, *Fanesii;* quam sententiam amplexus etiam est Gesnerus in Thesauro L. L. sub h. v. *Fennos* se eosdem olim in Taciti Germania c. 46. credidisse, nunc *Hellusios* apud eundem c. l. quasi *Hellotios*, pro quibus malit *Hollotios*, et sic iungi *Oxionas* pro *Oobios*. *Panotios* apud nostrum probat etiam Cluverius in Germ. ant. 3, 45. p. 695. uti et in Solino vult Grasserus. Schoening in Fortsetzung der allg. Welt-Historie der neuern Zeiten Vol. 13. p. 48. existimat ex *Panotos* vel *Tanuatos* factos esse *Fanatlos* et hinc *Sannatlos*, uti etiam in vett. quibusdam edd. legi adfirmat, quod equidem non inveni. Dithmarus ad Tacitum c. l. videtur legisse *Panaetios*, certe ita refert. Nomen *Otomegalos* impugnavit Salmasius ad Solinum p. m. 155. c. l. quippe quod non solum codices longe post se relinquat, sed et a Graecae compositionis forma abhorreat, in qua adiectivum praecedere debeat. Ouatmalli Gronoviani etsi posteriorem partem servant et operose satis adstructi sunt, in priori tamen offendunt, nec ipsam rem aequant. At facile hinc intelligitur, in quo aestu hoc nomen laboret. Quod si alios auctores de iis consulimus, varie iidem homines adpellantur in utramque etiam partem corrupti. Sic in Strabone c. l. Ἐνωτόκοιτοι, Tzetze chil. 7, 633. Ὠτόκλινοι, Isidoro Orig. 11, 3. et ex eo in Vincentii

Bellovacensis bibliotheca mundi T. 4. lib. 1. c. 92. p. 34. *Panotii*, Plin. 4, 27. f. 13. *Fanesii*, ad quem Harduinus Ptolemaei 2, 11. extr. Φανήσους in Scandia putat, Solino c. 19. f. 22. *Phannesii*, vulgo *Phanisii*. Quorum tamen nullum cum *Satmalis* Melae componi potest, nec, si vel incudi imposueris, simile effingi, etsi *Panotios* ad Plinii et Solini lectionem facilius accommodaveris. Duplex omnino ad iudicium regendum patere videtur via. Aut enim vox est Graeca, quae speciem illorum hominum singularem declaret, aut est barbara, quae proprium illorum nomen adfert. Si est Graeca, alieni maxime sunt *Satmali*, quippe in quibus nihil omnino eiusmodi emicat, quod desideretur, et depravatio codicum non manifesta solum est, sed et insignis et insolens. Tum vero forte *Otosomati* legi possit, sic ut τὸ *et* praecedens primam eius syllabam absorpserit, et reliqua pars nova corruptione leviter inversa fuerit; vel brevius *Sagoti*. Sin est nomen barbarum, quale in nomine *Oaeonas* antea notatum est, melius illud retinetur, quod feci, quam incertissimum substituitur. Ante *patulae* Parif. 2. ponit *pro*, uti Havn.

alioquin) Parif. 1. 2. 3. et edd. 13. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus, Vossius, Gronovii (40. 41. 42.) *aliòqui;* aliae cum reliquis MSS. *alioquin;* Vindob. *aliquando*. Subiiciunt hinc Parif. 1. 3. aliique cum editionibus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *provecti*. Vadianus ceteris praeivit *pro veste*, quod sine haesitatione et mora transiit ad reliquas editiones. Tantum Parif. 2. *pervecti*. Denique pro *sint* Vatic. Gud. Prag. Parif. 3. ed. 2. *sunt*. Melius in hoc nexu, quod habent alii, *sint*.

praeterquam quod) Quidam codices, veluti A. Gronov. Vatic. 3. Dorvillianus, Prag. *praeter quod*, de qua forma vid. Oudendorp. ad Iul. Caes. de B. G. 1, 5, 5.

ab A. Gronovio etiam hic excitatus, ubi similia exempla adtulit, et quae supra notavi ad 1, 9, 3. Vindob. *praeterquam qui*. Post pro *invenio*, praemissa etiam distinctione maxima, Cibin. Havn. Vatic. 3. Prag. *Inventos*, pro *invento*, quod habent Lips. Vatic. et Rehdiger. et hoc pro *invenio*. *Invento* enim verbum est ignotum, et *inventos* nihil habet, unde pendeat.

§. 9. *Thule*) Vatic. Cibin. Paris. 3. *Thyle*; Ciaccon. Lips. Rehdiger. *Tyle*; Gud. Augustin. Prag. Vindob. Paris. 1. 2. *Tile*. Edd. veteres *Tile*, ut 1. 2. vel *Thyle*, uti 15. 17. 20. 23. pleraeque, olim 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 16. — *Thule*. TZSCHVCKE. Scribendum *Thule*. Ita enim Graeci [Θούλη] appellant, et apud nos Claudianus, [aliquoties, aliique plures] ut, sicubi aliter scriptum est, non ratione aut doctorum usu id, sed vel incuria scribentium, vel imperitia Grammaticorum obtinuisse videatur. Diximus et aliis locis, quae per *ou* diphthongum Graeci enuntiant, servari hoc et a nobis. Quae vero illi per *y*, haec per *u*, parte plurima veteribus efferri consuevisse. BARBARVS. Res nota, nec minus alibi haec mutatio obvia. Cf. Pierius ad Virgil. Georg. 1, 30. et, qui idem monet, Salmasius ad Solin. cap. 22. s. 19. p. m. 175. Ceterum hinc cap. 30. incipit Vinetus.

Sacarum) A. Gronovius notae suae praeponit Belcarum, de MSS. nihil addit. Mei maximam partem in iis etiam Augustin. *Belgarum* praescribunt, tantum Paris. 1. *Bulgarum*; Prag. *Belgerum*. Editiones ad 41. *Belgarum*, praeterquam quod 32. habet vitiose *Belbarum*; tum 41. 42. 44. 45. et prior Kappii *Belcarum*; Reinoldianae et Kappii posterior *Sacarum*; Norimbergensis pristinum *Belgarum* repetiit. TZSCHVCKE. *Belgarum*.) Vides, hic ordinem non servasse Melam, cum a Sarmatia in Galliam redeat. Sed cum antiqua lectio cap. 5. huius libri in. non *Scythas* vel *Sacas*, sed *Belgas*

appellet, *Belgarum litori* hic se recte habet, aut emendandum *Sacarum*, si eo loco *Sacas* legas. Ptolemaeus autem [2, 3. f.] *Thylen* locat adversam Germaniae, sed, si id vellet Mela, supra Britanniam eam sitam esse diceret, ut Iuvernam. CIACCONIVS. Recte erroris Mela accusetur, si *Belgarum* scripsit, qui hic minime locum habent, cum Thulen ponat paullum ultra circulum polarem. Et sic alii plus minusque ultra Britanniam reiiciunt ad septentrionalem plagam, ex quibus 63. gradibus ab aequatore removent Agathemerus 1, 8. et Ptolemaeus c. l. Plura dabit Vol. 2. In illo autem tractu, quae huc accommodari possit, occurrit insula Bergi, sita 60° 11′ latitudinis, quam Plinius 4, 30. f. 16. in illo tractu cum Nerigo ponit, unde in Thulen navigetur. Quid igitur magis vero simile, quam librarios ab ignoto nomine ad notius transiluisse, legendumque videri *Bergarum*, uti praeter alios volunt Cambdenus in Britannia p. 850. (ed. Londin. 1657.) Hill ad Dionys. v. 581. Pontanus in Chorogr. Daniae descr. p. 744. Crenius in animadvers. Philolog. T. 9. p. 22. et recentiori aetate Keralio in Memoires — de Paris Tom. 45. p. 43. Pro eo *Bergorum* reponit Goropius Becanus in originibus Antwerpianis lib. 7. p. 693. qui et Plinium c. l. sua vel ex ipso Mela vel ex eius praeceptoribus duxisse putat. Ausus igitur sum et hic reponere *Bergarum*. *Sacae* quidem minus recte hic ab aliis producti adparent. Cf. ad 3, 5. in.

opposita) Ciaccon. Lips. Gud. Prag. Vindobon. Rehdiger. Cibin. Vatic. Venet. Havn. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9, 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *apposita*, quod Vadianus mutavit in *opposita*, a quo in reliquas editiones transiit. Soli hoc Parisienses habuisse videntur. Prius tuetur Ciacconius, ex recentioribus Schloezerus p. 62. c. l. qui arguta emendatione depravatum fuisse dicit in *opposita*. Contra Munckerus ad Hygin. Poet. Astron. 1, 6. reprehendit doctum virum,

Ciacconium, opinor, qui vellet *appoſita.* Vtriusque verbi mutatio ſolemnis eſt, uti docuerunt praeter Munckerum Drakenborch. ad Sil. Ital. 14, 335. et quos memorat, Oudendorp. ad Lucan. 1, 464. idem ad Frontin. 3, 10, 8. Heinſius et Burmann. ad Ovid. epiſt. 7, 10. Amorr. 3, 6, 7. et alii. Sic Prag. 1, 13, 20. Sed cf. ad 2, 1. in. et 2, 7, 9. Lubens tamen hic adſentior Schloezero tum propter codices, tum quod mutandi gravis cauſa non aderat. Antea pro *litori* Lipſ. Gud. Prag. Cibin. *litore.* Poſt Rehdiger. Vindob. *grais,* ut alibi in noſtro.

In ea, quod —) De huius loci lectione et ſenſu disceptatio mota eſt inter viros doctos. Dicam primum ex inſtituto ordine de librorum ſcriptura. Ciaccon. omiſſis vocibus *in ea* totum locum ſic conſtruit: *celebrata carminibus, quia ibi ſol longe occaſurus exſurgit;* Voſſ. 3. *in ea ſol longe;* Prag. *in eaque ibi ſolo;* Voſſ. 3. Pariſ. 3. Vindob. cum edd. ante Voſſium omittunt *ibi;* revocatum primus ille addidit, ſequentes retinuerunt. Tum Havn. *ſolo* (ut Prag.) *longe occiſus;* Vatic. 3. *occaſus;* Voſſius ex melioribus depromit: *quod ibi ſolo longe occaſus exurgit;* idem dedit *haut longe occaſurus,* eumque ſecuti Gronovii in edd. 40. 41. 42. poſt iterum expulſum ceſſit. TZSCHVCKE. Et in his verbis ordinis error eſt; debent enim, ut reor, ſic concipi: *In ea per hyemem ſicut alibi, obſcurae utique noctes ſunt, aeſtate breves ac lucidae; quod ſol longe occaſurus exſurgit, qui per id tempus iam ſe altius evehens* etc. PINTIANVS. *Quod ſol longe occaſurus —)* Si haec lectio ſana eſt, id voluit Pomponius, quia ſol diu ſupra horizontem exſtat, et longe admodum ſeptentrionem verſus abduci videatur, ideo breves eſſe noctes in Thule inſula. Sed inepta eſt haec locutio. Libri meliores legunt, *quod ibi ſolo longe occaſus exurgit.* Scribe: *Quod ibi ſol haut longe occaſus exurgit.* Hoc pueri intelligunt. Quia ſol non longe occidit, vicina quippe ſunt puncta ortus et occaſus, ideo

nox aestate ibi brevissima est. Manifeste itaque negativa particula addenda est. Porro valde errant, qui existimant, Melam hic peccare in doctrinam sphaericam, aut transponenda esse verba, ut Pintianus. Nihil hic est, quod quemquam debeat offendere. Dicit in Thule insula brevissimas esse noctes, nempe cum sol in borealibus signis versatur. Sed vero hyeme noctes esse illic aeque atque alibi obscuras. Aestivas autem noctes dicit esse claras, quia sol non multum infra horizontem sit depressus propter obliquitatem sphaerae. Solstitio vero nullam omnino esse noctem, quia sol non occidit, sed oblique descendens maxima tamen sui parte supra horizontem exstet. Nihil verius. Ex hac porro descriptione satis apparet, iuxta hypothesin Melae Thulen sitam fuisse sub sexagesimo septimo latitudinis gradu. VOSSIVS. Miror. Vtrum in MSS. ō est *haud*, an vero *non?* Tò *longe* quod sequitur, inducit ad credendum, excidisse voculam *non*. Legi igitur debuit *sol non longe*. I. GRONOVIVS. Ad haec aliud, quod reponam, non habeo, nisi id solum; si non aliam laborum suorum iuvenis iste referat mercedem, tanti non esse didicisse literas. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Eam hinc mercedem refero, quam Pichena ad lib. 6. Annal. Taciti cap. 43. *Delectum capiendo diademati diem haud concelebraverant*, ubi vulgo dabant *non*; quam Thoinardus [Toinardus] in loco Lactantii de mortibus persecutorum cap. 18. ubi ad verba ista, *cum inde sibi aut nihil praeter nomen aut multum videbat accedere* scribit: „Addidi *haud* ante *multum* tamquam necessarium, non autem *non;* quoniam *haud* potius absorptum fuisse videtur in praecedente vocabulo *aut*.“ Immo an Vossius ita iudicabit in hac cura mea erga Pomponium Melam? Nonne ipse tam Senex ad verba ista Lactantii ob hanc ipsam voculam adhaesit vulgante Colomesio? Didicisse literas quid sit, plane non a Vossio aestimandum censeo, nedum quae merces inde exspectanda. I. GRONOVIVS *in nota posteriore.* Primo intuitu mire vel

inepte haec Mela fine negante particula indicavit nulla fphaerici motus ratione habita, in qua fola explicatio rei fita eft. Abeft tamen illa a libris veteribus omnibus. Omnino autem hae particulae modo intruduntur temere, modo omittuntur. Cf. Garatonius ad Cicer. de provinciis conful. c. 8. Drakenborch. ad Livium 21, 9, 1. qui tamen caute in ancipiti hac emendandi ratione agendum effe recte monet, et qui plures nominat Arntzen. ad Aurel. Victor. de Orig. Gent. Rom. c. 7. extr. Quaeritur, an fenfu commodo abeffe hic poffit. Omittit Kappius et explicat in indice: fol, qui mox per longum temporis fpatium in horizonte confpici nequit; tum confuli iubet Eumenii panegyr. in Conftantinum cap. 9. ubi tamen eft: *fol ipfe, qui nobis videtur occidere, ibi adparet praeterire*, a quo, ut ab ipfa Melae narratione aliena videtur illa explicatio, quippe qui caufam adfert, cur noctes fint breves eamque in folis breviffima abfentia ponit. Nimirum haec ad noctis brevitatem unice referuntur. Tum inferit *mox*, quod Mela ignorat, nec ad rem explicandam pertinet. Attamen etiam Goropius Becanus in originibus Antwerpianis lib. 7. p. 693. magis certiora haec putat, fi omiffa negatione legantur. Contra Keralio in Memoires — de Paris T. 45. p. 41. eam addit locique fenfum fic exponit: Le foleil s'y levant et s'y couchant a deux points du ciel très voifins l'un de l'autre — putatque, Pomponium fecutum quidem effe Pytheae narrationem, fed auxiffe, et fic Thulen ultra circulum polarem pofuiffe. Omnino autem quatuor hic fententiae a Mela fubiunctis caufis adferuntur: 1) noctes funt breviffimae, quod fol longe occidit; 2) noctes per hiemem funt obfcurae, ut in aliis regionibus; 3) noctes funt aeftate lucidae, quod tum altius fol evehitur, et vicino fplendore proxima illuftrat; 4) circa folftitium nullae funt noctes. Ex quibus caufis confiderandae hic funt, quae explicant, cur nullae et cur breves fint noctes. Nullas effe dicit, quia fol manifeftior prodeat, nec totus

occidat. Hinc vero discitur, quomodo intellexerit verba: *longe occasurus*, in quibus continetur causa brevium noctium. Inversa enim forma eodem sensu est, quod longe post ortum occidit. Nempe, si cum libris omittatur *non* vel *haud*, longe non de loci, sed temporis spatio intelligi debet, unde sensus efficitur commodus aptusque hic, solem longo demum tempore post ortum occidere, atque hinc breves noctes efficere. Sic apud Virgilium Aen. 10, 317. Servius *nec longe* explicat *nec multo post*, ut adverbium loci pro temporis adverbio positum sit antique. *Longe recusat* in Virgilio Aen. 5, 406. i. e. diu, quod inde Servius interpretatur valde. Sic *dudum* et *longissime* sibi respondent in Plauti Sticho 4, 1, 23. Sed plura de hoc usu disputavit Burmannus ad Lucan. 9, 921. ubi *longe nascentis cornua cervi* cum aliis Oudendorpius de loco accipiebat. Hispanus interpres, Gonzalez de Salas ad eundem fere sensum: *para ponerse mui tarde*. Neque tamen reluctor, si quis ex usitatiori significatione intellectum inserta particula *non* adiuverit. Iornandes de rebus Get. cap. 3. rem ita declaravit: *quia prolixioribus diebus solem ad orientem per axis marginem vident redeuntem.*

aliubi) Vatic. 3. Prag. Lips. Rehdiger. *alicubi;* alii *aliubi*, Vaticanus 1. forte cum Venet. et Havn. *alibi*, uti habent omnes editiones ad Vossium, qui revocavit ex codicibus *aliubi*, inde ad reliquos manavit; tantum Reinoldiana an. 1775. 4. *alicubi.* Eadem harum particularum commutatio ut est facilis, ita etiam non insolita. Sic in Petronii Satyr. cap. 45. pr. ex libris notatur, ubi iam Schefferus voluerat *aliubi*, quod Burmannus edidit. Cf. etiam supra ad 1, 19, 13. et 2, 4, 2. Idem et hic cum plerisque codicibus praeferendum puto. Post pro *lucidae* Rehdiger. *luce;* Vatic. 3. *quia per id tempus;* Paris. 1. *tempus inde se;* Havn. *altum evehens;* Cibin. *in se non cernatur;* Gud. *non cernantur;* Prag. *nec cernitur;* post

cernatur in ed. 2. veluti lacunae signum subiicitur : : . et tum sequitur *vicino;* Gud. Lipſ. Pariſ. 1. 2. 3. Vatic. Venet. Havn. Vindob. Cibin. Rehdiger. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *proxime;* inde a Vadiano reliquae *proxima,* uti in Prag. exſtat; Vindobon. *proxime illum ſtat,* in quo poſt deeſt *vero;* et *vi* pro *ſui;* pro *ſulgorem* Pariſ. 1. 2. Vatic. Lipſ. Gud. Rehdiger. Vindob. cum iisdem editionibus ad Vadianum *ſulgore;* Cibin. Pariſ. 3. *ſulgorem;* Prag. *manifeſtioior non ſulgent modo.* Recte illa nexuque probante Vadianus emendavit.

§. 10. *Talge)* Ita teſte A. Gronovio Mediolan. et quatuor alii, quibus accedunt Vaticani Lipſ. Prag. Gud. Rehdiger. Pariſ. 1. Venet. Havn. Ciacconius ex antiquo codice notat *Tale,* ex alio edd. 27. 29. *Talcas,* quod et in Cibin. exſtat; Pariſ. 2. 3. *Talgae.* Edd. 1. 2. 9. 13. *Talgae;* 12. 14. 16. 18. 19. 21. 24. 25. 28. pleraeque Olivarianae, Schottus, Voſſius, Gronovii 40. 41. 42. *Talca;* Vinetus *Talcas;* Vadiana altera cum poſterioribus, in quibus 30. 32. 37. tum 29. 33. Lugdun. 1605. et aliae quaedam Olivarianae *Talga;* 3. 4. 5. *Talge,* quod repetierunt Reinoldianae, poſt 44. 45. reliquae. In exemplari meo ed. 6. antiqua manus adleverat leg. *Talca.* TZSCHVCKE. Ptolemaeus [6, 9.] *Talca.* BARBARVS. Plinius in ſexto [c. 20. ſ. 17.] *Tazata;* Ptolemaeus *Tachalca;* ſic enim praefert codex Graecus, Latinus *Talcha* legit. Hermolaus ſine adſpiratione *Talca.* PINTIANVS. Perperam apud Plinium *Taxata.* Apud Ptolemaeum non recte in editis Τάχαλκα ſcribitur, cum in libris ſit Τάλκα. VOSSIVS. In Ptolemaeo, certe Bertii, eſt Χαλκά, cui ex cod. Palatino additum legitur καλουμένη Τάλκα. Plinii *Tazata* eadem creditur, ubi codd. Harduini *Zozata.* Si noſtros ſequaris, praeferendum utique eſt *Talge,* etſi Ptolemaeus ſuadere videtur *Talca.*

omni fruge) Vindob. *ideo fruge.* In iis, quae hinc ſequuntur, MSS. haec notanda obiiciunt: Cibin. *et fructibus;* Rehdiger. Vindob. *habundans;* Vindob. Prag. ed. 1. *nephas;* Vatic. 3. Prag. *quae gignuntur, neſas* (Prag. *nephas*) *et* (Prag. omittit) *pro ſacrilegio habent, tangere;* Pariſ. 2. etiam *tangere;* Rehdiger. *parata exiſtimantes Diis;* Ciaccon. *peracta* pro *parata;* Vindob. *atque ſervanda* pro *Diisque ſervanda.* Porro Venet. *et in his oris;* edd. 15. 17. 20. 23. *et in iis oris;* Vatic. 3. Pariſ. 2. *et in illis, quas;* Prag. *in nullis;* Vindob. *dextras* pro *deſertas;* Pariſ. 1. *aliaeque deſertae;* Vindob. *ſcithas;* Prag. *ſciticas.* A verbis *Aliquot et illis oris* cap. 31. initium ponitur a Vineto.

CAP. VII.

Nova hic capitis diſtinctio facta eſt a Voſſio, cum priores haec usque ad narrationem de India ſuperioribus adnexuerint, quod et in MSStis obſervatur. Reinoldius vero caput poſuit nonum praemiſſo titulo *Ora Scytharum ab Oriente,* et promovit ad *Tabin.*

§. 1. *Ab his)* Ita pro *iis* repoſuit cum Reinoldio A. Gronovius in edd. 44. 45. ex omnibus ſuis MSStis, quibuscum concinunt plerique meorum. Antea legebatur *Ab iis,* uti eſt in Pariſienſibus. Prag. *Ab hiis.* Sed haec nota ſunt et obvia.

Eoum mare) Lipſ. *in Eurum curſus;* Voſſiani, Pariſ. 3. *in eorum recurſus;* idem Vaticani, Cibin. Rehdiger. Pariſ. 1. Gud. tantum *recurſu;* Pariſ. 2. Venet. Havn. *curſu;* Prag. *in eodem curſu;* Vindob. *in eum recurſus.* Poſt pro *inflectitur* Vatic. 3. Ven. Havn. Pariſ. 2. Lipſ. *flectitur.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *in eorum recurſus in-*

flectitur; Vadianus, 16. 18. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae cum Vineto *in Eoum recurſus;* Schottus, Voſſius, reliqui *in Eoum mare curſus.* TZSCHVCKE. *In eorum recurſus)* Lego: *ab iis in Eoum mare curſus inflectitur.* Plinius in ſexto cap. 17. [ſ. 20.] *A Caſpio mari Scythicoque Oceano curſus inflectitur ad Orientem converſa litorum fronte.* PINTIANVS. Poſſis etiam non male cum Lipſ. legere: *in Eurum,* recepta tamen lectio Melae eſt aptior, qui curſum maritimum ſecutus loca enumerat, quaſi praeternavigata; tum *Oriens* ſubiicitur. Sic infra *eo* pro *Eoo* et ſimilia alibi, de quibus vid. ad 2, 3, 1. 3, 9, 8. Egregie vero firmat eam lectionem locus Plinii a Pintiano excitatus. Plinio adde Solin. c. 53. ſ. 50. et Iſidorum Origin. 14, 3. Sine dubio τὸ *re* in *recurſus,* quod codices multi exhibent, ex corrupta voce *mare* adhaeſit, quia ibi antea non fuerat, nec redire poteſt, tum quia *inflectitur* novam progreſſionem indicat. Poſt Rehdiger. *inque omnis oram terrae.*

Pertinet haec) Codices Voſſiani itemque mei et editiones tantum non omnes facta diſtinctione verbum *pertinet* ad priora reiiciunt. Sequentibus dedit Voſſius, uti olim ed. 6. et poſt Voſſium omnes, quod utique probandum ſit, ne parte ſui neceſſaria careant proxima, ſi in iis Voſſianam lectionem *ad Colida* exceperis. Ciacconius verbum *pertinet* ex margine irrepſiſſe et delendum cenſebat, quod ſic melior diſtinctio ſervat. Poſt Rehdiger. *ab Scythico.*

ad Colida) Voſſiani itemque mei *appoſita* exhibent, et ſic editiones ad Voſſium, qui ſequentibus aliis ſubſtituit *ad Colida.* TZSCHVCKE. *Appoſita)* Melius *expoſita.* PINTIANVS. Pintianus legit *expoſita,* ſed legendum puto *ad Colida.* CIACCONIVS. Forte *ad Colida* pro *appoſita* ſcripſit Mela. SCHOTTVS. Foede hic locus inquinatus eſt. Quis enim ſenſus in illis, *a Scythico pro-*

muntorio apposita? Ex Plinio lib. 6. cap. 17. [ſ. 20.] ſatis colligi poteſt, mendum hoc iam tunc fuiſſe in exemplaribus Melae. Dicit enim orientale latus Aſiae extendi a Scythico promuntorio, nec addit, quousque. Vt itaque reddamus veterem ſcripturam, reddenda eſt primum lectio veterum librorum, quae haec eſt: *Ab his in eorum recurſus inflectitur, inque oram terrae ſpectantis orientem pertinet. Haec a Scythico promuntorio apposita prima onis invia, deinde ob immanitatem habitantium inculta.* Qui aliquid in his literis videt, fateatur neceſſe eſt, veram eſſe coniecturam noſtram: *Ab his in Eoum mare curſus inflectitur, inque oram terrae ſpectantis orientem. Pertinet haec a Scythico promuntorio ad Colida. Prima omnis invia* — Latus Eoum Aſiae extendit a Scythico promuntorio usque ad Colida. A Colide vero promuntorio incipit latus Aſiae, quod meridiem ſpectat, ut ipſe ſequenti capite docet Pomponius. VOSSIVS. Ferri in Plinio poſſunt haec: *Inhabitabilis eius prima pars a Scythico promontorio*, ſi praecedentia reſpicias. At in noſtro loco quocunque verteris *apposita*, vel ſervata, vel mutata priori diſtinctione, componi minime poteſt. Adquievi igitur in Voſſii emendatione et explicatione cum aliis.

primumque omnis —) Voſſiani, Cibin. *prima omnis invia;* Mediolan. Lipſ. Gud. Prag. Venet. Havn. Vindob. Pariſ. 1. 2. 3. *primum omnis quae*, vel *que eſt invia*, tantum in Prag. Venet. Pariſ. 1. 2. pro *invia* legitur *in noſtra* ex compendio ſcribendi *nr̃a;* Vatic. *primum omnisve;* Rehdiger. *primumque omnis quae eſt;* Zaluſc. *primumque omnis eſt invia.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. *primum omnis quae eſt invia*, tantum 1. 2. 9. 13. *inicia* pro *invia;* 16. (Vadianus) 18. 21. 22. 23. (quae hic a ſuis diſcedit) 24. 25. et hinc Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *primum omnis ob nives invia eſt* vel ut

pleraeque Olivarianae, Vinetus, Schottus *est invia;* Vossius et hinc 40. 41. 42. *prima omnis invia;* 44. *primum omnis est invia;* 45. post Kappius *primumque omnis est invia;* Reinoldianae *primumque omnis est invia*, vel, quod ego ipse in duabus legi, *invia est.* Retinui *primumque* tum propter sequens *deinde*, cui propius respondet, tum propter nexum artiorem, ne in minutiores partes oratio difflueret. Post Ciaccon. Prag. *ab immanitate;* non omnino male; Lips. *ab immanitatem;* Cibin. *ad immanitatem.*

Scythae) Rehdiger. *Scythie.* Tum A. Gronovius ex codicibus suis excepto Mediolan. neglecto Gud. adfert *Andropage* et *Androphage;* ex meis Paris. 2. *androtagae;* Lips. *androtage;* Gud. *aridrotage;* Prag. *drophage;* Rehdiger. *Andropage;* Ciaccon. Vatic. 3. Vindobon. Venet. *Androphage;* Havn. cum Ciaccon. et Mediolan. *Androphagae;* Vatic. 1. Paris. 1. 3. *Androphagoe.* Edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 17. 19. 20. *Androphagae;* 2. 9. *Androphage;* 13. 16. 18. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vossius, 40. 41. 42. *Androphagi;* Reinoldianae 44. 45. reliquae *Androphagoe.* TZSCHVCKE. Aldus *Androphagae* cum *ae* diphthongo in postremâ. Scribe *Androphagoe* cum *oe* diphthongo, terminatione Graeca ex Herodoto, cui perquam familiaris vox est *Androphagoe.* PINTIANVS. Apta est Pomponio haec terminatio, ut *Soloe* 1, 13, 2. quo etiam ducit in multis libris *Androphagae.* Post Ciaccon. cum aliis *Sagae*, vel ut Lips. Cibin. Rehdiger. Gud. Prag. — *Sage;* Paris. 1. *Sacae.* Editiones ad Vossium *Sagae;* 11. *Sage*, ut solet; inde a Vossio *Sacae.* TZSCHVCKE. *Sacae* legi Herodotus suadet in *Polymnia.* [7, 64.] SCHOTTVS. Sic et pro vulgato olim *Sagae* emendandum docebat Marianus Valguarnera in antiquitt. Panormitanis p. 230. (Vol. 13. Graevii thes. antiqu. Siciliae.) Nempe Σάκαι praeter Herodotum scribunt etiam Strabo lib. 11.

p. 352. ſ. 511. Stephanus h. v. Dionyſ. v. 750. et alii; Plinius 6, 19. ſ. 17. *Sacae.* Alio modo corruptum eſt hoc nomen in Mamertini panegyr. in genethl. Maximiani cap. 17. ubi in cod. Schwartzii et edd. primis legitur *Sacci.* Porro Cibin. *diſtincta;* Vatic. 3. Venet. *et quia feris ſcatet;* Prag. *et quia foris ſtarent;* Vatic. 3. *inhabitabiles;* Prag. *inhabiles;* Vatic. 1. Rehdiger. Gud. *inhabitabile.* Ex editionibus 10. *qua feris ſcatet,* nec incommode, nec praeter morem noſtri. Ceterum Venet. totum hunc locum ſic effinxit: *Scythis proximi ſunt Androphage — et quia feris ſcatent, inhabitabiles.*

iterum loca) Vindob. *verum loca.* *Beluae,* quod pro *belluae* in bonis libris occurrere notavit etiam Geſnerus in theſauro L. L. ſub h. v. reperitur in Gud. Prag. Cibin. Rehdiger. et editionibus quibusdam, veluti 2. 11. 12. 13. 14. 19.

mari imminentem) Prag. quaſi poetico ſpiritu adflatus *mari minantem* ſunt; ſed etiam Solinus cap. 50. ſ. 53. *mari imminens,* quod in Plinio 6, 20. ſ. 17. eſt *incubans mari.* Poſt *Tabim* et ſine adſpiratione plerique codices, veluti Cibin. Vatic. Gud. Prag. alii, in quibus Rehdiger. *Thabim.* Editiones, in iis antiquae, *Thabim,* vel, uti Camertinae, Vadianae, Olivarianae, Vineti, Schotti, *Thabin;* inde a Voſſio *Tabin,* quomodo legitur in Plinii et Solini cc. ll. Hinc vero ea forma probari poteſt, cum codices adſpirationem ament verbisque obtrudant. An enim alibi commemoretur, equidem neſcio.

Longe ab eo) Verbum *longe* putamus aut redundare, aut, ſi non redundat, ſignificare *in ſublime* et *excelſum.* Nam videtur hic Mela repetere et apertius dicere, quod de Tauro monte in Lycia [1, 15, 2.] prodiderat: *Taurus ipſe ab Eois litoribus exſurgens vaſte ſatis attollitur.* Facit igitur initium et originem montis

Tauri promuntorium Tabin. Plinius quoque lib. 4. [lib. 5, 27.] ab Eois litoribus venire afferit Taurum montem; et paulo ante. PINTIANVS. Credo fcripfiffe Melam: *Non longe ab eo;* nifi fecum ipfe pugnet. Proximo enim capite tamquam fui oblitus *Tabis promuntorium, quod Taurus attollit.* Plinius lib. 6, 17. [f. 2b.] *Deferta cum belluis, usque ad iugum incumbens mari, quod vocant Tabin.* Quae eo libentius integra adfcripfi, quod Solinum, ut alias faepe, in errorem induxerint, qui *Tabin* mare facit cap. 20. [c. 50. f. 53.] referens provocabulum *quod* ad *mare,* non ad *iugum;* quod et Pintianus monuit in Retractationibus. SCHOTTVS. Neuter recte; Schottus praeterea falfam ex Mela de Tabi lectionem admifcet, Solinoque iniuriam infert. Mela enim diferte duo diftinguit Tabin montem, et Tamum promontorium, quod a Tauro adtolli infra fcribit. Taurus igitur illo promontorio hic ab Eois litoribus exfurgit, et utrumque magno fpatio diftat, quia Seres interfunt. Ceterum ab his verbis caput 10. inftituit Reinoldius, cui praeponit titulum *Seres.*

ex commercio) Novem codices Abr. Gronovii meique omnes (de Parifienfibus non conftat) cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *et commercio* vel etiam *et comertio;* Vadiano duce poftea in reliquis omnibus prodiit *ex commercio.* Cum mutandi nulla fubeffet caufa, antiquam lectionem nexui etiam aptam ufuque linguae probatam reddidi. Ita et olim voluerat Ciacconius. TZSCHVCKE. Sic Ovid. Remed. am. v. 220: *damnis Allia nota fuis;* et Plinius 29, 4. [f. 30.] *Coffinus, eques Romanus, amicitia Neronis principis notus.* A. GRONOVIVS. Nemo dubitat. Ceterum Schottus haec fubiecerat: Alias: *Seres interius funt, gens iufta, et commercio, quod rebus in folitudine relictis abfens peragit, notiffima.* Qui fic legat, ignoro. Libri certe noti in propofita lectione confen-

tiunt; tantum Rehdiger. *genus hominum plenum;* forte quod librarium *genus* pro *gens* simpliciter dictum offenderet.

§. 2. *notissimum. India)* Codices et editiones veteres inde a primis longa serie legunt *notissima* et praeposito maioris distinctionis signo cum *India* proxime copulant, ita ut hinc novam narrationis sectionem vario quidem modo exordiantur. 1) Rehdiger. Vindobon. Paris. 1. 3. edd. 3. 4. 5. 6. 10. spatio vacuo separant, primam etiam literam maiuscula forma exhibent. 2) Cibin. intervallo posito in margine habet *India.* 3) Lips. edd. 1. 2. 9. 11. 13. inscribunt *de India;* Gud. *de India notissima;* edd. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae, Schottus, Reinoldius *India;* edd. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Indiae descriptio;* Paris. 2. *Indiae descriptio ac insularum in eo Oceano existentium;* Vossius eumque secutae editiones posteriores, exceptis Reinoldianis, continua serie hic pergunt novique capitis initium faciunt a verbis: *Ab his in Eoum mare* — ut supra ibi notatum est. Discrepant item, qui capitis numerum adponunt. Sic edd. 9. 13. capitulum IV. ed. 11. capitulum XI. edd. 7. 8. 15. 17. 20. 23. caput IV. Olivarianae cap. VII. Vinetus cap. XXXII. At male vox *notissima* non solum avulsa est a superioribus, sed etiam, ut sequentibus accommodari posset, terminationis mutationem subiit. Nimirum et codices omnes et editiones ad Schottum novam hanc narrationis partem exordiuntur verbis: *Notissima India.* Schottus praeeunte quidem Sanctio, sequentibus Vossio et ceteris eam loci formam constituit, quam hodie tenet. TZSCHUCKE. *Notissima India)* Lege *novissima* vel *notissimum*, et superiori capiti annecte, et paulo ante *et commercio* pro *ex commercio.* Solinus cap. 55. [s. 52.] et de India ait: *Nam Alexandri Magni armis comperta et aliorum postmodum regum diligentia peragrata peni-*

tus cognitioni nostrae addita est. Quare amplius indubium non est, Solinum illo capite multa ad verbum ex Mela sumsisse. Illud vero non omiserim, Strabonem lib. 15. [in.] palam dicere, ignotam esse Indiam, quem vide etiam lib. 2. [p. m. 48. s. 70.] Si inspicias, fateberis, multa ad verbum ex Mela sumsisse. CIACCONIVS. Olim, *notissima India* Pintiano, displicebat vox *notissima* et dixit mihi et aliis discipulis scribendum *novissima.* Ego postea ex commentariis Graecis in Dionysium de situ orbis [v. 752.] elegantissime locum correxi: *Seres intersunt, genus plenum iustitiae, ex commercio, quod rebus in solitudine relictis absens peragit, notissimum. India non tantum* etc. SANCTIVS *in praefatione. Notissima India.*) Falso. Capitum distinctionem non a Mela, sed a librariis esse, initio [ad 1, 1.] admonui, et in confesso res est, utilitatis specie aliqua, ne res commisceri viderentur. Hinc factum, ut saepe varient codices, hicque natum sit monstrum *turpe, informe, ingens.* Nihil enim India minus notum, vix nuper Hispanorum navigationibus satis patefactum. Si quis tamen mordicus editam lectionem tueri volet, animus non est admodum contra niti; tantum, quid mihi videatur, testificor. Edito iam Mela *Novissima India* legi maluit Pintianus. Si mihi censori clavum figere, lustrumque condere liceat, ad superiora, unde divulsa sunt, quoque pertinent, Sanctio nostro assensus, libenter retulerim, *absens peragit notissimum.* In quo non mihi, sed Eustathio Dionysii Scholiastae doctissimo fidem haberi volo. Sic enim ille: [c. l.] Τῶν πωλουμένων τὸ τίμημα σακκίοις ἐπιγράψαντες ὑποχωροῦσιν· εἶτα ἐλθόντες οἱ ἔμποροι καὶ θέντες τὴν τιμὴν ἀναχωροῦσιν· ἐφ' οἷς ἔρχονται οἱ Σῆρες, καὶ, εἰ μὲν ἀρέσκονται, λαμβάνουσι τὴν τιμήν· εἰ δὲ μήγε, τὰ ἴδια. Accedit ad haec, quod in Mela observavi, solere eum de gente aliqua dicturum, fere a gentis nomine narrationem inchoare; exempla in ore omnium. Symbolam quoque Latinus conferat. Plinius lib. 6. cap. 17. [s. 20.]

de Scythis: *Nec in alia parte maior auctorum inconstantia; credo propter innumeras vagasque gentes.* An igitur notissima India, si tanta Scriptorum incertitudo? SCHOTTVS.

non Eoo) Venet. Havn. Vindob. Gud. Paris. 1. 2. Vatic. Prag. Cibin. Rehdig. *non eo tantum;* Havn. Ven. Prag. Vatic. 3. subiiciunt *quod apposita*, tantum Havn. *opposita;* Lips. vocem *Eoo* ignorat; Paris. 3. et edd. 1. 2. 9. 13. *non continenti apposita pelago.* Porro Prag. *sed eo quod;* edd. *sed et quod*, omisso *ei.* Vulgata aliorum librorum nostrarumque editionum ipso nexu probatur. Sic supra *eorum* pro *Eoum.*

ad meridiem spectans) Ciaccon. Lips. Gud. Prag. Paris. 1. 2. Cibin. Rehdiger. *ad meridiem spectat;* ed. 2. *in indicum.* TZSCHVCKE. Forte, *quod a meridie Indicum diximus.* Sic lib. 1. [2, 1.] *a meridie Indicus.* Nam littora sive terrae ad meridiem, sive ad ortum spectare dicuntur, non maria. CIACCONIVS. Fastidiosi hoc esse videtur palati. Non enim video, quid in ipsa re obstet, quo minus dici ita possit, si quis a mundi plagis notare pelagus velit. Post Cibin. *et Indicum;* edd. 1. 9. 13. *in Indicum.*

Indo finita) Lips. Gud. Prag. Venet. Paris. 3. Havn. Vatic. Cibin. Rehdiger. *inde finita;* Vindobon. *indiffinita.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. reliquae cum Vadianis, Olivarianis *indefinita*, praeter 14. in qua legitur *inde smaro finita;* Vinetus, Schottus, Vossius et hinc ceteri *Indo finita*, uti olim Pintianus et hoc teste Mariangelus antea emendaverat, comprobantibus auctoribus aliis. *Indo* etiam Parisienses 1. 2. praetulisse videntur. Quid *Smaro* velit in ed. 14. equidem non video. Antea Venet. *et huic Tauri montis.*

tantum ſpatium) Ciaccon. *tantum ſpatio;* Lipſ. Vatic. Gud. Prag. Pariſ. 1. 2. Havn. Vindob. Rehdiger. *tanto ſpatio;* Cibin. et alii *tantum ſpatium*, uti legitur in editionibus; Reinoldianae tamen ferunt *tantum ſpatio;* Havn. Prag. omittunt verbum *occupat*. Cum *tanto* locum non habeat, librarii id accommodaſſe videntur ad *ſpatio*, quod verum puto. Docent hoc, ni fallor, ſequentia, in quibus *quantum* ad *tantum* refertur, quod non poteſt intelligi, ſi ſpatium ſubpleveris, ut ne dicam, inutiliter ſic et frigide etiam adiici verba *quantum — curſus eſt*. Significat autem *ſpatio litoris* ambitu, extenſione, vel omnino hinc ſpatioſo litore. Nam de loci magnitudine ſaepe noſter adhibet, quae, qualia ſint, ex nexu iudicandum eſt. Sic 1, 4, 1. 1, 6. in. — Tum favent etiam codices. Ceterum quod Salmaſius ad Solin. p. m. 781. ita hunc locum refert: *tanta ſpatia litoris occupat*, memoria eum id lapſum feciſſe puto.

quadraginta) Pariſ. 2. 3. Rehdiger. Lipſ. Vatic. Pariſ. Havn. Venet. Vindob. et editiones inde a primis *ſexaginta;* Gud. IX. pro LX. Cibin. et forte Pariſ. 1. *quadraginta*, quod etiam ex codice notatur in edd. 27. et 29. et poſt, praeeunte, ni fallor, Vineto Voſſius repoſuit, unde ab aliis eſt receptum. TZSCHVCKE. Pro *ſexaginta* e libris repoſui *quadraginta*, quomodo etiam Plinius lib. 6. cap. 17. [ſ. 21.] VOSSIVS. Numerorum ſigna LX et XL facile turbari potuerunt. Vtrum verum ſit, vix ſtatui poſſe videtur in tanta veterum auctorum disſenſione de ambitu et longitudine Indiae, uti adparet ex Strabone lib. 15. p. 474. ſ. 689. Arriano in Indicis cap. 3. et Plinio 6, 21. ſ. 17. Quod ſi curſus ille maritimus facit 1200 ſtadia, in Strabone et Arriano habet, quo ſe tueatur numerus *quadraginta; ſexaginta* vero, ſi ad 1000 ſtadia redigitur, ex Diodoro 2, 35. momentum accedit, qui 60000 ſtadiis Indiae ambitum complectitur, et eadem, quae noſter, ſubiicit. Facit tamen

Plinius, qui nostrum et hic reddidit, ut *quadraginta* cum aliis codicibus praeferatur.

ita multum a —) Parif. 2. Havn. Prag. *ita nostris;* Rehdiger. Vindobon. Gud. *ita multum nostris;* Lipf. *ita nostris multum.* Post Ciaccon. *aliterque in aliis;* Vatic. 3. Prag. Cibin. *aliter quam.* Porro Rehdiger. *umbre arborum.* Denique codices omnes et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *iacent.* Vadianus immisit *iaceant,* ut cum praecedentibus artius contineretur, eumque secuti sunt reliqui omnes praeter Reinoldium, qui revocavit *iacent,* et, ut stare ita posset, post *adpareat* maioris distinctionis signum adposuit. Mollius tamen in vulgata lectione fluere recepta forma videtur partibusque suis haec sententia melius connecti. TZSCHVCKE. Delenda forte vox *rerum* et simpliciter legendum, *umbrae ad meridiem iaceant.* Plinius 2, 37. [2, 75. f. 73.] *Sol dexter oritur, umbrae ad meridiem cadunt.* Strabo 2. [p. 91. f. 133.] CIACCONIVS. Nihil id ad delendam eam vocem valet, cum arbitraria sit ratio. Post pro *scatet* Rehdiger. vitiose *scatere.*

non minus maximas —) Sic Vossius ex suis libris recitat, cum quibus etiam Vatic. Rehdiger. Lipf. Vindob. Havn. Prag. Parif. 2. 3. Augustinor. consentiunt. Neque tamen undique verax et hic fuit Vossius. Nam, teste A. Gronovio, Voff. 1. habuit *non minores maximis canibus,* quod et inveni in Cibiniensi. Ciacconius ex codice Latinii et suo adnotavit *non minus maximis canis;* Parif. 1. dedit *non maximas canibus.* Edd. veteres *non minus maximas canibus;* Vadiano duce 16. 18. 21. 22. 24. 25. et hinc Vadianae, Olivarianae *non minores maximis canibus,* quod et probarunt Vinetus et Schottus. Veterem lectionem revocavit Vossius, quam et reliqui exceperunt. TZSCHVCKE. Herodotus [3, 102.] et alii

[vid. Vol. 2.] dicunt, formicas Indicas esse minores canibus, sed maiores vulpibus. Non, puto, ab illis recessisse Melam; itaque veriorem esse censeo omnium scriptorum lectionem, quam temere mutarunt: *alit formicas non minus maximas canibus.* Dicit, formicas non esse minus magnas, quam sint canes. Etiam alibi hic noster superlativis utitur pro comparativis, quod ipsum et apud Sallustium et alios linguae Latinae auctores saepe videre est. VOSSIVS. Superlativum passim pro comparativo poni apud Graecos etiam, docet structurae forma. Vid. Davisius ad Max. Tyr. 23. in. Beckius ad Aristoph. aves v. 822. et quos hic nominat. Cf. praeterea Corte ad Sallust. Iug. c. 31, 14. etsi alius ibi est nexus. Locus Herodoti 3, 102. unde sua petiit Mela, sic habet: μύρμηκες μεγάθεα ἔχοντες κυνῶν μὲν ἐλάσσονα, ἀλωπέκεων δὲ μέζονα. Ad quae si verba nostri ex Vossiana explicatione transferas, minime ea respondent. Tum enim sensus exsistat: non minores esse maximis canibus, quod Herodotus minime tradit. Acutius mentem Pomponii vidit Kappius et in indice s. v. *formicae* exposuit sic: formicae Indiae magnitudine praestant formicas aliarum regionum, sicut canes Indici magnitudine superant canes aliarum regionum, quapropter etiam adlegat Curtium 9, 1, 31 sq. Posterior tamen eius explicationis pars recidi forte possit, et comparatio omnino ad canes omnium regionum referri, quod facit etiam Herodotus. Sic Strabo lib. 15. p. 483. s. 793. de India: κερκοπίθηκοι μείζους τῶν μεγίστων κυνῶν. Eodem fere modo dixit Horatius Satyr. 1, 6, 24. *trahit gloria curru non minus ignotos generosis.* Sensus igitur, si ad similem formam effingas, mutatis verbis hic est: Alit formicas aeque maximas, ac canes. Pro *Gryphorum* Cibin. *gryporum;* alii *griphorum*, uti etiam edd. 1. 2. 9. 13. *grifforum*, *griphorum*, et *gryphorum*, quod iam dederunt edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. — Hinc cap. 33. a Vineto ponitur.

immanes et —) Lipſ. Havn. *immanes etiam ſerpentes.* Poſt Vatic. 3. Prag. Havn. *ut aliqui;* Pariſ. 2. et quidam Voſſiani videntur habuiſſe cum edd. Voſſii, 40. 41. 42. *ut qui;* reliqui, et ex iis, quos Abr. Gronovius conſuluit, Mediol. Gud. tres Voſſiani, Perizon. et ipſius *aliqui ut*, cum ceteris editionibus; tantum mutata diſtinctione Vinetus poſuit: *Serpentes aliqui: et ut —* TZSCHVCKE. Nihil muto. Tantum moneo, legi etiam poſſe: *Immanes et ſerpentes alit, ut elephantes morſu atque ambitu corporis conficiant.* PINTIANVS. Forte: *immanes etiam ſerpentes alit, qui elephantes morſu atque ambitu conficiant;* vel *ſerpentes alit, ut qui elephantes —* Sic lib. cap. 7. [§. 5.] de Cypro: *ingens, ut quae aliquando novem regna ceperit.* CIACCONIVS. In quibusdam veteribus ſic ſcriptum invenio: *qui ut elephantos,* in aliis *ut aliqui elephantos.* Priſca ſcriptura forſan haec fuit: *Immanes et ſerpentes, ut qui elephantos morſu atque ambitu corporis conficiant.* Attamen non video, quamobrem improbanda ſit lectio vulgata, [quam tamen in textu improbavit] *aliqui,* quam meliores ſervant codices. Neque enim omnes Indici ſerpentes vaſti adeo et immanes ſunt. VOSSIVS. Priorem Ciacconii emendationem amplectitur etiam Schottus. At vulgata bene habet, ſenſumque praebet ſatis commodum. In loco de Cypro, quem notat Ciacconius, eſt explicatio totius ſine exceptione partis.

elephantos) In terminatione fluctuantur codices et editiones. Voſſiani duo, Leidenſ. Rehdig. Pariſ. 1. 3. Vaticani, Vindob. Havn. Venet. Prag. edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. omninoque omnes cum Reinoldianis ad Gronovios *elephantes.* Cibin. Mediolan. Gud. tres Voſſiani, Perizon. Lipſ. A. Gronov. Pariſ. 2. cum edd. Gronovianis et Kappianis *elephantos,* quod etiam, ut Mela ſibi conſtet, probandum videtur. Vſitatam tamen eſſe utriusque terminationis commutationem docent Corte ad Sal-

lust. de B. Iug. 32, 3. 40, 1. 62, 5. ubi etiam cod. Polantin. habet *elephantes*, Oudendorp. passim ad Frontinum idemque ad Hirtium de B. Afr. 27, 19. 72, 84. Sic in Eutropio 4, 27. s. 11. et alibi. Ceterum conferri possunt, quae supra ad 2, 7, 15. de hac terminatione disputarunt I. Gronovius et Vossius.

conficiant) Omnes mei codices *afficiant* praeter Paris. 1. qui obiecisse videtur *conficiant;* tantum Cibin. *ambitu afficiant corporis*, et Rehdiger. *ambitu corporis efficiunt afficiant;* A. Gronovius, etsi facile poterat, nihil tamen diserte de hac lectione adtulit; Gudianus certe cum aliis habet *afficiant*, nec aliter editiones veteres, et qui eas referunt. Schottus primus reposuit *conficiant*, idque retinuerunt cum Schotto Vossius, Gronovii et alii praeter Reinoldium, qui priscam lectionem reduxit. *Conficiant* volunt etiam Pintianus et Ciacconius. Vtriusque verbi mutatio et alibi notatur, de qua cf. Oudendorp. ad Frontin. 2, 5, 39. Sic Cod. Vatic. in Iulio Caesare de B. C. 3, 5. et 9. pro *confecti* habet *affecti*, et in Mela 1, 19, 10. Ciacconius, ut hic, pro *adficiunt* malit *conficiunt*, ubi cf. notata. Sed nec hic mutatione opus est, contra libros obtrusa. Vt enim ibi inedia unius diei adfici recte dicitur, ita et hic intelligi potest. *Adfici* enim dicitur, quod non ad finem ipsum, sed proxime finem progressum est ac deductum, uti explicat Gellius N. A. 3, 16. Vid. Drakenborch. ad Sil. Ital. 15, 505. quo quidem sensu optime est accommodatum. Sic graviter vulnerare notat in Iul. Caes. de B. C. 3, 95. Vid. Oudendorp. ad Frontin. 2, 5, 4. quem sic vindicat contra Cuperum. Quamvis vero etiam ibi *confecti* de elephantis dicitur, adiuncta tamen causam mutant. Ego igitur cum Reinoldio veterem lectionem revocavi.

et tam feracis) Cibin. *alicubi et tam feracis soli et tam pinguis;* in ed. Reinold. anni 1775. inveni

etiam ferunt, quae commiſtio nec in codicibus infrequens eſt, in poſteriori maxime parte. Poſt *in ea* Vatican. 3. Havn. Venet. Lipſ. Prag. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 19. 21. 24. 25. Olivarianae fere omnes, Voſſius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. Reinoldius pro quo 6. *eam ella;* 7. 8. 15. 17. 20. 23. *eam mella;* vel *in eo,* uti codices A. Gronovii, Vatic. Cibin. Gud. Rehdiger. cum aliis editionibus, veluti Vadianis, 21. 28. 29. Vineti, Schotti, 44. 45. et ſequentibus. TZSCHVCKE. Accedo MSS. qui habent *eo*, nempe ſolo, quod proximum eſt. I. GRONOVIVS. Schottus haec verba redundare putat. Poſſint utique abeſſe, ſed cum codices tueantur, probo ſententiam Gronovii, mollioris etiam ſoni cauſa.

fiſſa) Lipſ. Rehdiger. *fixa;* Prag. Vatic. 3. *interfixa;* Vindobon. *fiſa*, et antea Havn. Vatic. 3. et Prag. *arundo;* Lipſ. *harundinum;* reliqui *arundinum fiſſa.* Ed. 1. *fixa;* 15. 17. 20. 23. *ſciſſa;* aliae *fiſſa.* TZSCHVCKE. Aldus *ſciſſa.* Videtur legendum *ſingula* ex Plinii ſeptimo libro: [c. 2. cf. 16, 65. ſ. 36.] *Arundines*, inquit, *tantae proceritatis, ut ſingula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant.* Nam quid attinebat in demonſtrando illarum arundinum uſu adiicere aut *ſciſſa* aut *fiſſa?* Num admonendus erat lector, non praeſtare illum uſum, niſi prius ſcinderentur? PINTIANVS. Quis haec contra omnes libros definiat, immo plus valet illorum lectio. Idem vero verbum, uti iam Ciacconius notavit, adhibet in eadem narratione Solinus cap. 52. ſ. 55.

navia) Voſſiani, Ciaccon. Venet. Lipſ. Gud. Vatic. 3. Cibin. Rehdiger. *navita;* Vindob. Havn. *navitas;* Prag. *velut mavis;* Vatic. 1. *navis;* Zaluſc. *naves;* Pariſienſes exhibuiſſe videntur *navia.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae pleraeque, Olivarianae, cum Vineto *navitas*; 34. *nautas*; Schottus *naviculae*; Vossius et sequentes *navia*. TZSCHVCKE. Scribendum forte *veluti naviculae*. Solinus [c. 55. s. 52.] *ut lembi*. [*lembi vice*.] Nam Plinius eos, qui illis internodiis feruntur, non appellavit navigantes, sed homines, ut liquet ex verbis paulo ante allatis. PINTIANVS. Forte *navigia*, quomodo Solinus; sed dictio *navitas* iuxta vetus quoddam exemplar redundat. CIACCONIVS. *Nautas*.) Credo ex Plinii illo *navigantes* huc intrusum. Mox dele *quaedam*. SCHOTTVS. In scriptis codicibus legitur *veluti navita*. Inde Salmasius [ad Solinum c. 55. s. 52. p. m. 715.] faciebat *veluti navicula*. Lego *veluti navia*. Quid sit *navia* docet Festus, cum scribit eam ex uno ligno exsculpi ac esse instar alvei, quo utuntur in vindemiis. Plane itaque idem est, navia, linter ac alveus. Plinius hanc lectionem confirmat, ac alveum appellat id genus μονοξύλου lib. 7. cap. 2. *Arundines vero tantae proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines* ferant. Porro istiusmodi lintrium creber etiamnum apud Indos est usus in fluminibus. — VOSSIVS. Tractavit hunc locum Salmasius c. l. qui sic legit: *internodia velut lembi navitas binos* —. Posse tamen etiam legi subiungit *veluti navicla* — quia in vetere codice Palatino sit, (ut supra ex aliis notatum) *navita*, quod sit *navicla* i. e. *navicula*. *Navigia*, quod coniiciebat Ciacconius, habet Boccatius de fluminibus s. v. Acesinus. Cum omnes codices ista verba tueantur, Vossii lectio proxime ad verum accedere videtur. *Navis* est explicatio peritiorum librariorum; *navitas* ab aliis effictum et ad *binos* accommodatum. Quid sit *navia* iam ex Festo exposuit Vossius. Porro navis, qua Saturnus advectus erat, in denario expressa sic adpellabatur, uti adparet ex lusu puerorum apud Macrobium in Saturnal. 1, 7. Post Prag. *binos et quidam trinus et vehant*; Cibin. *quaedam tertiam vehunt*.

§. 3. *Lino alii)* Prag. *lino aut veſcuntur*, ſatis lepide. Pintianus elegantiorem hanc lectionem cenſet: *Lino alii veſtiuntur, alii lanis.*

avium ferarumque) Sic meliores MSS. teſte Abr. Gronovio; ex meis Vatic. Lipſ. Prag. Rehdiger. in Gudiano aberat vox *avium*; Vindob. *ferarum aviumque*, uti, opinor, etiam Pariſienſes, Venet. Havn. cum editionibus omnibus ad Reinoldium et Gronovianam 44. unde mutato ordine *avium ferarumque* repoſitum eſt, quod utique videtur aptius, ut propius reſpondeat ſubiuncto *pellibus*.

proceri —) Cibin. *proceri corpore et ingentes.* Tum *elephantis* praeferunt omnes mei codices et editiones praeter 7. 8. 15. 17. 20. 23. in quibus legitur *elephantibus*, ſcilicet ut accommodarent ſuperiori lectioni *elephantes*.

Quidam proximi parentes) Sic MSS. Gud. Voſſ. 1. 4. Perizon. A. Gronovii, quos hic adfert, item Ciaccon. ex meis Cibin. Vaticani, Prag. Venet. Havn. Pariſienſes. Solus Lipſ. dat *quidam proximos parentes*; et Rehdiger. *quidam proxime parentes.* In Vindobon. deſunt haec ad *caedunt.* Superiorem lectionem *Quidam proximi parentes*, exhibent etiam editiones veteres cum Ald. Iunt. 20. Poſt Vadianus in prima editione poſuit *quidam proximi parentesque*, unde 18. excepit; hinc vero idem paullum immutata forma dedit: *quidam proximos parentesque*, quod manavit in cognatas adfinesque non ſolum, ſed et in Olivarianas, et adriſit Vineto, Schotto, Voſſio et Gronoviis in edd. 40. 41. 42. Denique praeeunte Reinoldio rediit *quidam proximi parentes*, pro quo ed. 28. olim *quidam proximos parentes* praebuit. TZSCHUCKE. Forte, *quidam parentes, prinsquam.* Solinus tamen *proximos parentesque* habet, cap. 65.

[c. 55. f. 52.] ut et Strabo. [lib. 11. p. 358. f. 520.] CIACCONIVS. Strabonis locus de Derbicibus tamen ita habet: τοὺς ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότας σφάττουσι, ἀναλίσκουσι δὲ τὰς σάρκας οἱ ἄγχιστα γένους. Herodotus 3, 99. unde noster duxisse videtur, de parentibus diserte nihil habet, tantum narrat, et viros et feminas, vel senes vel aegrotantes mactari a familiaribus et devorari. Sed quid est *proximi parentes caedunt?* Aptius liberi, quorum sunt parentes. Aut igitur cum Ciacconio delenda est vox *proximi*, quod tamen durum est, reclamantibus libris omnibus, aut reponendum cum Vadiano *quidam proximos parentesque*, quod tuetur Solinus c. l. qui Melam ad verbum sic reddidit: *Sunt, qui proximos parentesque, priusquam annis aut aegritudine in maciem eant, ante velut hostias caedunt, deinde peremtorum viscera epulas habent.* Ita etiam propius noster ad Herodotum accedit; tum illam lectionem reliqui A. Gronovii codices habuisse videntur, ad quam etiam Lipf. ducit. Decepit forte librarios neglectio particulae *que*, ut *proximi* ad *parentes* accommodarent. In ipsa vero significatione vocis *proximos* nulla mora esse potest, cum, quocunque modo vertas, ad idem redeat. Quare non dubitavi, illam lectionem revocare. Post Cibin. *in maciem meant.* A verbis: *Quidam nullum animal* — cap. 34. in ed. Vineti.

At ubi) Mariangelus: *Alii, ubi senectus.* PINTIANVS. Forte: *Alii, ubi senectus*, sed rectius est: *At ubi senectus.* CIACCONIVS. Solus Schottus illam emendationem typis reddendam curavit, quam nec libri probant, nec sensus ipse et nexus requirunt, etsi eam damnata librorum lectione adposuit etiam Salmasius ad Solin. cap. 55. f. 52. p. m. 706. *Moribus* pro *morbus* vitium operarum est in edd. 1. 9. Tum ed. 42. *anxie.*

Prudentiores, et quibus —) Varie hic locus componitur. Prior pars sic: Vossianus, quem ipse opti-

mum vocare ſolet, Vatic. 1. et 3. Havn. Pariſ. 3. *prudentiores eis, quibus*; Gud. Mediolan. *prudentiores ei, quibus*; Chiſian. Arundellian. Prag. Venet. Lipſ. Rehdiger. Pariſ. 1. 2. *prudentiores enim, quibus*; Cibin. *prudentiores, quibus*; Vindob. videtur obtuliſſe *prudentiores, et quibus*. Editiones *Prudentiores eis, quibus* usque ad Gronovianam primam; in altera enim legitur: *Prudentiores et quibus*, quod cum Reinoldianis exceperunt poſteriores; tantum ex ſuperioribus Heniſchii editio (34.) *Prudentiores quibus*, omiſſa voce *eis*. Succedit pars poſterior itidem agitata. Voſſianus optimus, Arundellianus, Prag. Venet. *ars ſtudiumque eſt ſapientiae*; Rehdig. *ars et ſtudium ſapientiae*; Vatic. 3. *ars ſtudium et ſapientiae*; Pariſ. 2. Cibin. *ars ſtudiumque ſapientiae*; Vatic. 1. *ars ſtudiumque ſapientiae*; Pariſ. 3. Lipſ. Gud. Havn. *ars ſtudium ſapientiae*, neque aliter Pariſ. 1. omiſſa tantum voce *ars*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *quibus ars ſtudium ſapientiae*, quam lectionem inſtauravit Reinoldius; ceterae edd. Vadiano duce, *quibus ars ſtudiumque ſapientiae*. TZSCHVCKE. Forte: *prudentiores et eis*, vel *ex eis*, vel vacat dictio *eis*. CIACCONIVS. Mirificas oportet eſſe rationes omnium, qui haec ita ſuſtinent edere, quum in nullo ſic invenerim ſcriptum codice. Chiſianus praeferebat *prudentiores enim, quibus*. In alio [Gud.] legebam *prudentiores ei quibus*, et ita in Mediolan. Hic primus debebat eſſe ſtimulus non acquieſcendi huic commento ex cauſa vetuſtae lectionis. Praeterea, quod nunc legitur, eſt et ipſum contra genium Melae, qui non ſolet talibus praemittere pronomen. Legendum enim: *Prudentiores, et quibus ars ſtudiumque*. Itaque id ſecutus fui. I. GRONOVIVS. Quia in ſuo libro pro *eis* Gronovius *ei* invenit, ideo locum hunc ſic legendum cenſet: *Prudentiores, et quibus ars ſtudiumque*. Sed non intellexit Melam, nec vidit, ubi ulcus lateat. Quid enim hoc in loco ſibi vult *ars ſapientiae*? Iterum itaque conſului veteres libros,

in quibus nonnullis abeſt ultima vox *contingit.* Sed veram exhibet lectionem codex optimus: *Prudentiores eis, quibus ars ſtudium eſt ſapientiae, non exſpectant eam.* Convenit codex Arundellianus, niſi quod pro *eis* habeat *enim.* — Sunt autem, qui ſtudium ſapientiae converterunt in artem vivendi, et non niſi demum vitae pleni — glorioſam ſibi accerſerunt mortem. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Recte de *eis* monet Gronovius. Ita enim 2, 2, 4. *At quibus conſolari eas animus eſt* et ſimilia. Pertinet enim ad praecedentia, quo in nexu langueat. Non magis placet *enim,* quod in hac continuae narrationis parte melius abeſt. Aut igitur plane cum Cibinienſi utraque vox delenda eſt, aut cum Gronovio *et* reponi debet, quod facile tranſiit in *ei,* unde ſcribendi compendio exſiluit *enim,* vel nexus cauſa effictum eſt *eis.* Verbum *contingit* a librariis inſertum non videtur, quod agnoſcunt plerique nec in iis deterioris notae codices. Voſſius infert ſenſum, non refert, et male *ars* cum *ſapientiae* nectit, cum per ſe ſtet poſita. Duri tamen aliquid ineſſe non nego. Ars enim et ſapientia contingere poſſunt alicui, an vero etiam ſtudium, dubitare liceat, in primis cum proxime illi ſubiungatur. Poſt pro *ingerendo* Cibin. *ingrediendo,* non bene.

arceſſunt) Codices plerique et editiones *accerſunt*; Vatic. tamen, Rehdig. Gud. et forte Venet. Havn. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 12. 13. 14. 19. *arceſſunt,* uti recentiores inde a I. Gronovio. TZSCHVCKE. Voſſ. 1. *accerſiunt* pro *arceſſiunt,* de quo verbo egit Oudendorpius in notis ad Frontin. lib. 1. cap. 9. §. 3. et 2, 7, 4. A. GRONOVIVS. Inveteratum errorem, quo ſcribatur *accerſo,* dicit Muncker. ad Hygini fab. 88. p. 142. et Lambinus adeo ad Nepotis Dionem 2, 2. Latinam vocem eſſe negat. De ſcriptura *arceſſo* monuit iam olim Colerus ad Valer. Max. 2, 3, 2. et hinc Corte ad Salluſt. d. B. C. cap. 40. f. et quos memorat, itemque Drakenb. ad Liv.

2, 19, 10. et Oudendorp. ad Iul. Caes. de B. G. 1, 31. 5, 11. Sed res est profligata. De forma *arcessiri* disputatur etiam a viris doctis ad Nepot. c. l. et ad Attic. cap. 21, 4. Antea Prag. dat *et gloria* omisso *cum*.

§. 4. *Nysa)* In MSS. fere *Nisa* vel *Nysa*, uti apud Curt. 8, 10, 7. Edd. 1. 2. 9. 11. 13. 35. *Nyssa*; 6. 7. 8. 14. 19. *Nisa*; reliquae fere *Nysa*, ut Plinius 6, 23. f. 21. in. Martian. Capella lib. 6. p. 224. Solinus c. 55. f. 52. ex Graecis Diodor. Sic. 3, 69. et alibi, Plutarch. in Alex. c. 58. et alii. Sed et duplex habent quidam, in quibus Arrianus de exped. Alex. 5, 2. in Indicis in. (olim quidem) Strabo lib. 15. p. 573. f. 687. Dionysius v. 1159. Orosius 3, 19. in. et alii. Probabilem scripturam ostentant omnino numi, quod iam Berkelius ad Stephanum p. 597. intellexit et multis inlustravit Holstenius ad eundem p. 227 sq. Cf. etiam de cognominibus urbibus, quae congesserunt Raschius et Eckhelius. Accedit Διόνυσος, quod simplici litera effertur, unde illud etiam evincunt Gronovius ad Arrian. de exp. Alex. 5. in. p. 195. et Wesseling. ad Diodor. 1, 15. Quare et nunc bonae editiones hanc rationem sequuntur. Sic Ernesti in Homeri hymno in Bacchum v. 5. adiutus MSStis alterum expulit, etsi duplex reliquit Il. 6, 133. in Νυσσήϊον. Priorem rationem secuti etiam sunt codicibus adiuvantibus in Apollonio 4, 1134. Brunckius et Beckius, probatque unice in Homero c. l. Heyne. Nec hic refragantur codices. Detruncata autem haec verba exhibet Vindob. sic: *incolunt plurime nisa*; idem post infert: *et iovi sacer*; Prag. *Urbium, quas colunt*. Pro *Meros* edd. 15. 17. 20. 23. *Neros*. Ceterum hinc capitis 35. initium posuit Vinetus.

Famam hinc pr. habent) Vacare haec verba censet Ciacconius et Schottus, qui et diversis literis distinxit. Pro *hinc* Vatic. Paris. 1. 2. *hanc*, quod et

notavit Ciacconius. Pragenſ. *hānt*, quod alias eſt habitant.

in illa) Vadianus et hinc 18. 21. 22. 24. 25. omnino Vadianae, Olivarianae cum Vineto, Schotto, (qui tamen veluti partem gloſſae produxit) Voſſius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. praeponunt *quod*, repugnantibus MSStis omnibus, etiam Ciaccon. et priſcis editionibus. Ita paſſim Vadianus Melam male adiuvat, qui tamen ſeparata et diſtincta orationis membra ponere amat, cuius luculenta exempla habes 1, 1. in. 1, 19, 7. et alibi. Sic Vadianus 3, 4, 2. ablativos conſequentiae effinxerat, de quo et cf. 1, 1, 2. Pro *genitum* inverſo literarum ordine edd. 1. 2. 9. 13. 15. 20. Saling. 1538. *gentium*; Rehdiger. *ſpeculi* pro *ſpecu* repetita prima ſequentis nominis ſyllaba.

patrem) Incertam haec vox ſedem habet in multis codicibus et editionibus. Abeſt enim in MSStis Vatic. Cibin. Rehdiger. (hic etiam *ſpeculi* pro *ſpecu Liberum*) Lipſ. Gud. Havn. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 22. 24. 25. Vadianis, Vineto, Schotto et Reinoldianis prioribus; habent tamen Venet. Prag. Vindob. et, quod videtur, Pariſienſes tres item ex edd. 15. 17. 20. 23. Voſſius, Gronovii, Kappius et Reinoldiana an. 1775. An in ſuis codicibus invenerit et in quibus A. Gronovius, nihil monuit, et potius videtur inveniſſe, certe in plerisque. Vtrum recte habeat, dictu eſt difficile, cum utraque forma iidem etiam auctores, veluti Horatius, utantur, et promiſcue hic agant proſaici et poetae adeo in eadem re narranda. Sic Martianus Capella lib. 6. p. 224. addit, antea p. 223. omittit. Legiſſe tamen hic videtur etiam Boccatius, quia, cum plurima ex Pomponio hauſerit, ſ. vv. *Meros* et *Niſa* addit. Addit etiam Plinius 6, 23. ſ. 21. ut alibi 2, 106. ſ. 110. 36, 4. ſ. 5. aliquoties et noſter ſupra 2, 2, 2.

insitum) Sic codices A. Gronovii plerique et mei cum edd. 1. 2. 9. 11. 13. pro quo Prag. vitiose *inscitum*; cod. Augustin. et forte Havn. Paris. 2. 3. *insutum*, uti edd. 3. 4. 5. 6. 10. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vossius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. Hinc rediit *insitum*, quod et antea probaverat Reinoldius. Sic *insuerunt* et *inseruerunt* commutantur in Frontino 3, 13, 3. Etsi *insitus* a plerisque MSStis sustinetur et aptius re ipsa videtur, *insutus* tamen damnari omnino nequit, in primis si Graecos audieris. Ita Aristides T. 1. p. 29. (ed. Iebb.) Ζεὺς τὰς αὐτοῦ γονὰς ἐῤῥαψάμενος τῷ μηρῷ ἐφόρει δέκα μῆνας ἐξ ἀρχῆς, δίαιταν ἔχων ἐν Νύσοις, et hinc maturo fetu Iovem τὰ ῥάμματα solvisse c. l. dicit. Sic Agatarchides de rubro mari cap. 4. p. 10. (Hudſ.) καταῤῥάπτω habet, Eustathius ad Dionys. v. 1159. ἐς τὸν μηρὸν ἐνεῤῥάψατο Ζεὺς, quo verbo et alii utuntur. Alii etiam simplex ponunt; in quibus Diodor. 5, 52. Apollodor. 3, 4, 3. Vid. Wesseling. ad Diodor. 3, 63. Munckerus et Staveren. ad Fulgentii Mythol. 2, 14. et quos laudant, Ovidius etiam Metam. 3, 312. *patrioque tener — insuitur femori.* Hinc etiam Bacchus μηροῤῥαφὴς dictus est, uti monet Eustath. c. l. Sed et ἐντίθημι dicunt Graeci, veluti Lucianus in Deor. dial. 9, 2. Antea Cibin. *femore*, quam structuram non inusitatam esse Latinis docuit Gronovius ad Liv. 28, 24. in. Rehdiger. *aut femori.*

ingessit) Forte *incessit*, ut cap. 10. *libido incessit.* Virgilius [Georg. 4, 68.] *saepe duobus Regibus incessit magno discordia motu.* CIACCONIVS. Non tantum contra omnes libros, sed et incommodo sensu. Post Rehdiger. *cruor oras.*

§. 5. *ab Indo*) Paris. 1. *ab Hemo*; Gud. Cibin. Rehdiger. *ab imo*; Lipf. *ab ymo*; Prag. *mō*, quod alias valet *modo*, ut 3, 1, 1. Cf. de his corruptionibus

ad 2, 3, 1. ad vocem *Peneus*. Poſt *Gangen* praeeunte Reinoldio poſuit ex plerisque MSStis Abr. Gronovius in edd. 44. 45. quod et poſt locum obtinuit, cum antea legeretur *Gangem*, quod certe exhibent plerique mei codices. Nec ſibi conſtant edd. Reinoldianae; nempe quae anno 1739. prodiit, habet *Gangem*. Poſt Prag. *pali-boter*; Cibin. *palibroti*; reliqui *Palibotri* cum omnibus editionibus, uti et ſcribunt Boccatius ſ. v. Indicum mare, *Palibotra* Geogr. Ravenn. 2, 3. et tab. Peutinger. 12. E. Et ſic ante Harduinum *Palibotri* in Plinio 6, 22. ſ. 19. At ſi Graecos inſpicias, inferenda eſt adſpiratio; dubiam tamen iidem faciunt antepenultimam, quippe quam efferunt modo per Παλι, modo per Παλιμ. Sic Strabo lib. 15. p. 475. ſ. 690. p. 483. ſ. 702. Diodor. Sic. 2, 39. Παλίβοϑρα, ſed μ inſerto Arrianus in Ind. cap. 2. extr. et alibi, Stephanus h. v. Παλίμβοϑρα. In Ptolemaeo Bertii 7, 1. et lib. 8. tab. 10. Aſiae modo Παλίβοϑρα, modo Παλίμβοϑρα legitur, etſi poſterius habent in utroque loco aliae editiones, veluti Argent. 1520. f. Poſteriores videntur neglexiſſe adſpirationem, uti certe adparet ex tabula Peuting. 12. E. et Geogr. Ravenn. 2, 3. Litera μ dubia videtur, minus adſpiratio, quam ideo nunc addidi. De coniecturis interpretum poſt.

ad Colida) Vindob. Venet. Vatic. 1. Pariſienſes tres, Cibin. Gud. Palatinus Salmaſii *ad ſolida*; Rehdiger. *a ſolida*; Vatic. 3. Prag. Lipſ. Havn. *ad Iolida*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *ad Solida*; 16. 18. 21. 22. 24. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *ad Iolida*; Voſſius cum reliquis *ad Colida*, praeeunte Salmaſio ad Solin. cap. 55. ſ. 52. p. m. 782. Tum pro *niſi*, quod eſt in MSStis et edd. 1. 2. 9. 13. *Nyſii* vel *Niſii* habent edd. reliquae, dum Vinetus reduxit *niſi*, quod probarunt Schottus, Voſſius, Gronovii et alii. Poſt Pariſ. 1. *niſi ubi habitetur*, omiſſis reliquis; Schottus, Voſſius, 40.

41. 42. *quam ut habitetur;* Prag. *abiretur*; edd. 1. 9. 13. *habitent*; Lipſ. *extuat*. TZSCHVCKE. Locus mendis creberrimus et ordo verborum vitiatiſſimus, quem, ſi velimus ſenſum aliquem commodum elicere, perinde ac putre et ruinoſum aedificium demoliendum habemus. Demoliamur igitur Diis bene iuvantibus. Nam, ut ſubveniamus eximio auctori iam prope animam agenti, committendum eſt aliquid vel Gyaris et carcere dignum. Lego igitur permutatis prius verbis, deinde etiam caſtigatis ad hunc modum: *Oras tenent ab Iolide ad Indum Nyſaei, ab Indo ad Gangen Palibothri. A Gange magis, quam ut habitetur, exaeſtuat.* Verbum illud *Nyſaei* cum diphthongo in penultima ſcribendum, auctore Stephano, ab urbe *Nyſa*, Indicarum clariſſima, de qua et monte eius *Mero* ſtatim ante disſeruit; hoc enim melius, quam ut legatur *niſi*, ut alii ſentiunt. Nec *Iolide* lego, ſed *Colide*. Eſt autem *Colis* promuntorium ob immenſam altitudinem alio nomine dictum *Aornos*, vel, ut alii proferre malunt, *Aornis*, hoc eſt avibus inacceſſum, cuius multi meminere, et inter alios Plinius in ſexto; [c. 24. ſ. 22.] apud quem tamen mendoſe pro *Coliacum Colaicum* legitur. Inter hoc promuntorium et Indum fluvium ſitam eſſe urbem *Nyſam* praeter Geographos Arrianus hiſtoricus [de exped. Alex. M. lib. 5. in.] et apud nos Curtius [8, 10, 12.] tradunt. Item *Palibothreni* lego, non *Palibothri*, ita gentile nomen formante Stephano. Ipſam autem urbem Arrianus ſemper cum *m* in ſecunda *Palimbothra* enuntiat. Nec aliter in duobus vetuſtis codicibus, quos, (ut dixi) domi habeo, invenitur. At Ptolemaeus, Strabo, Stephanus [v. ſuperior nota] ſine *m* omnes, cum *th* in ultima *Palibothra*. Hermolaus autem ſine adſpiratione ſcribit in ſexto *Palibotra* contra antiquorum omnium auctoritatem. PINTIANVS. Lege ad hunc potius modum: *Oras tenent ab Indo ad Gangen Palibotri, a Gange ad Colida, niſi ubi magis, quam ut habitetur, exaeſtuat, atrae gentes et quodammodo Aethiopes;*

a Oolide ad Taurum recta sunt litora. Plinius lib. 6. cap. 19. [s. 22.] *Sed omnium in India prope non modo in hoc tractu potentiam claritatemque antecedunt Prasii, amplissima urbe ditissimaque Palibothra; unde quidam ipsam gentem Palibothros vocant, imo vero tractum universum a Gange.* CIACCONIVS. Forte legendum: *Oras tenent a Coliaco ad Gangem Palibotri, a Gange ad Indum Nyssaei, ubi magis, quam ut habitetur, exaestuat* ex Plinio lib. 6. cap. 19. [s. 22.] Ptolemaeo [c. l.] et Solino cap. 55. [s. 52.] ex quibus convincitur, *Palibotri* retinendum, licet *Palibothreni* substituat Pintianus; cuius lectionem non damno, reponentis *Colide* pro *Iolide.* SCHOTTVS. *A Gange ad Colida Nysii.*) Et haec et superiora ad fidem veterum exemplarium reduximus. Observatum id ipsum Pintiano, quem secuti sunt alii. Salmasius tamen [ad Solin. c. 55. s. 52. p. m. 783.] hic defendit *Nysi* pro *Nysii* Indico, ut loquitur, typo. Verum cum iam Nysam memoravit, quid opus Nysios vel inepto vocabulo Nysos, denuo recensere? Abest Nysa quam longissime ab hoc tractu. Denique quid sibi volunt sequentia: *ubi magis, quam ut habitetur, exaestuat, atrae gentes et quodammodo Aethiopes?* Vbi non habitatur India, quomodo illic atrae sunt gentes? Talia profecto haec sunt, ut confutatione non egeant. Iam vero quod Colida adtinet, eius promuntorii situm iam superius ostendimus. Praeter iam ab aliis allatos, meminit quoque illius Ptolemaeus [7, 2.] in extimo Aureae Chersonesi cornu. Nam quo loco apud illum legitur Μαλαίου κῶλον ἄκρον legendum est Μαλαίου ποτ. ἐκβ. et deinde Κῶλον ἄκρον. Vrbis vero huic promuntorio vicinae nomen est Κῶλοι apud eundem Ptolemaeum. Colon itaque Colis et Colias eiusdem promuntorii est nomen. Adsitus vero populus Colici et Coliaci dicebantur. Valde autem errat Salmasius, quum Coliacos, Indorum gentem remotissimam, cum Colis Ponti Euxini accolis confundit. Quis enim non videat, verba ista Stephani Κῶλοι ἔθνος

πρὸς τῷ Καυκάσῳ etc. non posse de hac Indica gente accipi? Quid Caucaso commune cum Aurea Chersoneso? VOSSIVS. Liberius hic suo more evagatur Pintianus, cuius impetum librorum auctoritas coercere poterat; nimis etiam temere ordinem progressionis disiicit. Schottus praeter necessitatem Melae ordinem invertit, quem recte servavit Ciacconius, idoneo argumento impugnavit Vossius fugavitque. Ita saepius in nostro adpellativa nomina in propria transierunt mutata, de quo vid. ad 2, 7, 11. et in primis ad 2, 3, 1. Tum recte, opinor, positum est, *quam ut* pro *quam ubi*, quod molestum faciunt praecedentia. Sic 1, 13, 3. *spatium, magis, quam ut progredi quispiam ausit horribile.* Non enim insolitam esse hanc commistionem docent Drakenb. ad Liv. 24, 15. in. et quos memoravit. De Coliade dubitationes contra Vossii emendationem movit Georg. Henr. Ursinus in diatribe de Seribus p. 366. (vid. Io. Henr. Ursini Miscellaneorum libri 6.) quia Colis s. Colias promontorium obiectam habeat Taprobanem, uti adpareat ex Dionysio v. 591. Avieno v. 774. et aliis. Ipse *Iolida* mavult, cuius nominis vestigia servet hodie nunc urbs *Ior* s. *Iol*, et pro Κῶλοι in Ptolemaeo c. l. emendat Ἰώλις. Nemo tamen *Iolida* novit, et si verum est nomen, eius notitia uni Melae debetur. Certe, quidquid est, ordo postulat, ut ultra Taprobanem et Gangen quaeratur; nec temere Ptolemaei subsidium arcessivit Vossius in Κῶλον ἄκρον et Κῶλοι, etsi parum adiuvatur ab aliis, quos eius mentionem facere notat. Situs igitur certus est, nomen dubium. Aut igitur hic et supra in initio capitis reponi debet *Iolis*, aut in utroque loco cum recentioribus retineri *Colis*, quod et ex subiecto horum recensu magis probatur. De *Palibothris*, uti etiam vocat Plinius 6, 22. s. 19. supra dictum est.

atrae gentes) Vindobon. *Arte gentes*; Lips. *acre gentes*; Gud. Havn. *ac regentes*; Vatic. 3. *ac regentes*

sunt; Rehdiger. *at regentes*; Venet. *at nigrentes sunt.* Erroris causa patet. Post Rehdiger. *ethyopes*; Prag. *Anthiopes.*

A Colide) Paris. 1. *a solide*; Paris. 2. *ab Solide*; Rehdiger. *ab yolide;* reliqui cum Boccatio s. v. Indicum mare et edd. ad Vossium *Ab Iolide;* a Vossio inde omnes *A Colide.* Post Prag. *cunidum,* pro *Cudum,* quod legitur in aliis et Boccatio c. l. nec minus in editionibus etiam veteribus; tantum 30. 32. *Cludum;* Reinoldianae *Imaum.* TZSCHVCKE. Scribo, ut dixi, *A Colide.* De *Cudo* nihil comperi. Sed materiam nobis gravissimus auctor Strabo subministrat emendandi etiam huius loci, *Coniacos* scribens populos esse Indiae maxime Orientales postremosque illius plagae. Quid si non *Cudum,* sed *Tabin,* etsi duriusculà correctiône, legendum est? Alioquin male cohaereret, quod statim sequitur: *Tabis promuntorium est, quod Taurum attollit.* Nam videtur Pomponius repetere, quae antea dixerat, hoc est, *Tabin, Gangen* et *Indum,* ut rursus exponat pluribus, quae antea delibaverat tantum. PINTIANVS. *Ab Iolide ad Cudum)* Alias *a Colide ad Cudum.* Forte *ad Taurum.* Strabo p. 102. [lib. 2. p. 88. s. 129.] Huius loci *Coriacos* memorat Strabo Latinus p. 474. [Heresbachius, qui tamen cum priori interprete et Gr. habet *Coniacos*; vid. lib. 15. p. m. 474. s. 689.] Sed forte *Coniacos* legendum. Hoc promontorium Ptolemaeus lib. 7. [c. 1.] *Cory* sive *Calligicum* appellat, Κῶρυ ἄκρον τὸ καὶ Καλλίγικον. CIACCONIVS. A Cudo, sive promuntorio, sive oppido, populus Κούδητες Ptolemaeo [7, 2.] dicuntur, vicini Sinis ultra Colum vel Colicum promuntorium, Eoo adsiti litori. Verum hoc in Ptolemaei tabulis non sic sese habet: istic quippe littus Eoum, quod Sinae tenent, non in septentrionem, sed in austrum perperam vergit. VOSSIVS. *Tabis,* quod substituit Pintianus pro *Cudum,* longius deserit codices, nec ab ipso Mela probatur, qui Tabin

procul a Tauro ponit capitis huius principio. Nec Taurus admitti poteſt, cuius veſtigia in Cudo nulla ſunt, et promontorium ab eo excedens deſideratur. Eadem dubitatio premit *Imaum* Reinoldii, qui ipſe mons eſt Tauro contiguus, vel continuati pars, ſive etiam promontorium Emodorum montium, ſitu tamen hinc remotum. Cf. Plinius 6, 21. ſ. 17. Cum in ſubſequentibus repetitio adferatur horum locorum et quaſi recenſus diligentior, *Tamus* ipſa re conveniat, modo etiam conveniat literarum adfinitate.

timidique) Prag. *undique*; Vatic. 3. *timendique*; reliqui ex meis, in iisque Zaluſcianus, itemque 10 Gronoviani *timidique*; ſolus Pariſ. 2. videtur habuiſſe *nudique*, quod voluit ſine dubio dare Pragenſis. Edd. 15. 17. 20. 23. Schottus, Voſſius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. *nudique*; ceterae *timidique*. TZSCHVCKE. Scribo *nudique populi, ſed marinis opibus admodum dites*; et ita Aldus recte. Dixit enim paullo ante: *ubi magis, quam ut habitetur, exaeſtuat*. PINTIANVS. At, ſi illa verba reſpexit Mela, ne nudi quidem populi ibi habitant. Tum illo tractu relicto ulterius hic progreſſus eſt, etſi, dummodo codices velint, *nudique* facile probem. Poſt Vatic. 3. Prag. *et marini nudi opibus*; Vindob. *in armis* pro *marinis*; Rehdiger. *divites*.

§. 6. *Tamus)* Sic MSS. A. Gronovii et mei. Editiones inde a primis ad 42. ſiſtunt *Tamos*; tantum Schottus praetulit *Tabis*, Reinoldius *Imaus*; inde ab ed. 44. ſtetit *Tamus*. TZSCHVCKE. Legendum: *Tabis promuntorium eſt, quod Taurum attollit*; ex ipſo Pomponio ſupra et Plinio in lib. 6. cap. 17. [ſ. 20.] Nec Tabis finis eſt lateris ſeptentrionalis Aſiae, et *Tamos* orientalis. Nam ſi quis rem exactiore cura expendat, inveniet Celticum Hiſpaniae promuntorium initium eſſe lateris ſeptentrionalis totius terrae, et finem eiusdem lateris eſſe Scy-

thicum promuntorium. A quo rurſus incipit latus orientale, et finitur *Tabi* promuntorio. Tabi vero excurrit latus meridianum usque ad promuntorium *Heſperion Ceras*, a quo accipit initium latus occiduum et terminatur ante dicto Hiſpaniae promuntorio Celtico. Quatuor itaque ſunt promuntoria totidem totius habitabilis anguli, *Celticum, Scythicum, Tabis, Heſperion Ceras*; quatuor latera eiusdem habitabilis includentia. PINTIANVS. Oſtendi, legendum eſſe *Tabis*, non *Tamos*; docui ex Plinio eſſe iugum incumbens mari, pudendo errore Solini, [c. 20. ſ. 15. ſed recte cap. 53. ſ. 50.] qui non perceptis Plinii verbis, neque adito Pomponio, *Tabin* nomen eſſe maris, non promontorii ſcribit. IDEM. Plinius 6, 17. [ſ. 20.] *Primum eorum (Serum) noſcitur flumen Pſitaras, proximum Carabi, tertium Lanos, a quo promontorium.* Hoc ergo promontorium, quod Mela refert, eſt incertum, an apud Plinium *Lanos* vocetur, ut flumen. Sequitur ibi ſtatim *Chryſe ſinus*, quam *Chryſen* inſulam vocat Mela, et ad Taurum ait iacere. Sed idem Plinius paulo poſt: *Gentes, quas memorare non pigeat, a montibus Emodis, quorum promontorium Imaus vocatur, incolarum lingua nivoſum ſignificante, Iſari, Cozyri* etc. Ecce promontorium Imaum vocari ait; nam Tami nusquam meminit. Videndum etiam, an huc non pertineat *Tamarus*, cuius meminit Strabo lib. 11. [p. 358. ſ. 519.] CIACCONIVS. Si ſincera eſt Plinii lectio, videretur hic *Tamus* in *Imaus* mutandum. Scribit enim is lib. 6. c. 17. extremum promuntorium Emodi montis appellari Imaum, quod nivoſum incolarum lingua ſignificet. Eandem lectionem confirmat Strabo lib. 11. [c. l.] cum Tauri montis extremum, Imaum vocari ſcribit. Idem tamen Τάμαρον appellare videtur paulo poſt. Nec ſollicitandam eſſe hanc lectionem ideo exiſtimo, quia Oroſius [1, 2.] et ex eo, neſcio quis, Aethicus [p. 724. ed. Gron. an. 1722.] *Samaram* vocat extremum Tauri promuntorium. Itaque ſic cenſeo, Imaum quidem ex-

tremam Tauri partem fuisse appellatam, sed vero ultimum Imai promuntorium Tamum vel Tamarum fuisse creditum. Ptolemaeo [7, 2.] hoc promuntorium est Τάμαλα, uti habent vetera exemplaria, non Τήμαλα, ut vulgo. VOSSIVS. Si Melam audias et in suis rebus sequendum putes, falso, ut iam antea dictum est, Tabin substituit Pintianus. Quod enim huius capitis initium docet, noster Indiam hac parte a Tauri iugis exorditur, Taurum autem ab Eois litoribus adtollit, (cf. etiam 1, 15, 2.) et ab eo longe remotum dicit Tabin montem, sic ut inter eum et Taurum Seres interessent. Ex quo adparet, non posse Melam, si secum consentiat, adtollere Tabin promontorium, quod ponendum est in confinio maris Scythici et Serici vel Eoi, immo in illo magis, uti recte etiam demonstravit Salmasius ad Solinum cap. 55. f. 52. p. m. 700. Et sic Tabin eodem tractu ostendit Plinius 6, 20. s. 17. quo noster. *Tamum* agnoscit hic etiam Boccatius s. v. Indicum mare, ubi scribit: *a Tamo — ad rubri maris hostium.* Idem vero de montibus s. v. Tamus eadem Melae verba repetit et levi depravatione adspersa s. v. Asiaticum mare plane ad rem mentemque Melae scribit: *Inter Tabum* (leg. Tamum) *promontorium, quod Taurus extollit et Tabim montem Sericus est Oceanus. Tabis* igitur hic ferri nequit. Neque tamen contenderim, an integrum nomen intactumque supersit, *Imaus* Reinoldii primo statim intuitu speciem aliquam veri obiicit. Strabo enim lib. 11. p. 357. s. 519. τοῦ Ταύρου τὸ τελευταῖον τῇ Ἰνδικῇ ξυνάπτον eo, quo ipsam Indiam, ad Orientem vergere scribit. Et sic lib. 15. p. m. 474. s. 689. Indiam terminari dicit a septentrione extremis Tauri, in quibus Orientem versus sit Imaus. Nec discrepant Arrianus in Ind. c. 2. Marciano p. 25. Huds. et Plinius 6, 21. s. 17. et Eustathius ad Dionys. v. 747. τμῆμα τοῦ Ταύρου vocat. Accedit, quod Plinius c. l. Indiam ab Emodis montibus incipit, eorumque promontorium infra Imaum memorat, contra *Tamum*

plane ignorat. Haec quidem patrocinari Reinoldio videntur. At obstat, quod infra ad Tamum (ubi etiam Imaum substituit Reinoldius) ponit Chrysen et ad Gangen Argyren. Iam vero eas insulas extra ostium Indi ponit Plinius 6, 23. s. 21. Neque cum Cellario in Geogr. ant. 3, 23, 45. quaesierim, quorsum illud ostium pertingat, cum in proxime praecedentibus Patalen in ipsis Indi faucibus commemoret, quod apud nostrum infra dicitur: *intra ipsa ostia.* Ita Nearchus et Onesicritus apud Curtium 10, 1, 11. nunciarunt ex navigatione reduces facti, *insulam ostio amnis subiectam auro abundare.* Plinium ex more sequitur Solinus c. l. Scio equidem, quam lubrica haec videri possint in tanta de illarum insularum situ disceptatione, quam alibi suo loco excutiemus. Si tamen seriem progressionis, quam facit Mela, respicias, in Argyres situ, et hanc Auream Chersonesum putes, valde a superioribus discrepat noster. Nempe antea ab Indo progressus Indiae fines indicat, post inverso ordine prolixius declarat. Commemoravit autem *Indum, Gangen, Colida, Cudum,* quae praeter Cudum singula repetuntur; huic enim nunc substituitur *Tamus,* quod nomen cum et infra tueantur libri, *Cudum* videtur corruptionem tulisse. Cum vero Taurum 1, 15, 2. scribat, ab Eois litoribus exsurgere, adparet, in qua parte Indiae hic versetur, ubi tamen etiam aliqui Auream insulam ponunt, veluti Dionysius v. 589. cum suis, itemque Martianus Capella lib. 6. p. 224. Quodsi igitur *Imaum* ubique substituas, evanescet utique difficultatis pars non exigua; neque tamen in hac librorum reluctatione recipere ausus sum, in primis cum ea reperiantur, quae Tamum aliquatenus referant, uti iam alii monuerunt. Sic Mercator in *Samara* Orosii consentit notante Ortelio in thesauro Geogr. s. v. *Tamos,* qui tamen ipse cum Pintiano Plinii *Tabin* esse putat. Pro *Tamarus* Strabonis Imaum etiam malit reponere Casaubonus. Tamarum tamen huc etiam refert Mannert in Geogr. T. 5. p. 235. cuius vero *Talis*

ex Mela debet esse Tabis. *Imaus* porro a plerisque tamquam mons memoratur, cuius etiam situs ad septentrionem magis et ad Scythiam refertur, uti vel ex Ptolemaeo 6, 14. et 15. constat.

Colis) Ita cod. Augustinor. et, quod videtur, etiam Parisienses; reliqui cum editionibus ad Schottum *collis;* hic reposuit *Colis*, secutus est Vossius cum aliis. Post Voss. 1. Mediolan. Gud. *altere partis;* Voss. 4. *a latere partis;* Voss. 2. Chif. A. Gronov. Venet. Vatic. 3. Prag. *alternis angulis;* Paris. 2. *alterius angulus;* reliqui *alterius partis angulus*, uti editiones praeter 15. 17. 20. in quibus legitur *alternis partis angulis.* TZSCHVCKE. Scribo: *Collis communis utriusque maris angulus.* PINTIANVS. *Collis)* Quid si *Colis* legas. Supra enim fines posuerat Indiae Gangem, Iolida sive Colida, Cudum, Taurum sive Tabin. At nunc ait Gangem et Indum amnes esse, Colida vero angulum alterius partis, initiumque lateris ad meridiem versi, Taurum vero promontorium. Et hic videtur germanus Pomponii sensus. Caesar lib. 5. [cap. 13.] de Britannia: *Insula natura triquetra, cuius unum latus est contra Galliam; huius lateris alter angulus, qui est ad Cantium, quo fere naves ex Gallia appelluntur ad orientem solem.* Forte etiam legendum: *Colis alter Eoae partis angulus.* Alter enim est promontorium Scythicum, aut *ultimus frontis angulus*, vel *huius partis angulus.* CIACCONIVS. Hic vulgatam lectionem lubentius sequor, tantum *Colis* pro *collis* ex superioribus scribo. Torsit autem multos, quod praeter morem suum Mela, qui praecipua primum generatim, post alia singulatim eodem ordine exsequitur, hic vero de Gange non unde coeperat incipit, sed definit. SCHOTTVS. Suspicor in membranis fuisse scriptum *Cois*, unde typographus exscripsit, *collis;* ego *communis*, id est, Tabis est communis angulus utriusque maris. SANCTIVS *in praefatione. Alterae* e vestigiis MSS. quibus usus fuit, legendum

ſuſpicabatur Oudendorpius. A. GRONOVIVS. *Colis* etiam hic reſtituendum cenſebat Salmaſius ad Solin. cap. 56. ſ. 53. p. m. 782. Bene ex hac ſola emendatione locus habet. *Colis* nempe, quod declarat tabula Danvilliana, etiam Rennelliana, ſecus ac Ptolemaeus facit, ab altera parte, quae eſt Tamo obpoſita, angulum facit Indiae, ſimulque initium eſt orae ad meridiem converſae. De loci prava diſtinctione in ed. Gronoviana an. 1722. porro monuit Goſſellin in Géographie des Grecs analyſée p. 147. pro *lateris ad meridiem verſi Ganges — amnes* diſtinguendum eſſe: *ad meridiem verſi. Ganges et Indus* — uti poſt etiam diſtinxit Gronovius cum aliis; ita enim Melam conſentire cum Plinio, Strabone et Eratoſthene; Oceanum Eoum eſſe Golfe du Gange, et Tamum extremitatem orientalem Tauri, ubi Eratoſthenes poſuerit Thinas.

Hemode Indiae) Vatic. Cibin. Rehdiger. Lipſ. Gud. Prag. Venet. Pariſ. 1. 2. *in haemo* vel *in hemo meridie;* Vind. *hemo medio;* Havn. *hemo mediae;* Pariſ. 3. forte *Haemodo Indiae.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *in haemo* vel *hemo mediae* vel *Medie;* 13. *in Imao monte;* 15. 17. 20. 23. *in Haemo Indiae;* 6. 7. 8. 10. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum Vineto, Schotto, Voſſio et Gronoviis in edd. 40. 41. 42. *Haemodo* vel *Hemodo Indiae;* Reinoldius, hinc 44. 45. reliquae *Hemode Indiae.* TZSCHVCKE. *Haemo Mediae)* Scribendum vel *in Haemodo Indiae monte,* vel, ut Ptolemaeus, *in Imao Indiae monte conceptus.* Etenim *Imaus* et *Haemodus* montes ibi ſunt omnibus. BARBARVS. *Emodum* montem ſive *Emodos* montes, nam utroque modo dicitur, nemo cum diphthongo ſcribit. Adſpirationem autem hoc nomen invenio habere aliquando, aliquando non habere; quod et melius, ſi Graecos Grammaticos audimus. PINTIANVS. Eadem depravatio apud Martianum Capellam lib. 6. p. 223. ubi *a mediis montibus*

inchoat India, pro quo Grotius vult *Emodis montibus*, comprobante Plinio 6, 21. f. 17. in. Ita libri Solini c. 55. f. 52. in. *a Medis montibus*, etfi Salmafius p. m. 696. malit hoc vitium ipfi Solino tribuere. Adfpiratio abeft quidem in Graecis, veluti apud Strabon. lib. 11. p. m. 352. f. 511. Arriano in Ind. c. 2. — et ab ipfo Plinio c. l. omittitur; poteft tamen ex ufu Latinorum in his nominibus retineri. Sed de hoc et de terminatione dictum eft ad 1, 15, 2. Poft Vindobon. Venet. male *conceptis*; nempe ad τὸ *fontibus* retulerunt. Ceterum a voce *Ganges* incipit cap. 36. in ed. Vineti.

fecit) Lipf. Havn. Rehdiger. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 11. 12. 13. 14. 19. *facit*; in reliquis legitur melius *fecit*.

alicubi latius) Forte haec verba ex margine funt translata in contextum. Nam Mela videtur annotare tantum minimam latitudinem. Vt lib. 2. cap. 7. [§. 9.] de Euboea, *nusquam lata duum millium fpatium habet, ubi arctiffima eft.* Plin. lib. 6. cap. 18. [f. 22.] maiorem eius latitudinem et minorem afferit. CIACCONIVS. Vid. deinceps.

decem milia) Lego non *decem milia*, fed *octo milia paffuum patens* ex Plinio, [6, 22. f. 18.] Marciano, [Martiano lib. 6. p. 223.] Solino. [c. 55. f. 52.] Praeterea cum iidem Marcianus [Martianus] et Solinus, Plinii affidui affeclae, et quae fcripferunt, omnia ex Plinio mutuati, nefcio an addam, impudenter, nulla auctoris, per quem profecerant, mentione; cum ergo Marcianus et Solinus maximam et minimam Gangis latitudinem notaverint, miretur quis, cur in Plinio in relatione Gangis fluviorum maximi, et, ut ita appellem, regis, nulla fit mentio maximae eius latitudinis, neque item in Pomponio, eodem in utrumque malo graffante. Equidem

ita censeo, librariorum culpa omissa esse verba, quibus maxima eius fluvii latitudo explicaretur, idque tam in Plinio, quam in Pomponio. Legendum igitur in Pomponio, ut reor, sic: *quando latissime viginti millia passuum et alicubi latius, quando angustissime fluit, octo millia*, ex Solino, ut dixi, et Marciano, et, quod attinet ad angustissimum fluxum, etiam ex Plinio. Modicam latitudinem Strabo [lib. 15. p. 483. s. 702.] facit 100 stadiorum, afferente id etiam Plinio. Profunditatem nusquam minorem 20 passuum uterque. Item *amnium maximus* libentius legerim, quam *omnium*. PINTIANVS. Codices in summa narrationis constant; nisi quod Cibin. Vatic. Lips. Gud. Venet. *quam angustissime*, et Rehdiger. *quamquam angustissime*. Tum *millia* et *milia* promiscue, ut alibi; denique ed. 13. *dispergit*. Verba *et alicubi latius*, quae inserta aliunde putat Ciacconius, hiulcam utique faciunt orationem. Quid enim valet *latius fluit*, cum nihil adsit, quocum instituì comparatio possit. Porro quid illud *latius fluit* et *angustissime fluit?* Videtur igitur propter verborum similitudinem totus versus excidisse, quod Pintianum movit, ut locum suppleret. Prior tamen emendationis pars magis adridet, quam posterior in varia auctorum veterum dissensione. Ita vero intelligitur, cur librarii post *latius* τὸ *quando* mutarint in *quam*, scilicet ut verbis saltem oratio cohaereret, ceterum de sensu parum solliciti. De Plinio tamen a Pintiano dissentit Salmasius ad Solin. p. m. 697. c. l. cum et Strabo minimam et modicam tantum latitudinem ponat, de maxima sileat. Nemini tamen spondeam aut vadem me sistam de latitudine a Pintiano notata, quae extra contextum produci solum potest.

septem ora) *Alveos* vocat Servius ad Virgil. Aen. 9, 31. ubi hunc Melae locum adlegat. Sed, quod gravius est, addit: *ipse tamen commemorat, nonnullos dicere, quod tribus alveis fluat*. Libri nostri hoc plane

ignorarit. Igitur aut male retulit, aut auctiorem habuit Melam. An ex altero eoque prolixiori opere, si tale unquam evulgavit Mela, hausit?

Paropaniso) Codices mei *Caroparnaso*, uti Abr. Gronovii aliquot, et Parisienses tres, Rehdiger. Vatican, Gud. — vel, ut Lipf. Prag. *caropernaso;* praeterea Voss. 1. *Calopaniaso;* Cibin. *Calonparnaso;* Chif. *Paropaniso.* Edd. 1. *Caroparnaso;* 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Caroparnasso;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. reliquae ad Reinoldium *Paropamiso;* cum hoc 44. 45. et aliae *Paropaniso.* Illud iam ita emendaverat Hermolaus Barbarus pro *Caroparnaso*, quod et habet Boccatius de fluminibus f. v. Indus. Ciacconius ex antiqua lectione *Caroparnaso* eliciebat *Caucaso*, cum Arrianus de exped. Alex. M. 5, 4. in. de Indo fcribat: αἱ πηγαὶ εἰσιν αὐτῷ ἐπὶ τάδε τοῦ ὄρους τοῦ Παραπαμίσου ἢ Καυκάσου. Sed quamvis ad idem fere redeat utrumque, ex quo Alexandri milites ea nomina miscuerant, longius tamen illud a Codicibus abest, quam Paropamisus. Accedit, quod Plinius 6, 23. f. 20. Indum ex Paropamiso, Caucasi montis iugo, deducit. Ipsa tamen vocis fcriptura etiam in aliis varie versatur, nec hodie sibi constant editiones, hic et 1, 15, 2. Arrianus Παραπάμισος fcribere folet, et hinc de exped. Alex. M. 4, 22, 5. Παραπαμισάδαι, et apud Geogr. Ravenn. 2, 4. *Parapamsidon provincia.* Alii fcribunt Παροπάμισος vel Παροπάνισος, illud Strabo lib. 11. p. 352. f. 511. ubi codd. quidem Παρπάμισος, at illud constantius lib. 15. p. 474. f. 689. uti etiam inde Eustathius ad Dionyf. v. 1097. refert, Theodorus Gaza de origine Turcorum, med. Plinius c. l. Stephanus h. v. qui tamen literam σ geminat, uti etiam fit in Curtio 7, 4, 31. Snak. hoc per *n* Ptolemaeus 6, 11. Agathemer. 2, 9. tab. Peutinger. 12. (ubi etiam antea male edebatur *Daropanisus.*) Vtraque forma etiam ad incolas transiit, qui passim commemorantur. Vid. Weffe-

ling. ad Diodor. Sic. 17, 82. et Bayerus in historia regni Graecorum Bactriani p. 7. ubi etiam de forma nominis disserit. Denique etiam eiecta vocali Παρπάμισος occurrit in libris Strabonis c. l. vel Παρπανισὸς, quod legitur in Dionysio v. 1097. in quo reddendo Priscian. v. 1005. variantibus tamen libris habet *Parpaneus mons*. Hinc vero passim in libris commutatur cum Παρνασὸς, uti in Aristotelis Meteorol. 1, 13. vel in poetis cum Παρνησσὸς, quod in Dionysio Perieg. v. 737. diserte adnotavit Eustathius. Sed vid. quae disputantur praeterea de hac voce ab Eustathio ad Dionys. v. 1097. et Salmasio ad Solin. c. 41. f. 38. p. m. 553. et quae in Curtii lectionibus variantibus notantur ad 6, 4, 31. Equidem, ne a se dissentire cogeretur Mela, scripsi *Paropamiso*, uti editur 1, 15, 2. et hic servaverat editor Norimbergensis.

Cophen) MSS. A. Gronovii *Copen*. Sic et mei, tantum aliqui *Copem*; Paris. 2. *Cophen*. Adspirationem etiam abiecit Boccatius de fluminibus h. v. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Copem*; 15. 17. 20. 23. *Cophem*; Vossius et hinc 40. 41. 42. *Cophena*; reliquae *Cophen*. TZSCHVCKE. Scribendum non *Copem*, sed *Cophen*, aut *Cophenen*. BARBARVS. *Cophen* in recto Arrianus [de exped. Alex. M. 4, 22. 5, 1. in. in Ind. c. 4.] in utraque compositione; *Cophes* Strabo [lib. 15. p. 479. f. 697.] et Plinius. [6, 23. f. 21.] PINTIANVS. Legendum videtur *Cophenem* seu *Cophena*. Nam dupliciter declinatur, aut *Cophen Cophenis*, aut *Cophes Cophetis*. Priorem inflexionem Arrianus in utraque compositione, posteriorem Strabo et Plinius secuti sunt. IDEM. Lege *Cophen*, quomodo etiam ediderunt Vinetus, et Reynoldus. Strabo lib. 15. p. 697. Εἶτ' ἐπέστρεψεν εὐθὺς ἐπ' αὐτὴν — καὶ τὸν Κώφην ποταμὸν καὶ τὸν Χοάσπην, ὃς εἰς τὸν Κώφην ἐμβάλλει ποταμόν. Et paullo post: Ἦν δὲ μετὰ τὸν Κώφην ὁ Ἰνδὸς, εἶθ' ὁ Ὑδάσπης, εἶθ' ὁ Ἀκεσίνης. A. GRONOVIVS. *Cophes* in casu recto habet

etiam Avienus v. 1345. Triplex eſt huius nominis inflexio, Κώφης, ου et ητος, et Κωφὴν, ῆνος, inſerta conſtanter adſpiratione. Cum igitur *Cophen* et Strabo tueatur, audiendi ſunt codices, etſi concedo, τὸ *a* facile etiam abſorberi potuiſſe a ſequenti nomine. Poſt MSS. A. Gronovii meique habent *Agaſinum;* Pariſ. 1. *Agaſiniam.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Agaſimum*, uti legitur in Boccatio h. v. etſi parum ſibi conſtat, et praeterea modo *Aceſinus* ſcribit, modo *Aceſtis.* Confundi videtur cum Aceſino in Nomadibus et Georgis apud Plin. 4, 26. ſ. 12. *Aceſinem* iam hic olim correxerat Herm. Barbarus, pro quo ex uſu Melae recepta eſt Graeca terminatio. In Graecis enim Ἀκεσίνης, veluti apud Strabonem c. l. et hinc Arrianus de Ind. c. 4. Ἀκεσίνην. Cf. etiam, ſi tanti eſt, Theophraſtus in hiſt. plantar. 4, 5. Oroſius 3, 19. m. Poſt Prag. *ydaſpem;* Lipſ. *idaſpem;* Cibin. *Hydaſpem;* Pariſ. 1. *Hidaſpem;* Gud. *Hidaſpen;* alios non moror in re levi; certe Rehdiger. *Hydaſpen.* Sic edd. primae per *i* fere dant in prima. Boccatius *Idaſpes;* per *m* ut hic in fine olim libri, ita et in Frontino 1, 4, 9. Cf. ad Lucan. 3, 236. Praeſtat et hic terminatio Graeca, quemadmodum in ſequentibus *Gangen*, quod et ibi ſiſtit Rehdiger. Denique Prag. *conceptisque pluribus.*

aliquot ſaepe —) Ciaccon. *ſe pro magnis;* Vindob. *ſepe aliquo;* I. Gronovii duo, Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. Vatic. et Voſſiani multi *ſaepe aliquot;* Cibin. *aliquot magnis ſaepe flexibus;* Pariſ. 1. omiſit *aliquot.* Longius hic ab aliis diſcedit Venet. qui locum ſic exhibet: *ubi ſe per aliquos populos diduxit magnis —* Edd. omnes *aliquot ſaepe.* Vid. deinceps.

cinxit iugum) Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. Ven. etiam, puto, et Havn. *cingit*, uti editiones ad Voſſium, qui ad ceteros propagavit *cinxit*, quod habent Vaticani et alii. Poſt Prag. Vatic. 3. *iugum eius ingens*, quod

et ex suis notavit Vossius, idemque ex optimo *iugumeiis*; Ciacconius in suo *iugum* non invenit. TZSCHVCKE. Forte expungendum est *iugum*, vel leg. *scindit* duobus sc. ostiis non longe distantibus. CIACCONIVS. Leg. coniicio: *Post ubi aliquot se per magna flexibus scindit iuga.* SCHOTTVS. In multis libris veteribus scribitur, *saepe aliquot*. Hinc aliquis suspicetur, sic Melam scripsisse: *Post ubi se per aliquod magnis flexibus egit iugum.* Maluimus tamen optimi codicis lectionem repraesentare, *cinxit* nempe, non *cingit*, quod sensui adversatur. Non enim, quam diu inter montes luctatur, sed demum postquam evasit, fit rectus et solidus. VOSSIVS. *Post ubi — cinxit iugum, ingens iterum, rectus —*) Nunquam potui intelligere hunc locum; adeo vanissimis distinctionum quisquiliis eum torquent editores. Prout allego, sic invenies in editione Sanctii Stephanique ac Vossii, quum Vadianus ediderit *flexibus cinxit* [immo *cingit*] *iugum, ingens iterum rectus solidusque.* Schottus, quem secuti Germani, *cingit iugum, ingens iterum, rectus, solidusque decurrit.* Sed qualecunque illud, velim doceant me illi omnes, quare hic Indus dicatur ingens iterum? Vbi Pomponius statuit, eum minorem factum? Profecto nuspiam; et licet discerpatur, nec sic quidem statuit eum diminutum. Verbum de eo nullum est. Dico prorsus τὸ *iterum* coniungi debere cum τοῖς *rectus solidusque*, at τὸ *ingens* cum praecedente *iugum*, quod certe tale fuisse docent magni illi flexus. Itaque distinguo: *Post ubi aliquot saepe magnis flexibus cinxit iugum ingens, iterum rectus solidusque decurrit.* Sed et in duobus MSS. legitur *post ubi saepe aliquot magnis.* Plane ut de Nilo lib. 1. cap. 9. *Cum diu simplex saevusque descendit, circa Meroen late patentem* (agnoscis hic magnos flexus et ingens iugum) *insulam, in Aethiopiam diffunditur; ubi rursus coit* etc. I. GRONOVIVS. In multis manu exaratis libris post *ingens* ponitur distinctio, quam lectionem probat iuvenis Leidensis. Sed non sic rem con-

fectam habemus. Quomodo enim Indus rectus solidusque potest descendere, ubi magnis flexibus cingit iugum ingens? Non ubi flexus agit et iugum vel insulam cingit, sed demum ubi iterum coniungitur rectus solidusque potest fluere. Olim *cinxit*, non *cingit* legendum esse existimavi. Eam tamen lectionem non admisi, [immo admisit] quod in antiquioribus libris pro *iugum* scriptum esset *iugum eius*, in omnium vero optimo *iugumenis*. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Facili opera haec profligavit I. Gronovius, cum et ipse et Vossius legant *cinxit*, unde commode sensus fluit; quare nolui hic repetere. Gronovianam distinctionem omnes post probarunt.

diducens) Vatic. Prag. Cibin. Rehdiger. cum edd. 1. 7. 8. 11. 15. 17. 20. 23. *deducens*. Sed *diducens* rectum unice esse, stabilita utriusque particulae in compositione notio declarat. Commutatio maxime est frequens. Ceterum edd. 30. 32. 34. 37. *donec se ad* — Lips. *duobus hospitiis;* ed. 2. *ossiis;* Prag. Vatican. 3. *distantibus longe;* Venet. cum 15. 17. 20. 23. *in Oceanum exeat*.

§. 7. *Tamum)* Prag. *tamim;* Rehdiger. *thamum;* Cibin. *tanum;* Schotti editio, uti voluerat Pintianus, repugnante Salmasio ad Solinum p. m. 701. *Tabin;* Reinoldianae *Imaum;* reliqui libri *Tamum*. Vid. quae supra notavi. Vinetus cap. 57. hinc incipit.

Chryse) Venet. *Chyrse;* Gud. *chirse;* Vindob. *cirse;* Lips. Prag. *crise;* Rehdiger. *cryse*. Edd. 1. 2. 9. *cryse;* 14. *Chryle*. Sic post plerique codices *argire*, ut edd. 1. 2. 9. Prag. *Archire;* Boccatius s. v. Indicum mare *Argirae*. Tum Vindob. *alteri* pro *altera;* Rehdig. *auri;* idem, Vindob. Lips. Gud. *argenti*.

ut maxime) Editiones *ita ut maxime* ad 49. a sola Vineti abest *ita*, et post cum Reinoldio expulit

iterum A. Gronovius inde ab ed. 44. nec reliqui admiserunt. Ignorant etiam codices, si forte exceperis Vatic. 1. Parif. 3. Venet. et Havn. Melius abest, in primis cum paullo ante praecesserit; minus bene abfit *videtur*, quod cum codice suo delebat Ciacconius.

fabula) Vadianus dedit *ficta fabula*, et hinc edd. 18. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae, Schottus, Vossius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. At ignorant eam vocem codices omnes consulti, Ciacconii, Abr. Gronovii et mei, nec adparet in aliis editionibus. Recte igitur omisit Vinetus et post iterum exegit Reinoldius, quem inde ab ed. 44. probarunt editores. Per se *fabula* rem conficit, nec temere otiosa obtrudere Melae licet.

Taprobane) Havn. Vatican. 3. Gud. Parif. 1. *Tabaneus;* Prag. *Dabaneus;* Lipf. *Tabene*, et in margine: *Solinus hanc videtur vocare tabrobanem in cap.* 53. [al. 56.] vel *Iabanem*, *ut cap.* 46. Rehdiger. *Tabena;* Parif. 2. *Taphane;* alii Vaticani *Tabane;* ceteri recte, uti editiones etiam primae et olim Boccatius f. v. Indicum mare. Post Prag. Venet. cum edd. 15. 17. 20. 23. *autem grandis;* libri alii omnes *aut grandis*, praeter Rehdiger. qui dedit *haud grandis*. TZSCHVCKE. Forte: *aliis grandis admodum insula, aliis prima.* CIACCONIVS.

Hipparcho) Mire hoc nomen invertitur. Vatic. 1. Rehdiger. *ipparchius;* Parif. 2. *Iperchius;* Lipf. Vindob. Cibin. *yparchius;* Parif. 1. *hiparchius;* Gud. *Inparchius;* Havn. *hyparchus;* Parif. 3. *Hiparchus;* Ciaccon. *Hipparchus;* Prag. *Spercius;* Vatic. 3. *Sperchius;* praeterea Vaticani ante *dicitur* ponunt *esse*. Edd. 1. *yparcus;* 2. 9. *yparchus;* 3. 4. 5. 11. *hyparchus;* 6. 7. 8. 10. *Hyparcho;* 13. *Hyparco;* 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. reliquae post *Hipparcho;* tantum Vinetus, *ut ab*

Hipparcho dicitur; at omisso Hipparchi nomine 15. 17. 20. 23. cum cod. Veneto totum locum sic fingunt: *ut prima pars orbis alterius a plerisque esse credatur; sed quia* — Paris. 2. etiam: *ut prima pars* — cetera, ut notatum supra. Tum Paris. 1. *Sed quia non habitatur.* TZSCHVCKE. Scribe *Hipparcho*, id est, *ab Hipparcho:* BARBARVS. Forte vacant τὰ *Hipparcho dicitur, sed,* errore in contextum Melae illapso. CIACCONIVS. Perizonius paternae editioni adscripserat: Lege, *et quia habitatur.* A. GRONOVIVS. Locus forte in mendo cubat. Male enim duo haec narrationis membra verbo *dicitur*, quod unum adest, adhaerere et ad Hipparchum referri videntur, quod nec historiae fides patitur. Vti enim Plinius 6, 24. s. 22, narrat, olim alterum terrarum orbem esse existimatum est, post Alexandri M. aetate insulam cognitum. Atque hinc memorantur etiam, qui Taprobanen diserte in insulis posuerunt, eiusque ambitum descripserunt, in quibus Onesicritus, Megasthenes, Eratosthenes. Cf. Plinius c. l. et Strabo lib. 15. p. 475. s. 690. sq. Sic Aristoteles ille de mundo c. 3, 9. Alexandro autem posterior fuit Hipparchus, qui illa bene nosse poterat, immo debebat, aeque ac Mela. Neque tamen Hipparchi nomen a librariis excogitatum, aut casu elapsum esse potest. Igitur, ni velis Vineti lectionem sequi, vel codicum reverentia scribere, *ut Hipparchus dicit*, duplicem hic Hipparchi opinionem refert noster, cuius posteriorem amplectitur, ut vero similiorem. At ita *sed* stare nequit, sed cum Perizonio in *et* mutari debet, quod per usitatam etiam utrinsque et praeterea facilem confusionem nemo mirabitur.

circummeasse) Vossius ex suis adfert *circum ea esse*, quod etiam ex meis habet Cibiniensis; Vatic. Vind. Havn. Venet. Lips. Gud. Prag. Rehdiger. Paris. 2. 3. *circum eam esse;* Paris. 1. opinor, *circummeasse.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5 [illegible] 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. post Vadianae et Olivarianae *circum eam esse;* 10. 19.

Lugdun. 1646. Schottus *circum eam isse;* Vinetus *nec quisquam circumiisse;* Vossius et ceteri *circummeasse*. TZSCHVCKE. *Circum eam esse.*) Legendum *isse*, non *esse*; hoc est, circumisse, lustrasse. Schema est Tmesis. PINTIANVS. *Circum ea esse.*) Haec est fere omnium librorum veterum lectio, ut manifestum sit esse scribendum, *circum eam isse*, vel potius *circummeasse*. VOSSIVS. Salmasius ad Solinum cap. 56. f. 53. p. m. 782. legit: *eam circumisse.* Sed tmesis ferri alias commode potest. *Esse* alienum est, et ex eo corruptum, quod Vossius monet, uti etiam *ire* et *esse* inter se mutantur, de quo vid. Bronkhus. et Heyne ad Tibull. 1, 9, 33. et, quem hic producit, Burmann. ad Ovid. Metam. 2, 78. *Circummeasse* praeferendum videatur, si ita vere habuit Paris. 1. at propius ad codices ducit *circum eam isse.* Sequentia verba *prope verum est* Barthius in adversar. 14, 17. sic refingit: *prope verum istud*, ut sic ad alteram Hipparchi sententiam melius referantur; τὸ *istud* enim scribendi compendio fuisse corruptum. Longius remedium petit, quo locum hunc egere bene viderat; propius paratur mutatione τοῦ *sed* in *et*, ut antea notatum est. Cibin. *prope est verum.*

§. 8. *Contra Indi*) Vindob. *contra in;* reliqui fere *contra inde;* nam Paris. 1. *contra illam ostia illa;* Paris. 2. forte *contra Indi.* Edd. tantum non omnes *contra inde illa ostia;* (vel ut 1. 2. 9. *hostia*) 13. *contra in inde illa ostia;* 34. *contra Indum illa ostia;* 35. *contra Indi illa ostia;* Vinetus, Vossius, reliqui *contra Indi ostia illa*, quem in posterioribus verbis ordinem praeferunt plerique codices. Post edd. 15. 17. 20. 23. *quae vocantur Solis.* TZSCHVCKE. *Contra inde illa —*) Locus etiam corruptissimus et tantum non deploratus. Castigo: *Contra Indi ostia insula est, quam vocant Solis, ideo inhabitabilis, quod ingressos* etc. ex [illegible]ano historico in Indica descriptione, [cap. 31.] prodente hanc

Solis insulam, quam ipse *Nasdacalam* [Νόσαλα] nominat, in ora Ichthyophagorum esse. Porro idem Arrianus [c. 26, 2.] auctor est, super Ichthyophagos habitari interiora a Gedrosiis. Rursus Ptolemaeus scribit, [6, 21. in.] Gedrosios ab Oriente terminari Indo amne. Ergo videtur colligi ex Arriano et Ptolemaeo et Pomponio, contra Indi ostia esse Insulam Solis. Meminit etiam huius insulae Plinius in sexto [cap. 26. s. 23.] his verbis: *Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, ut viginti dierum spatio praenavigaverint. Insula, quae Solis appellatur, et eadem cubile Nympharum rubens, in qua nullum non animal absumitur, incertis causis.* Accedit Plutarchi auctoritas in libro de montibus et fluminibus, [extr.] Indum scribentis magno impetu decurrere in Ichthyophagorum terram. PINTIANVS. Alias legendum: *Contra Indi ostia alia etiam, quae,* aut *illa etiam, quae,* CIACCONIVS. Vulgati *inde illa.* Nos minori commutatione, *Indi* reponendo locum in integrum restituimus. Pintianus audacius: *Contra Indi ostia insula est, quam vocant Solis, ideo inhabitabilis, quod ingressis* etc. SCHOTTVS. Salmasius ad Solinum cap. 57. s. 54. hanc emendationem probat: *Contra Indi ostia insula est, quae vocatur Solis,* adeo *inhabitabilis ut ingressos* etc. Equidem *insula* minime repudiarem, cum sit inlustrius et distinctius, si codices addicerent, nec alias traheret haec mutatio: Lenius remedium admovet Ciacconius. Sed cum recepta et codicum auctoritate firmata lectio intelligi commode etiam possit, nulla opus est eaque incerta mutatione. Alia distinctione post Rehdiger. legit: *exanimet. Confestim* — Vulgata melior. Porro Cibin. *ipsa inter hostia.*

Patalene) Omnes codices Vossiani et mei *rara tenet regio;* tantum Prag. *raro.* Illud etiam legitur in editionibus ad Schottum, Sanctium et Vossium, qui reposuerunt *Patalene regio* sequentibus ceteris. TZSCHVCKE.

Scribendum puto: *At inter ipsa ostia rara viret regio*, adstipulante Arriano in historia Indica. PINTIANVS. *Rara tenet regio*) Forte *Patalene est regio.* Memorat Eustathius in Dionysium, [v. 1093.] Strabo lib. 15. [p. 482. f. 701. et p. 495. f. 720.] Ptolemaeus lib. 7. [c. 1.] *Regio, quae iuxta occidentalem Indi partem est, omnis communi vocabulo Indo — Scythia appellatur. Huius autem pars, quae iuxta divisionem ostiorum est, Patalene.* Vides, regionem hic appellari, ut iam non sit dubitandum, quin recte ita legatur. Et Plinius lib. 6. cap. 21. [f. 23.] *Patalen* appellat: *Patale insula in ipsis faucibus Indi triquetra.* Arrianus lib. 5. [c. 4, 3. f. 3, 12.] de exp. Alex. *Patala, Indorum lingua, Aegyptium Delta appellatur.* Priscianus [v. 1000.] *Dividua cuius Patalene cingitur unda. Patalam* urbem esse *Patalenes*, inquit, Strabo lib. 15. [p. 482. f. 701.] CIACCONIVS. *Patalene* leg. videri monuit me Franc. Sanctius, cui assentior. Vulgati enim veteris scripturae vestigia retinent, *rara tenet regio;* lege *Patalene regio.* Pintianus, *rara viret regio;* quod abiudico. Plinius enim Indum duas insulas facere scribit *Prasianen* et *Patalen*, lib. 6. cap. 20. [f. c. 23.] et Aethicus urbes Orientalis Oceani *Patalen* et *Patalaten* nominat, [p. 707. ad calcem Melae Gronov. an. 1722.] et Dionysius Afer [v. 1092 sqq.] de Indo fl. Δισσὰ δέ οἱ στόματ' ἐστὶ, μέσην δ' ἐπιδέδρομε νῆσον, Νῆσον τὴν καλέουσιν ἐπιχθόνιοι Παταλήνην· Κεῖνός τοι πόλεων ἀποτέμνεται ἔθνεα Φωτῶν. Vbi ex Arriano [de exped. Alex. 5, 4, 3.] Δίστομός ἐστιν ὁ Ἰνδὸς καὶ Δέλτα ποιεῖ, καὶ οὗτος ἐν τῇ τῶν Ἰνδῶν γῇ, τῷ Αἰγυπτίῳ Δέλτα παραπλήσιον· πόλις δὲ ἐν αὐτῇ ἀξιόλογος τὰ Πάταλα, ἀφ' ὧν ἡ νῆσος Παταληνή. Meminit et Strabo lib. 15. [p. 475. f. 690.] Ὁ δὲ Ἰνδὸς δυαὶ στόμασιν εἰς τὴν μεσημβρινὴν ἐκπίπτει θάλατταν, ἐμπεριλαμβάνων τὴν Παταλήνην καλουμένην χώραν, παραπλησίαν τῷ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα. SCHOTTVS. Ego ex ductu litterarum et ex omnibus Cosmographis sub-

ſtitui: *Patalene regio.* SANCTIVS *in praefatione.* Libri quidem manu exarati *rara tenet regio;* attamen reſcribendum hic eſſe, *inter oſtia Patalene*, iam alii viderunt. A Patala oppido inſula tota Patalene dicitur. Porro totus hic locus ſic in manu exaratis libris concipitur: *inter ipſa oſtia rara tenet regio, ob aeſtus intolerabilis alicubi cultoribus egens. Inde ad principia rubri maris pertinet ipſa, invia atque deſerta humus, cineri magis ſit quam pulveri ſimilis.* Vnde facile apparebit, male hunc locum a correctoribus habitum, veramque eſſe eam, quam reduximus lectionem. VOSSIVS. Cum hic inſulae nomen deſideretur, aptius ad librorum indicia aliorumque narrationes proferri non poterat. Quam vero temere propria nomina in adpellativa mutentur, iam pluribus exemplis adparuit. Vid. ad 2, 3, 1. Tum recte Voſſius poſt *Patalene* maximae diſtinctionis ſignum poſuit, cum antea inciſum maius ſubiiceretur, et ſequentia usque ad *egens* minus bene huc retraherentur. Poſt Vindob. *ab eſtus;* Gud. *ab aeſtus.* Tum Lipſ. Prag. *intellerabiles;* Gud. Rehdiger. *intollerabilis;* Vatic. 3. Pariſienſes *intolèrabilis;* Cibin. Vatic. 1. Havn. Venet. *intolerabiles;* Vindobon. *intollerabiles.* Edd. 1. 7. 8. *intollerabiles;* 2. 3. 4. 5. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, *intolerabiles;* Voſſius cum reliquis *intolerabilis*, uti olim ed. 6. Etſi utrumque accommodari poteſt, uti ſit ſaepe in ſimili adiectivorum nexu, (cf. ad 1, 9, 7. et ad Eutrop. 9, 21. p. 709.) *intolerabilis* tamen probata hac diſtinctione melius videtur. Nempe ante Voſſium diſtinctionis maximae ſignum poſt *egens* poni ſolebat. In proximis Cibin. et edd. 24. 25. omninoque Olivarianae *pertinent;* Schottus, quod volebat Pintianus et probabat Salmaſius ad Solin. cap. 58. ſ. 55. p. m. 844. dedit *egens.* Ciacconius verbum *pertinet* plane delebat. Porro Vadianus et Olivarius cum ſuis, in quibus ſunt edd. 21. 24. 28. emiſerunt *ipſa*, invitis MSStis omnibus, prava diſtin-

etione inducti. Ceterum vox *regio* sic simpliciter et sine nomine posita offendit, cum alias in progressione illud ponere soleat. Sine dubio hic latet *Ariane*, quam 1, 2, 4. strictim tantum adtigerat latius nunc describendam. Confirmat hanc suspicionem Plinius 6, 25. s. 23. Melam aperte reddens his verbis: *Infra haec omnia, ora ab Indo: Ariana regio ambusta fervoribus desertisque circumdata, multa tamen interfusa opacitate; cultores congregat circa duos maxime fluvios, Tonderon* (Tuberonem) *et Arosapen.* (Arusacem.) Adiuvat Strabo lib. 15. p. 495. s. 720. ubi australem Arianae partem ab ostiis Indi et Patalene incipit, et Carmaniae finibus terminat ad os sinus Persici, interiectis quibusdam populis, quos Arianae adscribit. Idem lib. 2. p. 89. s. 130. φαύλως οἰκουμένην χώραν dicit. In aliis, veluti Ptolemaeo, Marciano Gedrosia Arianam, cuius nomen ne adferunt quidem, complectitur. Noster vero sibi constat etiam post, dum Gedrosios interiora tenere scribit, quos adnexuerat Arianis conterminos lib. 1. c. 2, 4. Aut igitur ipsum nomen a voce *rara* absorptum intercidit, aut latet in *regio*. Vidit Reinoldius, qui nova capitis 12. distinctione facta inscripsit *Ariane*.

humus cineri) Ita omnes libri veteres. Vadianus dedit *humus et cineri magis, quam pulveri* et sic 18. 22. et reliquae Vadianae cum Schotto. Reddiderunt 21. 24. 25. 28. omninoque Olivarianae cum Vineto, servato tamen verbo *fit*. Ciacconius particulam *et*, quam invenerat in edito libro, recte excludit, cum nec codices admittant, nec melior distinctio ferat. Ipsam autem vocem *pulveri* sollicitavit Barthius in adversar. 14, 17. Arenae, inquit, aut sabulo, non pulveri dicendum erat; non enim pulverem de tenuissima licet arena a quoquam dictum iri. Quare exturbat et ita legit: *cineri magis quam similis*, i. e. simillima. Sed refutationem haec vix desiderat arguta magis, quam speciosa coniectura. Refutavit tamen

Vossius. Locus hic, inquit, nullo alio vitio, quam sola laborabat distinctione. Non recte faciunt, qui pulverem ac cinerem pro eodem accipiunt. Pulvis non tantum pro ipsa humo, sed etiam pro arena accipitur, verum cruda, ut cum arenam Puteolanam pulverem vocant. Sed vero cinis nunquam sumitur, nisi pro humo, arena aliaque materia combusta. Itaque omnis quidem cinis pulvis est, verum non omnis pulvis cineris vocabulo affici potest, sed tostus tantum. Hactenus. VOSSIVS. Post Vindob. omisit verba *per eam*; Venet. dedit *ideo per*.

Tuberonem et Arusacem) Prag. *cubionem*; reliqui *Tuberonem* cum editis, exceptis Reinoldianis, in quibus *Tuberon*. Post Cibin. Vatic. et edd. Reinoldianae *Arusacen*; Vindob. *abasacem*; Gud. *musacem*. TZSCHUCKE. Scribo *Tonderon* et *Arosapen* ex Plinio lib. 6, cap. 23. [s. 25.] tam ex scripta, quam Romana lectione. PINTIANVS. Plinius lib. 6. c. 23. *Tuberum* flumen in hoc tractu refert. CIACCONIVS. *Tomeron*, non *Tuberonem* vocat Arrianus. [in Ind. c. 24. in.] In melioribus Plinii codicibus *Tomberon* scribitur, non *Tonderon*. Sane non aliter potuit scripsisse Plinius, atque Mela, quem ubique sequitur. Arusacen idem Arosapen appellat. Salmasius [ad Solin. c. 55. s. 59. p. m. 844.] *Oroatin* reponit. Verum insigniter errat; Oroatis enim in sinum Persicum exit; hic vero Arianen provinciam Indo contiguam describit auctor noster. VOSSIVS. Recte contra *Oroatidem* insurgit Vossius, cuius ostia in Persicum sinum diserte memorat Ptolemaeus 6, 3. De vero Tuberonis nomine in tanta codicum depravatione auctorumque inconstantia, certi quidquam statuere non licet.

CAP. VIII.

Initium huius capitis continua ſerie ſuperiori adnectunt codices et editiones ad Voſſium, qui novum hinc caput incepit praefixo titulo: *Mare rubrum ac uterque huius ſinus, Perſicus et Arabicus*, quem poſteriores ſecuti ſunt, praeter Reinoldium, qui novum quidem caput hic conſtituit, ſed ſic inſcripſit: *Populi Perſarum*, et infra novam ſectionem fecit, ut alii duas ante Voſſium, de quo ſuis locis. In Vineti ed. eſt cap. 38. Equidem Voſſianam diviſionem reddidi, tamquam aptiorem et capaciorem, et ne, mutatione facta, in adlegandis Melae locis numeri disiicerentur.

§. 1. *ſive quia)* Ita in priori loco Cibin. et Vatic. in poſteriori *ſive quod;* Rehdiger. bis *quod* pro *quia*. Prag. pro *ibi*, ſubſtituit *ipſe;* Vindob. *quia ab eritras rigavit.* Alii poſt pro *Erythras*, veluti Gud. habent *erithas;* edd. 1. 2. 9. *eritras.* Ita porro pro ἐρυθρὰν θάλασσαν Latinis literis Prag. *Elitram Teleſam;* Lipſ. *Crithram thalaſam;* Gud. *erithran tallaſſam;* Vindobon. *eritram thalaſam;* Rehdiger. *erythan talaſſan;* Cibin. *erythran thalaſſan;* et ſic Boccatius ſ. v. Arabicum mare *a graecis eritrae talaſſon appellatur.* Non melius veteres editiones. Nam 1. 2. 9. 13. *Eritram thalaſſam*, et ex his 2. bis etiam *Eritrum;* 3. 4. 5. 7. 8. 10. 12. 14. 19. *Erythram thalaſſam;* 6. *Erithram thalaſſam;* tum literis Graecis 15. 17. 20. 21. 23. ἐροθρὴν (15. 17. ἐριθρὴν) θάλασσαν; aliae, ut linguae leges poſtulant, tantum quod ex iis quaedam, ut Vadianae, adferunt ἐρύθραν. At levia haec ſunt, gravius, quod haec verba ab inficeto inſerta eſſe putat Barthius in adverſar. 14, 17. cum illis minime ſit opus. Quae quidem diſputatio lubrica eſt et ambigua, cum propter vocem *Graeci* Graecam etiam adpellationem ipſam addere liceret.

mare) Expulerunt hanc vocem edd. 24. 25. omni-
)que Olivarianae, Schottus, Vossius, 40. 41. 42. At
ientur MSSti omnes et editiones reliquae, et revocave-
int Vinetus, Reinoldius, post edd. 44. et aliae. Omissum
se videtur, quia supra iam adfuit. Sed intercedunt plura
in primis ἐρυθρὰν θάλασσαν. Vadianae tamen minus
ne sic distinguunt: *asperum, mare profundum, et* —
um Vatic. 3. Prag. dant *et asperum.*

recedentes) Codices quidam, veluti Venet. Gud.
ehdiger. *recedentis*; Venetus etiam praeterea: *receden-*
magno littorum orbe, quam adpendicem ex sequenti-
s huc adtraxit. Editiones veteres et post pleraeque
iae cum Vineto *recedentis*, vel, uti 24. 25. et tantum
n omnes Olivarianae cum Schotto *recedenteis*; Stepha-
s enim (33.) et Henischius (34.) dederunt *recedentes*;
i cum Vossio reliquae. Ni *recedentis* antiqua est forma,
elior quidem illa, quam *recedenteis*, librarii inepti *maris*
e latere putarunt, ad quod referretur. Sed et alias usita-
r forma in prosaico melius locum occupat.

aequabiliter) Ex silentio conlatorum Parisienses,
enet. Havn. habuerunt *aequaliter*, quod legi in Gud.
editionibus omnibus ad 40. Inde in ed. 41. I. Gro-
vius ex suis MSStis reposuit *aequabiliter*, uti certo
iam exhibent reliqui codices mei, et ex suo adscripserat
iacconius. TZSCHVCKE. *Aequabiliter* edidi nunc de-
um, quum praeter Gudiani codicis auctoritatem [at vid.
itea] fieret mihi fides eius ab Mediolanensi, etsi hucus-
e maluerint edere *aequaliter*. I. GRONOVIVS. Probavit
nc lectionem, quam confirmant plerique et meliores
bri, Corte ad Sallust. Catil. 2, 3. Vtraque vox etiam
riatur in Mamertini genethl. Maximiani cap. 6, 3. ubi
id. quae de earum discrimine disserunt Schwarzius et
ntzenius, itemque Oudendorp. ad Sueton. in Claudio
16. Sic *exitiabilis* et *exitialis* apud Eutrop. 8, 1. ubi
d. notata. Et sic passim similia.

intret interius) Lipſ. (omiſſa etiam particu *non*) Cibin. Vindobon. Rehdiger. Vatic. 1. *iret interius* Venet. *intrat penitus.* Tum pro *arcuat* Pariſ. 1. 3. Lip Gud. Cibin. Rehdiger. Vindob. Venet. Havn. Vatic. 1 cum editionibus omnibus ad Voſſium *erat.* Hic repoſui *arcuat*, quod propagatum eſt. TZSCHUCKE. Forte *intr ret.* CIACCONIUS. Reſcripſimus ex optimis membran *arcuat*, ſenſu tam manifeſto, ut non egeat interpret VOSSIUS. In meis non optimi quidem codices habe *arcuat;* ſed, quod paſſim fit, peioris etiam notae libr quae invenerant librarii bona, fideli opera reddun Certe ad commenta librariorum vel hallucinationes ha vox reiici vix poteſt, etſi ad ipſum nexum continend parum efficax videatur. Forſitan *arcet* vel *artat. Int ret* maluit Ciacconius, ut temporum conſecutione r ſponderet τῷ *erat.* Poſt pro *aliquantum* Gud. *aliqua tulum.* Ceterum quod Machaneus ad Aurelium Vict de V. I. c. 77. 7. hunc locum Melae ita adfert, *ſi errat Arabiamque alluit*, nulla id facit auctoritate et ip errat.

Sed quas) Pariſ. 1. *Sed quia;* Cibin. *Et qu* Vocula *bis* abeſt in edd. 30. 32. 37. et poſterioribus V dianis. Servavit tamen ed. 32. (Heniſchius.) Po omiſſa lineola, Rehdiger. *irrupit;* Vindob. *imrumpit* p *inrumpit*, antiquam ſcripturam imitatus. Inde Lipſ. Pr Vatic. 3. *ſinus iterum.* Pro *aperit* ex ſuperioris verbi r cordatione Rehdiger. *irrumpit.* TZSCHUCKE. Forte: *q ripas inflexerat.* Solinus cap. 68. [c. 58. ſ. 54.] *irrum haec litora Rubrum mare.* Plinius lib. 6. cap. 23. [ſ. 28 *Irrumpit deinde in hac parte geminum mare terras, qu Rubrum dixere Noſtri.* CIACCONIUS. In hoc nexu vu gata praeferenda.

Perſicus) Neſcio, qui fiat, ut in quibusda manu exaratis libris *Elicus* legatur, non *Perſicus.* No

stuit tamen alio nomine finum hunc appellare Mela, atue ab omnibus appellatur. Vnum tantum inveni Theowastum, cui finus Perficus etiam vocatur Arabicus. erba eius [in hift. plantar.] lib. 4. cap. 9. fic concienda funt: Ἐν Τύλῳ δὲ τῇ νήσῳ (κεῖται δὲ αὕτη ἐν ῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ τῷ μὲν πρὸς ἠῶ) τοσοῦτον πλῆθος ναί φασι δένδρων, ὅτ' ἐκβαίνει ἡ πλημμυρὶς, ὥστ' ἀπωυρῶσθαι. Et fane nulla eft ratio, cur non aeque Aracus, ac Perficus nominetur finus, cum portionem eius iorem cingant Arabes. Ad diftinctionem tamen altes Arabici, Perfici fibi cognomen adfciviffe videtur. heivs. Codices mei omnes fcribunt Perficus. Poft ehdiger. Vindob. cum ed. 1. *proprior*, mutatione non folita, quam notavi ad 1, 19, 16. 3, 6. in. et alibi.

§. 2. *Perficus, qua)* Cibin. *ulterior. hius qua mare;* Vindob. *quia, mare*, ufitata commutaine, de qua vid. ad 1, 1, 3. Poft vocabulum *cervice* cidit in edd. 11. 13. Ceterum hinc novi capitis mentum faciunt aliquae editiones, uti 11. (*de finu rfico et accolis eius capitulum* XII.) Vadianus cum fuis, *finus Perficus*) itemque Olivarius cum edd. 21. 24. 28. gnatis et Schotto. (Sinus Perficus cap. 8.)

dein) Aliqui codices, in quibus Lipf. Prag. Rehger. itemque editiones ad 42. cum Reinoldianis *deinde;* ft (44.) *dein*, quod et reliquis placuit. Ita quidem pe variatur. Cf. ad 1, 4, 3. *Dein* hic etiam ad foni ndem fimilitudinem vitandam praeftat; et fic habent tic. Ciacconii duo, Cibin. Tum Vatic. 3. Gud. *et mem partem*, forte pro *ad omnem partem*, uti ex fuis tavit Ciacconius.

cedentibus) Ita omnes libri, tantum operarum gligentia edd. 2. 6. 7. 8. 10. 13. 14. 18. 19. et forte le *caedentibus*. Cf. 1, 1, 4. et 3, 4, 2. TZSCHVCKE.

Forte: *recedentibus*, ut supra cap. 2. [§. 8.] de Rheno *ripis longe ac late recedentibus iam non amnis, sed in gens lacus*. Et lib. 1. cap. 1. [§. 4.] *Tum longe lateque diffusum abigit vaste recedentia litora*. CIACCONIVS. In posteriori loco legitur *cedentia* eodem, quo hic, sensu quem et nexus satis declarat. Paullo post in Vatic. 3. et Paris. 2. deest *pelagus*.

§. 3. *arctius*) Cibin. Gud. Lips. ut alii *artius*; Prag. ex pronuntiationis simili sono *arcius*. Vid. de scriptura ad 2, 2, 7. Post Prag. *longe laterat* et *intrfusque*; Vinetus *introrsus usque*. Idem a verbis *Arabi et os* cap. 39. incipit.

Casium) Lips. Rehdiger. uti olim edd. 1. 2. 13. et nunc Reinoldianae *Cassium*; ed. Reinold. 177 vitiose etiam *Cassum*; Prag. *Casum*. Praeferendum quod habent alii, *Casium*, ut docui ad 1, 10.

attingat) Ita omnes MSS. A. Gronovii, ex his certe Vatic. 3. Prag. Lips. Gud. Venet. Rehdiger. Cibin. Vindobon. alii, ex conlatorum silentio tulisse videntur *attingit*, quod et legitur in omnibus editionibus; solus Vinetus posuit *attingat*, quod postea recepit Kappius, et antea in nota probaverat Abr. Gronovius. Rectius hoc nexu. Post Vindobon. *nimis ac nimis latus*; Pr *fastidio*.

penetrat.) Legendum *penetratur*, non *penetrat* ut in Hispania de sinu Sucronensi [2, 6, 6.] *maior et magno satis ore pelagus accipiens, et, quo magis penetratur, angustior*. PINTIANVS. Renuunt omnes libri; recte; nam diversa est utriusque loci ratio. Ibi praeced *pelagus accipiens*, et ideo *penetratur* necessario requiritur. Hic ad terras refertur, quas Arabicus sinus *init penetrat*.

§. 4. *Ab his)* Edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. ad 42. inde cum Reinoldianis 44. 45. et reliquae *ab his*; aliae *ab iis*, ut alibi saepe, veluti 2, 6, 7. 3, 6, 4.

Chelonophagi) Parif. 1. 2. *Celenophagi*; Lipf. Vindob. *Celonofagi*; Gud. *chelonofagi*; Rehdiger. *chenolophagi*; Vatic. 3. cum edd. 1. 2. 9. 13. *Celonophagi*; Venet. *Thelonophagi*. Rectum esse aliorum *Chenolophagi*, non eget demonstratione. Prag. antea *Persicum sinum*.

morantur) Aliquid hic deesse videbit, qui Melae numeros observabit, inter *morantur* et *deserta*. Interponendum fortassis *orae*. CIACCONIVS. At sine mora fluit oratio, si *deserta* Substantive de locis desertis intelligas.

Carmanii.) In terminationis forma hic et infra parum sibi constant libri. Alii, in iis praestantiores A. Gronovii, ex meis Vaticani, Cibin. Lipf. Rehdiger. Vindob. forte etiam Venet. Havn. *Carmanii*; Gud. pro eo vitiose *Carmancii*; Prag. et forte Parisienses *Carmani*. Prius habent edd. pleraeque veteres cum Camert. Ald. et Iunt. etiam priores Vadianae 16. 18. 22. quibus adhaesit Saling. 1538. prius 10. 11. 24. 25. Olivarianae, Vadianae posteriores, 30. 32. 37. et adfines, Vinetus, Schottus, Vossius, Gronovianae 40. 41. 42. Hinc revocante Reinoldio rediit *Carmanii*. A. Gronovius Carmanii probat etiam ex Taciti Annal. 6, 36. (non 37.) et Aeliani Var. Hist. 3, 2. At si Stephanum, adhibitis aliorum auctorum locis, audias, utrumque rectum est. Sic Καρμανοὶ Philostratus in vita Apoll. 3, 55. *Carmani* Plinius 6, 28. s. 25. Geogr. Ravenn. 2, 5. et alii quidam. Poetae metri causa hanc formam amant, veluti Dionys. v. 1083. cumque eo Avienus v. 1282. item Lucanus 3, 250. Καρμάνιοι praeferunt Strabo 15. p. 495. f. 720. Diodor. Sic. 2, 2. Ctesias apud Photium cod. 72.

p. m. 109. Polybius 5, 79, 3. (etsi post omnes Codd. Καρμανοὶ) 5, 82, 12. Possis igitur alterutrum sequi. Ego tamen receptam hodie formam retinui, quia auctores habet codices meliores, et antiquioribus magis probata fuisse videtur. Cf. post *Gedrosii.*

dextra) Lips. Gud. Rehdiger. Cibin. edd. 2. 14. et forte aliae cum Vadianis, Olivarianis *dextera.* Cf. ad 2, 1. in. *Dextera* poetarum magis esse videtur. Vatic. 3. *dexterae;* Paris. 2. *dextrae;* Prag. *dextre.* TZSCHVCKE. Rectior lectio: *In ipso navigantium Carmanii dextra positi.* Nam sunt etiam Carmanii in illa ora, antequam intres sinum Persicum. PINTIANVS. Immo et sinistra, prout huc vel illuc navigaveris. Sed scripsit auctor *innavigantium.* Iis enim, qui ex Oceano intrare sinum volunt, ab dextra sunt, et dextra sic usus est supra lib. 2. c. 1. in. f. GRONOVIVS *MS.* Neutra opus est emendatione. Cum enim ex mari progrediatur in sinum, primum commemorat, quae usque ad sinum erant; deinde ipsum sinum ingreditur, et, quae in eius aditu notanda videbantur, adtingit. Poterat quidem, ut lib. 2, 1. in. dicere *innavigantium;* sed forte propter praecedens *in* noluit, nec necessarium putavit. Sensus igitur inde exsistit hic: Qui ipsum sinum ingrediuntur et navigant. Tum vero corruit Pintiani lectio.

sine pecore) Lepido errore edd. 9. 13. *sine pectore,* uti Cod. Vindob. *sine pecore ac pedibus;* Gud. *inter pecora ac sedibus,* Tum Prag. *velavere.* Post Olivarianae *toti corpore,* cum ed. 24. habeat *toto.* Denique Cibin. *hyrsuti.* TZSCHVCKE. Forte *hirti.* Plinius lib. 6. cap. 31. [f. 36.] *Penetravit in eas* (insulas) *Hanno Poenorum Imperator, prodiditque hirta feminarum corpora, viros pernicitate evasisse.* CIACCONIVS. *Hirti* maxini, ut et infra cap. 10. [§. 5.] et Plinius lib. 6. c. 31. et alibi saepe. SCHOTTVS. Mirum, quod non contra

Plinium emendant. Quasi utrumque stare nequeat. *Hirsuti* tuentur omnes libri, nec aliter hinc refert Boccatius de maribus s. v. Persicus sinus. A voce *Interiora* cap. 40. initium facit Vinetus.

Cedrosi) Ita aliquot codices A. Gronovii, omnes mei et edd. veteres cum Camert. Ald. et Iunt. (12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23.) Post praeeuntibus edd. 10. 11. et Vadiano, (16.) 18. 21. 24. 25. Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vossius, Gronovianae 40. 41. 42. *Gedrosi;* sed et 22. 30. 32. 37. posteriores Vadianae *Gedrosii;* praevio Reinoldio 44. et reliquae *Cedrosi.* De primae literae varietate in auctoribus dictum est ad 1, 2, 4. Stephanus etiam utramque scripturam posuit in Lexico, et cum antea τὸ Γ probasset corruptumque Polyhistoris (Alexandri) codicem pronuntiasset, ubi K invenerat, ipse tamen sui immemor sub litera K producit. Praeterea in multis κ et γ. *c* et *g* promiscue saepe ponuntur. Terminationem in *i* non fert Pintianus ad 1, 2, 4. sed hic et in Plinio 6, 23. s. 21. emendat *ii.* At utrumque tuetur auctorum usus. Illud per *ii* habent Strabo 15. p. 498. s. 724. Nearchus in paraplo p. 11. 21. (Huds.) Aelianus V. H. 17, 6. hoc per *i* Dionys. v. 1086. Plinius c. l. Priscian. v. 994. Avienus v. 1286. Inter utrumque discrepant libri Arriani de exped. Alex. 6, 2. Miratur tamen Stephanus s. v. Γεδρωσία, cur et unde Dionysius Γεδρωσῶν declinarit. Mihi quidem eadem hic ratio valere videtur, quam antea in nomine Carmanii notavi. Terminatio per *ii* est prosaicorum veterum, per *i* poetarum. Quare ex eadem lege dedi et hic *Cedrosii.* Post Cibin. *dein Persae.*

Sabis) Nomen dubium varieque agitatum. Vaticani Cibin. *Saetis;* Vossianus optimus *Saecis;* Lips. Gud. Rehdiger. Paris. 1. 3. Vindob. Venet. Havn. Ciacconiani duo cum Boccatio c. l. *Setis;* Prag. *Sotis;* Paris. 2. *Sabis.*

Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Setis;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum Schotto *Cethis;* Vinetus *Sethis;* Vossius et reliqui *Sabis.* TZSCHVCKE. Plinius [6, 27. f. 23.] oppidum Carmaniae *Zethin*, et, (ut vetusti codices habent) *Cethin* vocat. Ptolemaeus [6, 8.] *Andanin* et *Corium* appellat, ut ad hunc modum scribi possit: *Cethis per Carmanos, supra Andanis et Corios effluunt.* BARBARVS. Plinius *Zethis* meminit, oppidi Carmaniae et *Sabis* fluvii. Sed sitne idem cum hoc Pomponii, an diversus, parum constat. Plinii vetus codex *Cheris* legit, non *Zetis*, et paullo ante. PINTIANVS. Forte is est, quem *Saralim* appellat Ptolemaei interpres, [6, 8.] Graece Σάρου ποταμοῦ ἐκβολαί. CIACCONIVS. *Cethis* ex Plinio reposuerunt, quia huic Cethis est oppidum Carmaniae, cui dicunt cognominem fuisse amnem. Prius scribebatur *Sethis.* Verum optimus meus codex legit *Saecis*, unde libenter fecerim *Sabis.* Memoratur id flumen Plinio, [c. l.] estque idem, quod alii *Saganum* vocant. Ptolemaeo etiam [c. l.] oppidum Sabis ad fluminis ripam. Vtrumque etiamnum manet vocabulum; a Persis enim *Iab* flumen, oppidum vero *Chabiz* nuncupatur. Sed et ipsius provinciae manet quoque nomen; *Kermon* enim appellatur. VOSSIVS. Plinius et Sabin habet 6, 27. f. 23. et Saganum cap. 28. f. 23. et diversos facere videtur fluvios, quod quidem disquiri hic nequit. *Sabis* autem optime ab illo Melae vindicatur. Nempe dum Carmaniam c. 27. describit, ab initio eius ad Sabin numerat 100. M. P. atque inde vineas coli et arva ad flumen *Andanin* subiungit. Quae de fertilitate habet, si cum Nearchi narratione in Arriani Indicis cap. 32. compares, Βάδις χῶρος huc referri posse videtur, et Anamis, quem in progressione itineris commemorat cap. 33. in. Andanis haberi debet. Forte etiam huc pertinet Sabis urbs apud Ptolemaeum 6, 8. quae a cognomini fluvio nomen nancisci potuit, unde etiam Salmasius ad Solinum cap. 54. f. 57.

p. m. 837. in Arriano pro Βάδις emendat Σάβις, et Dionysii v. 1069. Sabas in hoc tractu habitasse suspicatur, de utroque renitente nuper Vincentio (Voyage of Nearchus) p. 289. quia Sabis sit urbs in mediterraneis, Sabae locus Persidis. Posterius adstruit ipse Dionysius, ad quem et idem monuit Eustathius, prius in se nihil habet, quod adversetur. *Sethis* tamen in referendo hoc loco retinuit Salmasius p. m. 832. c. l. Et sic Boccatius de fluminibus: *Sethis Persarum est fluvius per Carmanios fluens*, mira confusione, si ad veterum Melaeque rationem exigas. Pertinet huc sine dubio *Zethis* Carmaniae urbs apud Plinium 6, 27. s. 23. At cum ultra *Andanin* ponatur, nec ipsa, nec fluvius hic locum habet. *Sabis* igitur Plinii auctoritate verius nomen esse videtur, in quod cum non temere inciderit Paris. 2. eo magis id retinendum putavi. Post editiones *Carmanios* et *Carmanos* promiscue ponunt, illud adeo Vadianae priores 16. 18. 21. 22. hoc posteriores. Vid. supra.

supra Andanis) Paris. 2. *super*. Tum Vatic. Cibin. Parisienses, Prag. Gud. Rehdiger. Vindob. Venet. Havn. et omnes A. Gronovii *Sandis;* Ciaccon. *Sandes;* Lips. *Sandi;* Augustinor. *super Sandris*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *supra Sandis;* post reliquae ad Vossium *supra Andanis;* cum Vossio 40. 41. 42. *sub Pasargadis;* Reinoldianae et hinc 44. 45. cum ceteris iterum *supra Andanis*. TZSCHUCKE. Ptolemaeus [6, 8.] flumina haec *Andanin* et *Corium* appellat, ut ad hunc modum scribi possit: *Cethis per Carmanos, supra Andanis et Corios effluunt*. BARBARUS. *Sandin* hic vocat, quem Ptolemaeus [c. l.] et Marcianus [p. 20. f. Hudf. etsi Ἄδδανις] Andanim. Innumeris vocabulis modo additur, modo demitur litera ista sibilans. Idem itaque Sandis et Andis, vel Andanis. Possit vero sic legi totus hic locus: *Sabis per Carmanos, sub Pasargadis Coros effluunt*. Ptolemaeus enim in Carmaniae promuntorio Pasargadas con-

stituit, uti quoque, qui eum sequitur Marcianus Heracleota. [p. 24. Hudf.] Ἀπὸ Καρπέλλης ἄκρας εἰς Κανεάτιν πόλιν στάδια φ'. Ἐνταῦθα παροικοῦσιν οἱ καλούμενοι Πασαργάδαι, Καρμανῶν ὄντες ἐγγύς. Legit Salmasius [ad Solin. cap. 58. f. 55. p. m. 845.] Κομβανῶν ὄντες ἐγγύς. Sed utique scribendum Καρμανῶν ὄντες ἐγγύς. Attamen in Pomponio alteram praefero lectionem, quia Pasargadae longe hinc aberant, omninoque eorum situm ignoravit Ptolemaeus, cum gentem hanc ad ostia sinus Persici collocat, ipsum vero oppidum inter Brisoanam et Bagradam flumina. Veteres, qui Alexandri res prodidere, Pasargadas oppidum et gentem circa Persepolin ad Orientem describunt. — VOSSIVS. Eius emendationis ducem habuit Salmasium ad Solinum p. m. 832. c. l. qui levi tantum discrimine volebat: *ad Pasargadas Coros effluunt*, et Andanin correctorum amnem, non Carmaniorum putabat. Adlegat ideo Strabonem. [lib. 15. p. 501. f. 729.] in quo legatur Κόρος [vulgo Κῦρος] περὶ Πασαργάδας ῥέων. Repetit eandem emendationem ad Solin. cap. 59. f. 55. p. m. 845. tantum *in Pasargadis*. At in posteriori hoc loco docet, Pasargadas longe hinc in Perside collocandos esse; quod cum comprobent alii, recte de pravo eorum situ apud Ptolemaeum monuit Vossius, nisi quis latius eorum sedes extendat, vel partem eorum ad ostium Persici sinus habitasse velit, quod tamen aliunde effici nequit. De Strabonis loco consuli etiam potest Casaubonus, qui malit *Coros*. Iam vero etsi *Coros* vel *Corios* propius Persidi et maxime Pasargadis fluat, nimis tamen haec lectio a MSStis recedit, quam ut excipi queat. Mirum etiam, quod Vossius, cum parum ipsi tribuat adeoque refutet, in ipso tamen contextu posuit. Facilius certe et aptius remedium admovit Hermolaus, cui recte plerique adsenserunt. Optime enim situs convenit, si Plinium c. l. sequaris, qui supra Sabin ponit *Andanin*. Consentiunt alii, parvo tantum discrimine distantes. De Nearcho antea dictum est, cuius Anamin

huc etiam referendum putat Danvillius sur le Golfe Persique in memoires — de Paris T. 30. p. 142. Ex Ptolemaeo 6, 8. huc valent Sarus, Andanis, (male interpretes Andanius, cum aperte Ἀνδάνιος ibi sit genitivus). Corius. In Marciano p. 20. Hudſ. legitur Ἄδδανις.

Coros.) MSS. A. Gronovii, Vatic. Cibin. Parif. 2. Lipf. Gud. Rehdiger. *choros*; Venet. *cheros*; Ciaccon. Parif. 1. 3. Auguftinor. Havn. Prag. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 30. 40. 41. 42. et reliquis, in quibus funt Reinoldianae *Goros*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae omnino, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Corios*, uti in nota fuperiori voluerat Hermolaus. Ignorat quidem hoc flumen Plinius. Ptolemaeus 6, 8. vulgo dat *Carius*, fed MS. Palat. *Corios*, uti prodit in Marciano c. l. Apud Dionyf. v. 1073. legitur Κόρος, quamquam Salmafius p. m. 845. c. l. adfirmat veteres legiffe Κύρος. quod et eft in Strabone c. l. At non folum ibi Euftathius legit Κόρος, fed *Ceros* etiam ex eo reddit Prifcianus v. 974. *Coros* tamen et *Cyrus* variatur in libris Avieni v. 1274. Cf. praeter Salmafium Wernsdorf. ad Prifcian. c. l. Cum Codices *Coros* praeferant, aliique auctores comprobent, haec forma recte revocata eft.

§. 5. *In parte* —) Vatic. 3. Prag. *In parte quae adverſa* pelagi eft, omiffa voce *oſtia*. Poft plerique codices *caldeorumque*, uti edd. 1. 9. ufitato more; 2. 13. *caldaeorumque*; Gud. *caltrorumque*. Tum Venet. *clariſſimi amnes*. Hinc codices aliqui, in quibus Cibin. Lipf. Prag. *Tygris*, et fic in prima editione Vadianus; *Tigris* maxime poft. Inde Rehdiger. Vindob. *proprior*, ut pro *propior* alibi faepe obiicitur. Cf. ad 3, 6. in. Ipfa autem verba *Perſidi propior, ulterior* in Ven. defunt. Denique, ut fit, et adeo Vineti editio evulgavit, codices aliqui *Eufrates*.

usque in litora) Tò *usque* Cod. Ciaccon. Prag. ignorant, omisitque Vossius, de quo vid. ab ipso et I. Gronovio disputata ad 2, 3, 6. ubi suorum codicum testes aliquos producit Vossius. Excepto Prag. mei omnes eam particulam agnoscunt. Post Parif. 1. Vatic. Venet. Zalusc. Lipf. Gud. Prag. Rehdiger. *in litora;* alii, ut, Cibin. Parif. 2. 3. Vindob. cum editionibus ad Vinetum et Vossium *ad litora;* Vinetus, post Vossius et qui sequuntur dederunt *in litora.* Vtrumque intelligi recte potest. Cf. ad 1, 1, 3. Tum Cibin. Lipf. Prag. Vatic. 3. *aperte,* et coniunctis vocibus 13. 15. 17. 20. 23. *immaniore.*

sed et) Lipf. *sed vaste;* Vindob. *ut vaste.* Post particula *sed* ante vocem *late* abest a MSS. Ciaccon. Abr. Gronovii et meis itemque ab edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 20. 23. Primus addidit Vadianus, quem reddiderunt reliqui. Vindobon. praeterea omittit *late.* TZSCHVCKE. Adversativa in MS. non exstabat, imo nec est in editione Iuntina, nec in MS. Mediolanensi. Vnde merito reor, eam non esse Pomponii, cuius haec quoque elegantia est, ut aliorum Latinorum. Lib. 3. cap. 3. *Nandi non patientia tantum illis, studium etiam est.* I. GRONOVIVS. Cum tollit particulam *sed,* hoc non admittendum. Quamvis enim a multis absit libris, exstat tamen in antiquioribus. Locus, quem adfert ille, nihil ad rem facit, cum, quod ibi occurrit *non tantum,* et oppositum his *etiam,* omnem ambiguitatem et confusionem prorsus tollat. VOSSIVS *in appendice ad cap. 7. f.* Locus ille ad rem facit, quod negat Vossius, tantum, ut pateat, quam malint τὸ *sed,* ubi vulgus ponit, elegantiores omittere, quod ille ignoravit. Sed scilicet ibi occurrit *non tantum,* quod non est in nostro loco. Habeat ergo, ubi illud non est, locum ex praeclara observatione Victorii ad Ciceronis epist. ad Att. 15. lib. 3. *ut cum idem verbum crebrius ponatur,*

non offendat animum, etiam concinniorem orationem reddat. Quod si et hic intermisceri voculam *etiam* caussabitur, eat tunc vel ad Martialem, [7, 51.] *aures Non auditoris, iudicis esse puto:* vel ad Statium [Theb. 6, 154.] *solis abiecit in arvis Non regem dominumve; alienos impia partus.* Quae collegerunt paternae notae ad Livium 38, 39. Vellem clarius monstravisset ambiguitatem et confusionem. I. GRONOVIVS *in posteriori nota.* Temere etiam alibi a librariis additur haec particula, ubi ex usu Latino, in obpositione maxime, melius abest. Vid. Drakenb. ad Liv. 6, 32, 8. qui plurima exempla conlegit, Graevius et Garatonius ad Ciceron. Catil. 4, 2. hic etiam ad Verrin. 1, 2. Malui tamen hic, etsi codices renuunt, retinere, cum oratio non cum praecedentibus solum artius sit connexa, sed et in diductas partes extendatur. Sequens *et* absorpsit *sed.*

diu — piger — patulus) Haec verba et ordine et forma variantur, ex quo Vadianus dedit: *diuque sequentibus aquis et sine alveo patulis piger,* quem reddiderunt 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vossius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. Olim et quidem in edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 19. legebatur *sedentibus aquis piger et sine alveo patulis;* 15. 17. 20. 23. eodem verborum ordine, tantum *patulus* pro *patulis,* quam formam restituit Reinoldius et hinc 44. 45. et reliquae. Consentiunt codices exceptis forte Parisiensibus, nec nisi in singulis discrepant. Ita Paris. 1. 3. *diu sedentibus,* unde Paris. 2. *diuque sed* habuisse videtur; Venet. Havn. *secedentibus* (ita et Vatic. 3.) *sit piger;* duo A. Gronovii, in quibus pono Gud. *patulis,* et sic ex conlatorum silentio Havn. et Parisienses; reliqui *patulus,* quod melius praefertur, et forma τῷ *piger* respondet.

fluvius) Vadianus adiecit *est,* et hinc 18. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vos-

sius; Gronovii in edd. 40. 41. 42. At cum ignorent omnes codices excepto forte Paris. 3. item editiones reliquae inde a primis, recte expulit Reinoldius, quem et recte in recentioribus editionibus secuti sunt viri docti. Ita languescens oratio Melae quasi instauratur. In sequ. Prag. omisit *celer et*; idem dat *armenos*; Rehdiger. *frequens erat* pro *fremens*; Venet. Paris. 2. Prag. *et ni Taurus*; Vindob. *obstat*. Quidam praeterea *Cappadoeas* per simplex *p*, etiam *es* pro *as*, quae non moror. Graecis terminationibus nostrum delectari, satis constat.

avertitur) Ciaccon. *advertit*; Rehdiger. Vindob. *advertitur*; Prag. *convertitur*; Venet. *vertitur*, quod placuit Vineto. Singula fere habent, quibus se tueantur. Sic 3, 2. in. *ad occidentem litus advertit*; sic *terra convertitur* ad — 3, 1, 9. 3, 2. in. item *verti* ad — 1, 15, 2. 3, 7, 6. Tum *ur* modo additur, modo praeciditur, uti hic in cod. Ciaccon. de quo cf. ad 3, 4, 1. et alibi. Porro *avertere* et *advertere* et his cognata centies in libris permutantur. Cf. Orosius 1, 2. p. 27. Haverc. Snakenb. ad Curtium 5, 9, 4. Bersmann. et Oudendorp. ad Lucan. 8, 337. 6, 339. Staveren. ad Nepot. 14, 11. f. Drakenborch. ad Liv. 1, 13, 10. et alibi, ut taceam alios sat multos, cum talia in libris sint obvia. Plerique tamen codices consentiunt in *avertitur*, quod est fecundius et aptius, quia duplicem indicat respectum, qualia, ubi mutua adest ratio, amant auctores. Sic Sueton. in Caes. cap. 49. *educere in cubiculum*, ubi alii malebant *deducere*. Dionys. Halic. 5, 7. ἀπελθεῖν πρὸ τῶν θυρῶν, et similia multa. Sic hic infra §. 10. *exportat*, ubi Vindob. minus bene *importat*. Sed et, uti hic, Virgil. Aen. 4, 106. *quo regnum Italiae Libycas averteret oras*, ubi multi etiam *adverteret*. Vid. ibi Heyne et de eodem verbi usu Heinsius ad Valer. Flacc. 1, 66. Alia exempla dabunt Drakenborch. ad Liv. 1, 57, 8. Oudendorp. ad Sueton. c. l. Corte ad Sallust. Catil. c. 57. in. Wopkens in miscell.

obſerv. nov. T. 2. p. 43. et paſſim alii. Ceterum a verbis: *Inde ad* — cap. 41. poſuit Vinetus.

tunc) Ita codices mei exceptis forte Pariſienſibus, Venet. et Havn. cum edd. 1. 2. 9. 11. 13. Aliae poſt (3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. —) *tum* ad 42. Vinetus tamen *tunc* dediſſe videtur, quod revocavit Reinoldius; et ſic 44. 45. et reliquae. Saepiſſime has particulas inter ſe commiſceri docent Corte ad Plin. 1. epiſt. 13. Drakenborch. ad Liv. 2, 12, 15. et Oudend. ad Lucan. 5, 625. In hoc nexu praeferendum puto *tum* cum editionibus ſuperioribus, etſi ſunt, qui *tunc* explicent praeterea, deinde. Vid. Oudendorp. ad Lucan. 1, 481. Sed cf. notata ad 1, 19, 15. Poſt vitioſe Vindob. *ambas ingeſus*. Idem et omiſit voces *in pelagus*.

inde tenuis) Tres codices A. Gronovii *inde tenuis ripis*; Voſſ. 3. *inde tenuis ripis rivus*. Ed. Schotti *in pertenues rivos diſpeſſus emoritur*. TZSCHUCKE. Lego *in pertenuis rivos diſperſus emoritur*. Poſſet etiam legi *diſpeſſus*. PINTIANUS. Legendum forte: *in pertenues rivos disſectus* vel *diſperſus*, ut cap. 7. de Gange: *in ſeptem ora diſpergitur*; et lib. 7. cap. 9. [§. 2.] de Nilo: *it per omnem Aegyptum vagus atque diſperſus*. Adde Plinium lib. 15. cap. 27. [immo, opinor, 6, 30. ſ. 26.] CIACCONIUS. *Inde tenuis rivus deſpectus emoritur* eſt priſca ſcriptura, quam temere mutarunt Pintianus et alii. Quod dicit Euphratem non effluere, ſed in tenuem et deſpectum deſinere rivum, id accipiendum de alveo principali, qui, quamvis in innumeros diſpergatur rivos, ac propterea totus pene deficiat, proprie tamen Euphrates dicitur. Sic quidem Mela, qui credidit, Euphratem oſtio carere; verum aliter alii. — VOSSIUS. Tres MSSti *inde tenuis ripis*, quomodo in domeſticis ſcholis ſcribendum monuit Parens. A. GRONOVIUS. Nulla contra codices omnes opus eſt mutatione.

ut alii amnes, sed deficit) Haec Pomponianae lectioni inserta videntur, vel assuta potius. SCHOTTVS. Arbitraria haec in utramque partem.

§. 6. *Alterum latus)* In ed. 11. incipit capitulum 13. addita inscriptione: *de Arabia*; in editionibus Reinoldianis: *Arabia* caput 14.

cognomen) Ita omnes codices et veteres editiones. Solus Schottus sine gravi causa dedit *cognomine.* Pro *Eudaemon*, quod Graecis literis exprimunt 15. 17. 20. 23. codices quidam, in iis Cibin. Rehdiger. Vindobon. item edd. 11. 19. ut fit, scribunt *Eudemon*; Vatic. 3. Paris. 2. Prag. *Eumedon. Ea demum* (ex prioris repetitione) *angusta.* Posteriora *ea demum a.* notata etiam erant ex Cod. Havn. Post Gud. *cinami*; Rehdig. Cibin. *cynnami*; Vindob. *cumani*; Prag. *cynamomi*; Vatic. 3. *cinnamomi.* Edd. 11. 13. forte et aliae *cynnami*; inde ab ed. 25. Olivarianae fere omnes, praeterea 30. 32. 34. 37. *cinnamomi*; aliae *cinnami*, quod et legitur in antiquitatum variarum auctoribus p. 572. ubi Mela ex editione Olivarii redditur. Similis variatio notatur ad Lucan. 10, 167. Cum nihil re ipsa utrumque discrepet, praeferenda est lectio plerorumque et optimorum librorum. Ipsa scriptura ex Graecis discitur; simplex *n* occurrit in poetis, etsi etiam κινάμωμον, uti apud Dionys. v. 945. et sic ed. Bourdelotii in Heliodori Aethiop. 10, 26. p. 494. qui praeter alios illud in Arabia felici provenire adfirmat. In voce *thuris* sustuli adspirationem, quam et recentiores addunt editiones, et alibi passim viri docti, etsi non semper sibi constantes. Sic varie legitur in Virgilio; Oudendorpius in Suetonio addit, in Lucano demit. Libri tamen veteres sine adspiratione edunt, ut hic Gudianus. Sed cf. de ea Becmann. de originn. L. L. p. 1129. Cellarius in Orthogr. Lat. T. 1. p. 376. ed. Harless. Pierius ad Virgil. Aen. 1, 417. et quos praeterea laudat Drakenb. ad Liv. 10, 23, 2.

ostio proximam) Lipf. Prag. Venet. Havn. Parif. 2. Vatic. 3. *ostia* vel *hostia proxima*, quod, ut cum fequentibus congruat, iidem praeter Lipf. fubiiciunt etiam *contraria*. Sed receptam lectionem tuentur libri alii plerique. In nomine *Carmaniis* eandem, quam fupra notavi, libri, maxime editi, obiiciunt discrepantiam; alii enim *Carmanis*, alii *Carmaniis*. Ex MSS. Gud. Prag. Venet. Parif. 2. — *Carmaniis*; Cibin. *charmaniis*; Lipf. *Carmaneis*; Havn. *Camaniis*.

contrariam) Prag. Venet. aliique ante commemorati *contraria*; Lipf. *contrariam frontem* omiffo nomine *Macae*, quod varie pervertitur. Nempe Ciacconi. Cibin. Parif. 2. 3. Vatic. 1. 3. Gud. Rehdiger. Vindob. Havn. *magnae* vel *magne*; Parif. 1. *magnam*; Venet. *Carmaniis contrariam minorem frontem*; Prag. *mage*, quod proxime accedit ad verum. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *magnae frontem*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae. Olivarianae contrariam partem Macae, quae inter; — omiffo *frontem*; Schottus: *contrariam Macae, quae inter* — 13. Vinetus, Vossius, reliqui *contrariam Macae frontem* (13. hic demum, incifum etiam minus, ponit) *quae inter* — Eadem lectio in varr. ad marginem edd. 27. et 29. notata erat. TZSCHVCKE. *Contrariam partem magnae.* Scribendum: *contrariam partem Macae*; Plinius, [6, 26. f. 23.] Ptolemaeus, [6, 7.] caeteri. BARBARVS. Scribendum arbitror: *Maiorem Sabaei tenent partem. Ostio proximam et Carmanis contrariam Macae, partem, quae inter ostia extenditur etc.* PINTIANVS. Rectius: *contrariam Macae frontem, quae inter ostia.* IDEM. Antiquus liber: *ostio proximam et Carmanis, contrariam magnae frontemque inter ostia ostenditur.* Legendum forte: *extenditur*; ut lib. 2. cap. 7. *Ab eo ad Pachynum ora, quae extenditur, Ionium mare attingens, haec fert illustria.* Et Plinius lib. 5. epift. 6. *Est sane gravis et pestilens*

ora Tuscorum, quae per litus extenditur. CIACCONIUS. *Mace* forte scribendum sine diphthongo. SCHOTTUS. Et haec quoque depravarunt correctores. Nos antiquam scripturam reduximus. *Ostenditur* autem hic non improbo; vide tamen, num melius *obtenditur*. Quamvis haec vocabula ab iisdem veniant verbis, differre tamen significatione etiam indocti sciunt. Frontem vero Mela, quemadmodum etiam alibi, vocat promuntorium. VOSSIUS. *Macae* iam recte emendavit Hermolaus. Ita enim Plinius 6, 26. s. 23. *Inde promontorium Carmaniae est, ex quo in adversa ora ad gentem Arabiae Macas traiectus distat 50. M. P.* Ptolemaeus 6, 7. quem cum Plinio adlegavit Hermolaus, *Macas* in Arabia recenset, in Ichthyophagorum sinu. Consentiunt et alii. Sic Eratosthenes apud Strabonem lib. 16. p. 526. s. 765. ἐξ Ἁρμόζοντος τοῦ τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου τῆς Ἀραβίας ἀφορᾶται τὸ ἐν Μάκαις. Inde vero promontorium, quod ex Carmania conspici poterat, Μάκετα vocari scribit Arrianus in Indicis cap. 3, 2, 7. etsi Μακέδα malit Salmasius ad Solin. c. 54. s. 68. p. m. 835. Sed de his Vol. 2. Schottus *Mace* sine dubio duxit ex Ammiano 23, 6. post pr. ubi legitur: *promuntorium, quod appellant incolae Maces,* ubi tamen cf. Valesius. *Ostenditur* mutationem minime desiderat. Reliqua dehinc verba tuentur codices, aliqui tamen adspersis maculis. Sic Vindob. *fronte*; Rehdiger. *fontem*, uti fit l. 1, 13, 3. Post Vindob. *ostenditur inter hostia.*

sitae Ogyris.) Prior vox abest in Vindob. et in Gibin. male scribitur *sytae*. Posterior abiecta etiam prima vocali varie corrumpitur. Cibin, Vatic. Paris. 1. Rehdiger. omnesque Vossii, ut ipse notat; Vindob. Paris. 2. Lips. Gud. Havn. *giris*; Venet. *Cyris*; Prag. *site giris que mea Excitre*; Ciaccon. 1. *Sitogyris*; Ciaccon. 2. *insulae sitae gensque in ea.* Cum priori fere consentit Boccatius de maribus s. v. Arabicum: *Sithegeris clarior eo,*

quod ibi sepulchrum sit Eritrae regis. Solus Paris. 3. ex silentio conlatoris *Ogyris* tulisse videtur. Edd. 1. 2. 9. 13. *Giris*; reliquae *Ogyris*. TZSCHVCKE. Videtur legendum: *Aliquot sunt in eo insulae; sed Ogyris, quod in ea.* PINTIANVS. Forte: *sed Ogyris.* Sic legit Pintianus. CIACCONIVS. *Ogyris*, in qua Erythrae monumentum, etiam ab aliis vocatur, veluti Plinio 6, 32. s. 28. Dionysio v. 607. Prisciano v. 605. Avieno v. 794. Sic eam in universum etiam memorat Stephanus h. v. inque rubro mari ponit; Suidas λίμνην facit, sua ille fide. In Ptolemaeo 6, 7. f. dicitur vulgo Ὄργανα, sed, ut hic Vossius monet, quidam libri habent Ὤγυρις, et in margine Palatinus Οὔγυρις. Alia de illa Vol. 2. Quod quidam inserunt *sed*, non incommodum omnino est. In voce *Erythrae* noti sunt et vulgati librorum errores. Lips. *chrythye*; Gud. *erithie*; Rehdig. *erythre*; Prag. *Exitrae*; Vindob. *britere*. Ed. 2. *eritrae.* — Post multi, in quibus Cibin. cum edd. veteribus *monumentum*, de quo vid. ad 1, 6, 1. et alibi. Pro *clara*, quod deest in Voss. 2. *claret* legitur in Voss. 1. teste Oudendorpio ad Sueton. de Ill. Grammat. c. 17. ubi cf. de hoc verbo notata.

§. 7. *Alterum sinum*). Hermolaus *sinum* emendat pro *signum*; nempe sic invenerat in ed. 5. quam ante oculos positam habuit. Hinc vero edd. Vadianae, Olivarianae, etiam 21. 28. cum Schotto novum caput (Schotto c. 9.) constituunt cum inscriptione *Sinus Arabicus*. Vinetus a verbis *Ab ea parte* incipit caput 42. Edd. Ald. Iunt. sic locum distinguunt: *incingunt ab ea parte, quae introeuntibus dextra est. Urbes* — minus commode. Ceterum Lips. *cingunt*; Paris. omissis pluribus sic nectit: *incingunt ab intimo angulo prima*; Gud. omittit *quae*; Cibin. dat *dextra sunt.*

Carra) Abr. Gronovius ex MSS. suis promiscue notat *Chara, Caria, Charia, Carra*; Ciaccon. *Chara*;

ex meis Prag. Rehdiger. Vindobon. Parif. 1. 2. Vatic. 3. Venet. Havn. *Cara*; in varr. ed. 29. *Carra*; Lipf. Gud. *Chara*; Cibin. *Charra*; Vatic. 1. *Charrae*; Parif. 3. forte *Cane*; Boccatius de maribus f. v. Arabicum *Charria*, eodem fere modo, quo pro Κάῤῥαις Ofroenorum urbe, Καῤῥίαις legitur apud Syncellum p. 284. f. 356. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 12. 14. 19. *Cara*; 6. 7. 8. 10. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum Vineto, Schotto *Carrae*; 13. *Carre*; 23. *Carrhae*; 39. 40. *Cane*; 41. 42. *Canae*; Reinoldianae, 44. 45. et fequentes *Carra*. Sequens nomen *Arabia*, fine variatione exiit; non item tertium. A. Gronovius ex fuis MSS. adnotavit *Gadamus* et *Gadanus*. Ciaccon. Vatic. Cibin. et reliqui *Gadanus*; tantum, opinor, Parif. 3. *Gadamus*. Edd. 1. *Gabamus*; 2. 3. 4. 5. 9. aliaeque veteres *Gadamus*; 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voffius, Gronovii (40. 41. 42.) *Gandamus*; poft Reinoldianae, 44. et reliquae *Gadamus*, praeter Norimbergenfem, quae *Gandamus* reddidit. TZSCHVCKE. Stephanus *Carrae*, Carrarum: *Ad mare*, inquit, *Rubrum funt Carrae, cognomines iis, quae funt in Mefopotamia, Craffi nobiles interitu.* De *Arabia* emporio Ptolemaeus. [6, 7.] Tertium loci nomen haud comperi. BARBARVS. Propofito femper ob oculos Melae inftituto exfequendi clariffima quaeque, fic lego: *Urbes funt Carna, Mariaba et Agdamus.* Primam ex Strabone, [lib, 16. p. 528. f. 768.] cui eft *Carna* magna Minaeorum urbs; meminit et Ptolemaeus: [6, 7. m.] Secundam ex eodem, metropolin Sabaeorum, qui cum fint Arabum ditiffimi, verifimile eft, metropolin eorum a Pomponio celebratam effe: Tertiam ex Ptolemaeo. [6, 7.] De *Mariaba* et Stephanus, in quo vitiofe fcriptum eft, metropolin effe *Sabinorum*, pro *Sabaeorum*. Idem *Carnam Carnanam* nominat, et a Sunio *Carnaniam* appellari ait. Poffet etiam, et fortaffe rectius, pro *Carrae* fubftitui *Gerra*. *Sabaei* enim et *Gerrhaei* omnium Arabum

ditiſſimi ſunt, Straboni lib. 16. [p. 535. ſ. 778.] Nec me fallit, memorari a Ptolemaeo [6, 7.] Arabiae emporium in Arabia Felici, et a Stephano [h. v.] Plinioque [5, 21. ſ. 24.] *Carras* urbem, et Carraeorum latiſſimos et fertiliſſimos campos in eadem; ſed non ideo prioris ſententiae poenitet. PINTIANVS. *Carrae, Arabia, Gandamus*) Non vidit Pintianus, has tam a Pomponio, quam a Strabone in occidentali latere ſinus Perſici ſtatui, non in orientali latere ſinus Arabici; cum dicat Pomponius de ſinu Perſico, maiorem partem Sabaeos tenere. Incipit enim primo exponere latus Arabici ſinus; dein perſequitur oram Arabici ſinus orientalem, id eſt, ut ipſe ait, Troglodyticae oppoſitam, aitque ſe nomina priſca propterea non ponere, quod pronunciare facile non poſſet. Nec tamen ignoro, in hac ora Meriabam, Sabaeorum metropolin, quam prius Mariabam vocarunt, ab ipſo Strabone collocari. Et Plinius lib. 6. cap. 8. [6, 32. ſ. 28.] *Sabaei Arabum propter thura clariſſimi ad utraque maria porrectis gentibus. — Regia omnium eſt Mariaba. Sinum obtinet refertum inſulis odoriferis.* CIACCONIVS. *Arabia*) Non me fugit, mutaſſe Fredenandum. Ego a vulgata non recedo. *Arabiam* enim et *Eudaemona*, Arabiae urbes, ponit et Aethicus in Coſmogr. [p. 707. ad calcem Melae in ed. A. Gronov. 1722.] et Arrianus in periplo maris Erythraei. [p. 14. Hudſ.] SCHOTTVS. Perperam haec mutavit Pintianus, inferendo nomina aliena ab inſtituto Melae. Vt in ſuperioribus, ita quoque hic proſequitur orae maritimae loca praecipua. Egreſſus itaque oſtium ſinus Perſici, ea commemorat, quae ſita ſunt ad eam Arabiae partem, quae ſinui Arabico adiacet. Huius autem ſinus principium faciunt Moſſylicum Aethiopiae promuntorium, et alterum ei in Arabia oppoſitum, quod *Cabo de Fartaque* vulgo nominatur. Errant enim, qui ſinus Arabici initium ponunt ad Babelmandel, ubi anguſtiſſimus eſt. Promuntorio vero Fartaque adiacet oppidum Cane, ut manifeſte ex auctore peripli Erythraei

[p. 5. Hudf.] poteft intelligi. Meminere quoque huius emporii Plinius [6, 26. f. 23.] Ptolemaeus. [6, 7.] Vulgo *Cayem* nominatur, nempe vicus fubiectus oppido mediterraneo *Sartach*, (Sabbatha olim dicto) unde promuntorio nomen. Nullum dubium itaque, quin *Cane* fcripferit Mela, non *Carre*. Arabia vero et ipfum emporium, fed multo priori celebrius, cuique felicis cognomentum aeque, atque toti regioni additum fuit, defcribitur fufe ab eiusdem peripli auctore, e quo manifefte apparet, effe id *Aden* vulgo nominatum. VOSSIVS. De fingulis, quid videatur, monendum eft. De prima urbe tria potiffimum funt, quae hic in disceptationem vocantur, *Carra*, *Carna* et *Cana*. Ex Vatic. 1. urbs *Carrae* vel *Charrae* locum hic fibi adroget. Vtraque enim forma eadem invenitur, quamvis numi adfpirationem abiiciunt. Vid. Haymius in thef. Britann. T. 2. p. 117. Havercamp. ad Orof. p. 20. et qui plures excitarunt Rafche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 401. et Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 3. p. 506 fqq. Graecos quidem, unde adfpiratio inferi poffit. Sed cf. omnino de hac variatione Oudendorp. ad Lucan. 1, 105. Havercamp. ad Orof. 1, 2. p. 19. ubi etiam Cod. Prag. a me infpectus habet cum aliis *Charras*, uti editur in Sidonio Apollin. carm. 2, 455. 9, 19. 248. At, fi hoc loco Carra idem eft, quod Carrae, omnes hanc urbem prope Euphratem ponunt non procul ab Edeffa. Vid. Orof. 6, 13. 7, 18. Ptolem. 5, 18. Plin. 5, 21. f. 24. qui in Arabia contermina ponit cum Edeffa. De hac quidem nemo in hoc loco cogitet. *Carraei* quidem in Arabia Felici commemorantur a Plinio 6, 32. f. 28. eorumque urbs *Carrita*, Ptolemaeo 6, 7. Χαρίατα, fed et haec aliena eft, quippe in mediterraneis fita. Propius accedit Pintiani *Carna*, metropolis Minaeorum, quos ad rubrum mare ponit Strabo lib. 16. p. 528. f. 768. Idem facit Stephanus, a quo Κάρνανα urbs vocatur, a Plinio 6. 32. f. 28. *Carnon*, a Ptolemaeo 6, 7. Κάρνα, qui tamen procul ab ora in

mediterraneis recenset. Sed cf. de ea Berkelius ad Stephanum p. 451. et in primis Bochartus in Phaleg 2, 22. Male quidam id nomen obtrudunt Avieno v. 1135. propter Macarum et Persidis viciniam, a quibus est alienum, uti docuit ibi Wernsdorfius. Etsi autem ipsos Minaeos ad Rubrum mare ponit Strabo, urbis tamen situs minime constat; et sic etiam in Stephano Rubri maris mentio ad populos pertinere potest. Tum Plinius 6, 32. s. 28. Atramitas Sabaeorum partem facit, quibus in mediterraneis iungantur Minaei. Habitarunt igitur, si vera retulit, Minaei prope Sabaeos, et versus orientem pertinuerunt ad Atramitas. Denique Minaeorum sedes fuit ad Arabicum quidem sinum, sed post angustias, ad quas inde Sabaeis praeterea interpositis progreditur Strabo c. l. a quo nec Plinius, nec Ptolemaeus dissentiunt. Vana igitur hinc exsistit illa emendatio Pintiani. Sed multo minus ferenda altera de *Gerra* s. *Gerrha*, quae urbs Arabiae Felicis adluitur sinu Persico, uti docet Harduinus ad Plin. 31, 39. s. 7. Restat igitur *Cane* vel *Cana*; nam utraque forma ex libris notatur in Plinio 6, 26. s. 23. Graecis Κάνη, uti apud Ptolemaeum in Asiae tab. 6. In eodem 6, 7. est emporium et promontorium, itaque commemoratur, ut de eius situ ad Melae narrationem apto dubitari nequeat. Cf. etiam Arrian. c. l. pag. 15. Hudf. Quae quidem lectio eo minorem iniicit dubitationem, quod τὸ *n* facile in *rr* transire propter *Carras* librariis notiores potuit. Ita vero progressionis ordo, quem monstrat Ptolemaeus, servatur. Ne tamen quid dissimulem, Κάῤῥαι urbs ad Rubrum mare notatur a Stephano h. v. eoque spectare videtur *Carcha* apud Geograph. Ravenn. 2, 6. f. At sunt incertiora, quam ut sequi aliquis possit. Quod Ortelius in thes. Geogr. h. v. Carrae Arabiae ex Plinio [31, 39. s. 7.] adfert, sine dubio ibi reponendum est *Gerrhae Arabiae* ad sinum Persicum, quod fecit Harduinus et ex Strabone [lib. 16. p. 527. s. 766.] egregie docuit. In *Arabia* nulla recte

obiicitur dubitatio. Etsi enim Pintianus in *Marabia* mutat ex Strabone, recipi tamen id non posse idem docet. Cf. Plin. 6, 32. s. 28. Denique an *Gadamus* recte ponatur, nemo facile in obscuro hoc nomine et nusquam forte obvio dixerit. *Gadamus* tamen plura codicum suffragia habet, nulla Vadiani *Gandamus*. Boccatius de maribus c. l. refert *Cadinus*, Pintianus emendabat *Agdama* ex Ptolemaeo 6, 7. ubi tamen conlocatur in mediterraneis.

Berenice) Plerique codices *Beronice*; Boccatius de maribus c. l. *Beronices*; Gud. *Bercenice*; Vatic. *Berenice*. Edd. 1. 2. 9. 13. *Beronicae*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus, Vossius, 40. post 41. 42. et ceterae cum Reinoldio *Berenice*, uti quidem iam olim dederat Vinetus. TZSCHVCKE. Ventum est ad locum longe omnium in universo opere laboriosissimum, maximis implicatum erroribus, ac pene dixerim Barathrum et Chaos quoddam. Neque enim ordo tantum civitatum luxatus est, et depravata nomina, sed, ut suspicor, barbara insuper aliquot vocabula intermista sunt. Statui nihilominus vires experiri, etsi impares animo, et cum septemcipiti Hydra congredi. Primum igitur per partes, quid de singulis sentiam, strictim dicam; postea subiungam, quomodo in totum legendum mihi videatur. Igitur ubi posita est urbs *Beronice*, poni *Arsinoe* debuit, et contrario, auctoribus Ptolemaeo [4, 5.] et Plinio. [5, 12. s. 11.] Nam post *Herroopolin* statim constituunt *Arsinoen*. Praeterea iidem auctores, itemque Strabo et Stephanus, *Berenice* per *e* in secunda enunciant, non *Beronice*. PINTIANVS. Valde sese hic exercent, non multi tantum, sed et magni viri. Tantum autem abest, ut locum hunc obscurissimum illustrarint, ut potius densas et impenetrabiles offuderint tenebras. Non longus tantum, sed et stultus esset labor illorum persequi errores,

cum hos ipsos veritatis cognitio satis reddat manifestos. Hanc ut teneamus, ordine singula prosequemur. Beronice itaque, quam primam esse dicit ab intimo angulo sinus Arabici, non est illa, quae solstitiali subiecta est circulo, cuiusque complures auctores mentionem faciunt; sed alia minus nota, cuiusque praeter Melam, unus tantum, quod sciam, meminit Iosephus 8, [6, 4.] Antiquitatum, ubi de classe Salomoniaca agit. Dicit ille, aedificatam hanc fuisse in portu Asiongaber. Addit portum istum aetate sua dictum fuisse Berenicen, nec multum abfuisse ab Aelana urbe. Ex hoc Pomponii et Iosephi testimonio cognoscimus, sitam fuisse Berenicen inter Heroopoliticum et Strobilum promuntoria. Heroopoliticum promuntorium est in sinu Heroopolitico. Strobilum vocat, quod Ptolemaeus [5, 17.] et alii *Pharan*. Promuntorium hoc distinguit Heroopoliticum et Aelaniticum sinus. Ipsum vero oppidum Berenices non potest aliud esse, atque illud, quod Calzem ab Arabibus appellatur. VOSSIVS. Vossio adsentiuntur Berkelius ad Stephanum p. 217. et Bruns ad Danvillii tabulas in der alten Erdbeschreibung cap. 7. p. 176. Bochartus in Chanaan 1, 44. f. ex Scriptura sacra (Reg. 9, 26.) portum fuisse putat Idumaeae prope Aelan ad mare rubrum, uti passim Arabicum sinum vocant, de quo Plin. 5, 12. s. 11. et alii, nec procul a deserto Sin positum, quia ex Asiongabero profecti Iudaei castra metati sint in deserto Sin s. Kades, uti legitur in Mose Numer. 33, 36. At idem temere refutat Iosephum c. l. qui Berenicen e regione Syenes Africani litoris urbem faciat, quod de altera Berenice valet. Diversam tamen esse Melae et Iosephi Berenicen contendit Cellarius in Geogr. ant. 3, 14, 32. Iosephum vero hallucinatum esse existimat Goropius Becanus, in Hispanicis p. 76. ubi pluribus evincere nititur, Asiongeber ad mare rubrum minime situm fuisse. Adfert autem Cellarius potiora haec, quibus Vossium impugnet. Cum Heroopoliticum promontorium ad sinum sit cognominem,

Strobilum est Pharan Ptolemaei, atque inter utramque sita fuit Berenice. At in Aegypto potius et Berenice et Strobilum quaeri debent. Cum enim introeat Mela in sinum, in altera parte, eaque sinistra et Aegyptiaci lateris, et Berenice est et Strobilum post Heroopoliticum promontorium, quod etiam Melae progressio docet, in qua Philoteris et Ptolemais. Deinde regressio Israelitarum ex solitudine Pharan ad mare Suph orientalior erat, quam accessus, non autem hoc, sed illa (regressione) ad Asiongabarum venerunt Numer. 33, 35. et Ailath et Asiongabarus naturali ordine sic ponuntur Deuteron. 2, 8. ut urbs illa in occidentem, haec in solis ortum vergat. Ex quibus Cellarius conligit, Asiongabarum, quae est Berenice, non in Heroopolico sinu, (sic enim extra limen Arabiae fuisset,) sed ad sinum Aelaniticum et post Aelanam in ortum versus fuisse positum. Hactenus Cellarius. Atque hoc situ Pocockius, Danvillius aliique utramque urbem in tabulis ostendunt, cum Cellarianae invertant. Asiongabarum Idumaeae portum fuisse prope Aelam ad mare Rubrum nec procul a deserto *Sin* s. *Kades* docent S. Scripturae loca Num. 33, 36. 1. Reg. 9, 26. Cf. etiam Huetius de utroque nomine in comment. de navigatione Salomonis cap. 1. p. 125. et quos ad Iosephum memoravit Spanhemius. De Asiongabaro nulla est dubitatio, quae omnis versatur in altero nomine, et recte dubitari posse videtur, an vere retulerit Iosephus de Berenice, cuius sola auctoritate et fide nititur. At difficulter expediri potest illo quaestio, cum non constet, quod promontorium Mela vocaverit *Strobilum*, nec certum sit, utrum ab intimo recessu Heroopoliticum inter et Strobilum incipiat, an ab hoc ad sinistrum latus progrediatur. Tum si Strobilum est *Pharan*, debebat hoc praeponere. Neque tamen sic inter duo illa promontoria iacet Asiongabarus, nec, si iaceret, in altera parte alterutrum poni potuisset, cum non ad sinistrum, sed ad dextrum referendum fuisset. Immo Pharan videtur esse Heroopoliticum,

alterum Ptolemaei Drepanum. Tum vero Afiongabarus Iosephi vel Berenice male fic ponatur, nisi plane erravit *Pharan* promontorium verfus Drepanum ad finistram partem, ad quam progressione contendit, spectabat, vel eam incipere potest in hac notatione. Situm enim est versus Arabiam Petraeam, de quo Salmasius ad Solin. cap. 36. f. 33. p. m. 346. etsi falsa eum de Maranitis admiscere docuit. Wesselingius ad Diodor. 3, 43. Idem promontorium aliis dicitur Posideum, quippe quod in termino f. recessu finus Arabici paullo fupra Aelaniticum finum ponunt. Ita Artemidorus apud Strabonem lib. 16. p. 534. f. 776. Diodor. 3, 42. in. Cf. etiam Salmasius c. l. Heroopoliticum vocat Mela, quod in initio cognominis finus excurrebat, uti recentiorum tabulae docent, in quibus dicitur promontorium *Mahomed.* Inde igitur cum progrediatur Mela, quare et priori loco posuit, et in Strobilo in altera parte consistat, ubi Ptolemaei est *Drepanum*, intra illud spatium quaerenda est Berenice, ubi tamen nemo talem urbem ostendit. Nam μυὸς ὅρμος fatis declarat, quo usque progrediendum, et ubi fubfistendum sit. Magis conveniat hoc situs Arsinoe, quam ibi ponunt Agatharchides de mari Rubro cap. 42. p. 54. Hudf. Ptolemaeus 4, 15. — Reinoldius in tabulis, ut Melae fidem aliquatenus tueatur, Strobilum praeponit ad orientem, ad occasum exhibet Heroopoliticum, inter utrumque Berenicen, ubi Iosephi est Afiongabarus. Ita quidem recte ad Melae mentem, ad ipsam rem non accurate; quae culpa videtur esse auctoris. Berenice enim in codicum consensu dimitti nequit. Accedit, quod paullo post aliam Berenicen diserte memorat, et sic Plinius 6, 33. et 34. f. 29. tres describit Berenicas, etsi ipso situ nulla earum hic locum habet. *Berenice* autem recte emendavit Pintianus, et ediderunt recentiores. Eadem scriptura tamen per *o* obsidet etiam libros Iustini 26, 3. 8. et alibi, itaque effect Schol. Iuvenalis ad 6, 157. Cf. Salmas. ad Solin. 8. f. 14. p. m. 108. Sunt quidem,

qui hoc et similia nomina promiscue per *e* et *o* scribant et utrumque probent, veluti *Cassiepea*, *Steneboea*, de quibus vid. Muncker ad Hygin. in poet. astron. 2, 10. at τὸ *e* tuentur in primis Graeci.

Heroopoliticum) Prag. Rehdiger. *hyeropoliticum*; Lips. *hyeropoli*; Cibin. aliique, uti Boccatius de maribus c. l. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Hieropoliticum*; Paris. 1. 2. videntur habuisse *Heroopoliticum*, uti edd. 10. 13. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Vossius reliqui *Heroopoliticum*. Edd. 6. 7. 8. *hyroopoliticum*; 30. 32. *Heropoliticum*; Schottus *Herbopoliticum*. Proximum nomen varie etiam agitant libri. Lips. Havn. Prag. *Trobilum*; Rehdig. Venet. Vindob. Cibin, Vatic. Paris. 1. 2. (opinor) cum Boccatio c. l. *Strobilum*; Paris. 3. Havn. (uti suspicor) *Scrobilum*, cum editionibus omnibus ad Vossium; tantum 5. *Scrobilon*; Vossius et reliqui postea *Strobilum*. TZSCHVCKE. Scribo *Heroopoliticum*. Ita enim vocatur sinus ab urbe, quam *Heroum oppidum* Plinius [6, 33. s. 29.] Graeci *Heroopolin* vocant omnes. BARBARVS. Minus corrupte legetur *ultra Heroopolin et Cambysu* ex Plinio lib. 6. cap. 29. [s. 32.] PINTIANVS. *Heroopoliticus sinus est Rubri maris in Aegyptum vergentis*, Plin. lib. 5. cap. 11. [s. 11.] et lib. 5. cap. 9. *Quidam ex his aliqua nomina permutant, et substituunt alios nomos, ut Heroopolitem, Crocodilopolitem.* Vnde forsan hic legendum *inter Heroopolitem et Crocodilopolitem*. CIACCONIVS. Pintiani emendatio cum MSStis conciliari minime potest. Ciacconio praeterea obstat, quod Crocodilopolis in mediterraneis fuit. Cf. Herodot. 2, 148. Strabo lib. 17. p. 816. s. 816. Ptolemaeus 4. 5. Neque tamen adfirmaverim, Strobilum verum esse nomen. Cum Philoteris subiiciatur, praeter Drepanum promontorium, quod ex Ptolemaeo 4, 5. accommodari

possit, non invenio. Post Cibin. et ed. 19. omittunt *inter* ante vocem *promontoria*.

Μυὸς ὅρμου) Nomen, si quid aliud, corruptum. Vatic. 1. *maeronenon*; Paris. 3. Vind. *meronenon*; Gud. *maenorenon*; Rehdiger. *maeno renon*; Augustin. *Moronenon*; Cibin. *maerenon*; Lips. *maenoretion*; Venet. *moenoretion*; Paris. 2. *maeneretion*; Paris. 1. *Maenoranum*; Havn. *Mancretino*; Vatic. 3. et Prag. *Mencretino*; Ciaccon. notat *Menorenon*; Vossius ex melioribus membranis *maerenon*; Abr. Gronovius ex suis omnino *Meronenon*, *Maeneretion* et *Maerenon*. Boccatius c. l. hunc locum sic reddit in ed. Veneta 1473. *moerotenon et collaca*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Moronenon*; Vossius, 40. 41. 42. *Aennum*; Reinoldianae 44. et reliquae Μυὸς ὅρμου. Sequuntur hinc deinceps alia, de quibus haec libri suppeditant. Pro *Coloba* Vatic. Cibin. Venet. Lips. Gud. Ciaccon. et Boccatius c. l. *Collaca*; Havn. Paris. 1. 2. 3. *Colaca*; Rehdiger. Vindobon. *colloca*; Prag. *colacam*; Vossii meliores *Coloba*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 12. 14. 19. 23. *Collaca*; 6. 7. 8. 15. 17. 20. *Colloca*; 10. 13. 16. 18. 22. Vadianae, 29. 33. Vinetus *Colaca*; 21. 24. 25. 28. Schottus *Coloca*; Olivarianae *Coloca* et *Colaca*; Vossius cum ceteris *Coloba*. Tum Vatic. Vindobon. *philopteris*; Cibin. Rehdiger. *phylopteris*; Lips. *Phyleteris*; Havn. *Periletheris*; Paris. 2. Prag. *periloteris*; Venet. *perhiteteris*; Gud. cum Boccatio c. l. et forte Paris. 1. 3. *Philoteris*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Philopetris*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. et reliquae *Philoteris*. Denique Vatic. 1. Cibin. Paris. 2. Havn. Prag. *promalis*; Lips. Gud. *piomalis*; Venet. *pio malis*; Rehdiger. *pyomalis*; Paris. 1. *Philomalis*; Paris. 3. *hiomalis*; Vindob. *phimalis*; Boccatius c. l. *pionialis*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Phiomalis*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. reliquae *Ptole-*

mais. TZSCHVCKE. Scribendum *Colaca*, ut sit *Colax* Colacis promontorii eius nomen. Item *Philoteris* et *Ptolemais* ex Plinio, [6, 33. et 34. f. 29.] Ptolemaeo, [4, 5.] Stephano, ut in Plinio monstravimus. BARBARVS. *Moroneuon et Coloca Philoteris*) Scribo non tanto lectionis detrimento: *Deinde muris Hormos et ad Monoleum lacum Philoteris* ex Ptolemaeo, [4, 5.] qui post *Arsinoen* meridiem versus collocat in hoc tractu Μυὸς ὅρμον, hoc est *muris stationem*; quod nomen pro dimidio vertit Mela, quod fecit [2, 2, 7.] in *Aegos fluviis* urbe Thraciae et Νότου κέρας, [immo, Ἑσπέρου κέρας 3, 9. f.] promuntorio Africam Asiamque disterminante, ut mox dicemus. Μυὸς ὅρμον in hoc tractu omnes celebrant, nec minus *Philoteridu* urbem, Satyri aedificium. Nam Strabo, [lib. 16. p. 529. f. 769.] Ptolemaeus, [4, 5.] Plinius, [6, 23. f. 29.] Stephanus *Philoteram* appellant; Apollodorus, referente Stephano, *Philoterida*, quem secutus videtur Pomponius. De *Monoleo* vero lacu, ad quem sita est *Philoteris*, Plinius in sexto. [c. 34. f. 29.] Posset etiam legi non minus commode: *Deinde inter promuntorium Drepanon et Colobon Philoteris* etc. ex Ptolemaeo, [4, 5.] qui inter haec duo promontoria statuit *Myos hormon*, *Philoteram*, *Berenicen* et *Ptolemaidem Theron*. De *Colobis*, id est, *debilibus* seu *curtis*, ut Strabonis vertit interpres, Strabo ipse lib. 16. [p. 531. f. 773.] Sed ampliemus iudicium, crescente subinde, ut in dubiis fieri solet, coniectura, consideremusque, an neutro modo legendum sit, sed sic potius: *Muris promuntorium et Aenum ante dicta Philoteris* ex Plinio lib. 6. cap. 29. [f. 33. ubi quidem legitur *Aennum*] ut, quod Graeci ὅρμον dicunt, hoc est *stationem*, Mela interpretatus sit *promuntorium*: Potest enim fieri, ut, quod est promuntorium, sit aliquando etiam *statio navium*. Legendus igitur in universum totus hic locus ad hunc maxime modum: *In altera ab intimo angulo ultra Heroopolin et Cambysu prima Arsinoe. Deinde Muris*

Hormos et ad Monoleum lacum Philoteris, et Ptolemais, et Berenice, et alia Berenice. Tum silva etc. ex citatis auctoribus. Sed ut retineamus morem nostrum subveniendi pro tenuitate nostra clarissimo Auctori Plinio, innumeris adhuc plagis discerpto, sciendum, *Ptolemaidem* urbem paulo ante dictam, appellatam esse cognomento Ἐπιθήρας, hoc est, *ad venatus*, in Plinio autem vitiose legi Ἐπιθηρίας, ex castigatione Hermolai. Nam quis, obsecro, tam Opicus et Graece amusos, qui θήραν nesciat Graece significare *venatum*, potius quam θηρίαν. Denique et Plinii vetus codex Ἐπίθηρας habet, et a Ptolemaeo [4, 7. et in Africae tab. 4.] Ptolemais θηρῶν, hoc est, venationum, nominatur, et a Strabone 16. [p. 529. f. 770.] πρὸς θήραν. [πρὸς τῇ θήρᾳ] Et in eodem libro [p. 531. f. 773.] *Sunt*, inquit, plures θῆραι, id est, venationes. Non omittendum, antequam ad reliqua transeamus, Strabonem contra ceteros post *Heroopolin* constituere *Philoteram*, deinde *Arsinoen*. Ptolemaeus enim et Plinius [cc. ll.] prius *Arsinoen*, deinde *Philoteram*. PINTIANVS. *Moronenon et Colloca*) Διογένους ἄκρον. Πτολεμαΐς θηρῶν. Κολοβῶν ὄρος ἄκρον. Haec per intervalla Ptolemaeus. [4, 7.] De Colobis etiam Strabo lib. 16. [p. 531. f. 773.] Εἶτα Ἀντιφίλου λιμὴν, καὶ ὑπὲρ τοῦτο Κρεωφάγοι, κολοβοὶ τὰς βαλάνους, καὶ αἱ γυναῖκες Ἰουδαϊκῶς ἐκτετμημέναι· et paullo post: Τὸ δὲ Ἀντιφίλου λιμένι ἑξῆς ἐστὶ λιμὴν καλούμενος Κολοβῶν ἄλσος. CIACCONIVS. *Moronenon et Colaca*) Antiquae et meliores membranae sic habent: *Deinde inter promuntoria maerenon et Coloca.* Legendum: *Deinde inter promuntorium Aënuum et Coloba. Aënni* meminit Plinius, [6, 33. f. 29.] ac recenseri scribit a nonnullis ibidem loci, ubi sit Philotera. Si quis tamen hic *Myoshormium* malit, ut id promuntorium dictum sit a Myoshormo oppido, non multum refragabor. Coloba vocat, quod Ptolemaeus [c. l.] τῶν Κολοβῶν ἄκρον. Coloëni verum huius gentis fuit nomen, sed quia e verborum

erant genere, Graeci eos κολοβοὺς vocarunt. VOSSIVS. Misere adfecta est librorum lectio, unde difficulter extrices, quod ad aliorum narrationem aptumque situm accommodari possit. *Aënnum* Vossii, cuius causa Plinium adlegat, vix locum habet. Hic enim 6, 33. s. 29. oppidum parvum esse scribit, pro quo alii Philoteram scribant. Quod ad Μυὸς ὅρμον pertinet, Strabo lib. 17. p. 560. s. 815. πόλιν dicit, quae habeat ναύσταθμον. Idem lib. 16. p. 529. s. 769. vocat λιμένα μέγαν, a quo non dissentit periplus maris Erythraei in. et alibi. Cf. Harduinus ad Plin. 6, 33. s. 29. et Wesseling. ad Diodor. 3, 38. ubi posterioris aetatis nomine Ἀφροδίτης ὅρμος, de quo cf. etiam Strabo in priori loco et Agatarchides de rubro mari cap. 42. p. 54. Hudf. In civitatibus *Misormus* recensetur a Geogr. Ravenn. 2, 7. Cf. etiam Ptolemaeus 4, 5. Ex quibus conlectis adparet, fuisse urbem cum portu. Qui promontorium, quale hic desideratur, faciat, praeter Melam novi neminem. Quae quidem dubiam facere videntur hanc emendationem, cui praeterea nihil nisi prima litera patrocinatur. Propius non solum recedit a codicum vestigiis, sed et promontorium vocatur a Ptolemaeo 4, 7. *Mnemium*, lubenterque reponerem, nisi obstaret situs Philoteridis, quam supra Mnemium ostendit idem, et infra Heroopolin Strabo lib. 16. p. 529. s. 769. At et hic infra Philoterida ponit Μυὸς ὅρμον secus ac Ptolemaeus, quare inter illud promontorium, si certe fuit, et Coloba non potest quaeri Philoteris ex Straboṇis sententia. Cf. etiam lib. 17. p. 560. s. 815. Ita Plinius 6, 33. s. 29. Philoteram supra Myoshormon ponit et inter Arsinoen, hoc quidem paullo aliter, ac Strabo, qui subiicit hanc Philoterae statim ante Myoshormon. Ipsa vero Arsinoe satis et a Plinio c. l. et Strabone in primis notatur lib. 17. p. 553. s. 804. Sed incerta sunt omnia et dubia, quae Pomponius in descriptione sinus Arabici adfert, ita ut difficulter, vel minime, explicari et cum aliorum narrationibus componi possint,

iod et ipse professus est Danvillius in description du olfe Arabique ou de la mer rouge, quae adnexa est eius ıro Memoires sur l'Egypte p. 263. Quare acceptum ddidi. Pintianus nimis audacter in codices grassatur nniaque mire invertit. De voce *Coloba* satis probabier disseruit Vossius. In reliquis minor obstat dubitatio, mo nulla.

Arsinoe) Vatic. 3. *assirice;* Prag. *assyriee;* Lipſ. ıvn. *asirice;* Paris. 2. *Asinice;* Rehdiger. *arsynoe*, uti gitur in Chron. Paschali p. 29. (ed. Venet.) ceteri, in ibus Cibin. Paris. 1. Venet. (qui addit *est*) *Arsinoe* n veteribus editionibus; tantum vitiose 11. *Arsine*. ccatius c. l. *Arsenoe*. Tum Paris. 1. *Boenice;* Vindob. rnice, plerique *Beronice*, uti edd. ad Gronovianam). post aliae *Berenice*, uti dant Gud. Venet. Rehdiger. ique. Vid. supra. Boccatius c. l. *Beronices*, et ex edd. j. 20. *Buronice*.

tum silva —) Leviora et quae facilius ad ordim redeunt, hinc obliciuntur. Venet. *cum silva*. Post psl. *thanum*. Ed. 8. *habenum;* aliae cum MSS. *hebem;* tantum Gud. Prag. *ebenum*. Ita vero alibi etiam spiratio fluctuatur, veluti in Virgilio Georg. 2, 117. i cf. Emmenessius. Plerumque tamen hodie in bonis itionibus omittitur, e. g. in Virgilio c. l. Lucano Oudorpii 10, 117. (nam Burmannus praemisit) Plinio , 8. s. 4. aliisque. Tuentur, qui ex Hebraica lingua cem repetunt, in iis Becmannus de Orig. L. L. p. 221. et Dausqueius in orthogr. h. v. probat quasi Graecis commodata magis, etsi in iis molliori sono efferatur, mirum ita solet etiam in multis aliis.

dioryge) Ciaccon. *dioregè;* Rehdig. *dyorige;* Lipſ. d. *diorigine;* plerique alii, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. *diorige;* reliquae edd. *dioryge*. TZSCHUCKE. *diorige)*

Scribendum est *dioryge*. Vox ea et Graeca est, et fam liaris Straboni, fossas et alveos manufactos significan BARBARVS. Scribo *dioryche*, non *dioryge*. *Dioryche* enim inflectitur, non *diorygos* ex omnibus gregatim ta antiquis, quam recentioribus Grammaticis. Sic etiam Herodotus in Polymnia [7, 117.] et aliis libris. Si Thucydides in primo. [c. 109. cf. 4, 109.] Sic Strab in undecimo. [p. 341. s. 495. et passim] Sic omne Sicubi vero apud ipsum Strabonem aliumve auctore aliter scriptum invenitur, perperam scriptum est. Vt ne parum incessendus sit Hermolaus, vir Graece ac Lati iuxta doctus, qui in quarto Plinianarum castigation [cap. 2. s. 1.] *dioryge* legit in Pomponio contra pr cepta Graeci sermonis et usum auctorum. PINTIAN V. C. legit *dioregе*. Est etiam *Dira* civitas in angu sinus Arabici Straboni memorata lib. 16. [p. 529. s. 76 CIACCONIVS. *Dioryche* legunt eruditi. Sed sciend innumera Graeciae vocabula illud pati, ut, cum Lati fiunt, χ in *g* mutent. Vide scriptum de mutationi literarum praefixum etymologico parentis. VOSSIVS. *Di ryche* vult etiam Barthius in adversarr. 15, 6. In Grae quidem per χ non per γ scribendum esse diserte mon Phrynichus p. 98. et Thomas Magister h. v. itaque sol praeter Herodotum Attici illorumque aemuli, veluti D mosthenes, Thucydides, Theophrastus, Arrianus, A stides, Libanius. Ita Plutarchus in Agesilao cap. 3 Zosimus 3, 24. In aliis, veluti Strabone, Diodoro, P lybio, Pausania vulgo per γ effertur, nec aliter exhi Suidas, etsi διωρύχῃ subiicit. Sed et in illis variant lib cuius exempla subministrant Strabo c. l. Diodor. 1, vel ipsi editores parum sibi constant, ut Schweighaeus in Polybio. Atque hinc utramque scripturam indica Lexico Gr. Schneiderus. In tabulis Heracleens. p adparet, quod ita expedit Mazochius p. 198. ut ἀρχ apud Phrynichum ad veteres Atticos referatur. Sed et plura dabit in primis Hemsterhus. ad Thomam Ma

p. 245. Cum in vulgari aliorum usu γ usum obtinuerit, nec in Latinis reiici debet, ubi codices admovent, cum ipsa vox Graeca reddatur. In aliis, quae a Vossii parente commemorantur, inversio ex Graecis varie facta vel credita observatur.

adductus) Sic codices, itaque voluit Lips. in quo legitur *aductus*. Consentiunt veteres editiones, quas secutae sunt Camert. Ald. Iunt. 21. et 28. At Vadianus mutavit in *abductus*, quod hinc (ab ed. 16.) acceperunt 18. 22. 24. 25. omninoque Vadianae et Olivarianae, Vinetus et Schottus. Priorem lectionem ceteris praeivit Vossius. Recte. Non enim suberat causa, cur mutaret avitis MSStis Vadianus, immo talia amant veteres ob efficaciorem brevitatem, quia duplex ratio indicatur, ut supra dixi.

§. 8. *Extra sinum)* Prava distinctione antea hic locus laborabat; veram constituit Vossius. TZSCHUCKE. Mirum, neminem attingere difficultatem longe maximam, quid nempe sibi voluerit auctor noster, cum fossam e Nilo, in sinum Arabicum exeuntem, tam longe a suo vero situ abduxerit. Quis enim nescit, fossae huius ostium fuisse in intimo sinus Arabici recessu? Paucis expediam. Verba haec Melae non accipienda de notissima illa, quam diximus, fossa, sed de segmento Astaborae, quod in sinum hunc olim effluebat. Manifeste enim docet Strabo lib. 16. [p. 530. s. 770.] postquam de Ptolemaide egit, portionem quandam ab Astabora avulsam hic effluere, cum maiore sui parte Nilum influat. Naturali autem suo cursu non exit Astaboras in mare, sed cum fluminis huius pars aliqua mari admodum sit vicina, apparet, illinc fossam fuisse ductam, per quam e Nilo in sinum Arabicum navigari posset. Rem ipsam tenemus; videamus nunc, quomodo verba Pomponii, quae nullum continent sensum, constitui debeant. Sic illa conci-

piuntur in omnibus ferme, quae vidi exemplaribus: *Tum ſylva, quae ebenum odoresque generat, et manu factus amnis ideoque referendus, quod ex Nili alveo dioryge adductus extra ſinum, verum inflexu tamen etiam non modico. Rubri maris pars beſtiis infeſta, ideoque deſerta eſt, partem Panchaei habitant* etc. Alii antiqui libri ſic habent: *veruntamen inflexu etiam non.* Omnino ſcribendum: *quod ex Nili alveo dioryge adductus. Extra ſinum, veruntamen in flexu etiamnum modico Rubri maris, pars beſtiis infeſta ideoque deſerta eſt; partem Panchaei habitant.* Duos maris Rubri ſinus, Perſicum nempe et Arabicum deſcripſit. Egreſſus iam ſinum Arabicum, tertiam Rubri maris portionem ſubiungit, ſinum ſcilicet Barbaricum, et quidquid Moſſylicum promuntorium et Ceraunios ſaltus interiacet. Huius ſinus accolas facit Panchaeos et Pygmaeos. VOSSIUS. Expoſite ſatis et probabiliter de his diſſeruit, ut ad ipſam lectionem nihil opus ſit addere.

verum in flexu —) Magna in hac parte a libris obiicitur lectionis varietas. De ſingulis monendum eſt. Heniſchius (34.) omiſit *verum;* Prag. Havn. habent *eſt vero;* Ciaccon. *verum inflexu etiamnum;* Voſſius ex ſuis adfert: *verumtamen inflexu etiam non;* I. Gronovius ex duobus *verum inflexu tamen etiamnum modico Rubri maris,* et ex Mediol. *verum in flexum tamen;* A. Gronov. ex quibusdam: *verum inflexu tamen,* et ex Voſſ. 1. *veruntamen inflexu etiam non Rubri maris;* ex meis Cibin. proxime ad Voſſ. *verumptamen in flexu etiam non rubri maris;* Vatic. 1. *verum in flexu tamen etiam non rubri maris;* Vatic. 3. *etiam non modico r. m.* Pariſienſes *inflexu,* ſed Pariſ. 1. *etiam non rubri,* 2. *et non modico,* 3. *tamen et non rubri;* Venet. *inflexu tamen etiam non modico rubri maris;* Havn. *vero inflexu tamen etiam non modico;* Vindob. *inflexu tamen etiam non rubri maris,* uti Gud. Rehdiger. Lipſienſis. Editiones haec: 1. 2.

3. 4. 5. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 19. *verum in flexu;* 6. 7. 8. *verum inflexum;* 15. 17. 20. *verum in flexum;* 16. 18. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae *verum inflexus;* Vinetus, Vossius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. *verumtamen in flexu;* 44. et reliquae cum Reinoldio *verum in flexu tamen.* Particulam *tamen* post *inflexu* agnoscunt 1. 2. 3. 4. 5. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. sed 6. 7. 8. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus omittunt; aliae, ut ex notatis intelligitur, diversam ei sedem adsignant. Tum 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *et non rubri maris;* 15. 17. 20. 23. *etiamnum rubri maris;* Vinetus, Vossius, 40. 41. 42. *etiamnum modico rubri maris;* Reinoldianae, 44. 45. aliae *etiam non modico, Rubri maris.* TZSCHVCKE. *verum inflexus, et non rubri maris.*) Castigo: Extra sinum, *verum inflexu etiamnum Rubri maris.* PINTIANVS. *Verum inflexus, et non Rubri maris,* ferri fortasse potest; tametsi Pintianus alia interpunctione: *Extra sinum, (verum inflexu etiamnum Rubri maris) pars* etc. SCHOTTVS. *Verum in flexu tamen,* uti Sallustius Catil. cap. 8. *Atheniensium res gestae, sicuti ego existimo, satis amplae magnificaeque fuerunt; verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur.* Barthius lib. 15. Adversf. cap. 6. p. 799. hunc locum ita emendabat: *quod ex Nili alveo dioryche abductus, extra sinum, verum inflexus,* vel, *extra verum sinum influxus* l. *influens. At non rubri maris pars bestiis infesta, ideoque deserta est;* vel, *At non rubri maris pars, quae bestiis infesta, ideo deserta est.* A. GRONOVIVS. Vossii nomen proxime antea reddidi. Barthii emendationes languent. Nec magis adridet Vineti lectio *etiamnum modico.* Quid enim opus monere, et olim et nunc modicum fuisse. Tum quidem recte fecisset, si mutationem subiisset. Possit tamen retineri *etiamnum,* si omittas *modico,* quasi flexus ille partem porro facit rubri maris. At non videntur codices deterioris notae

ex ſuis hanc vocem depromtam inſeruiſſe. Praeſtat igitur illam retinere, quod poteſt, ſi *etiam non modico* cum recentioribus legas, quod et in particula *non* probant libri. Notum autem eſt, et ſupra ad 1, 7, 2. adnotatum, *nunc* vel *num* et *non* ſaepe commiſceri. Duri tamen vel ſic aliquid ſubeſſe ex ſenſu meo, non diffiteor.

Panchaei) Nomen non ſolum populi, ſed et ipſe populus, certe hic, controverſus. Videamus primum de librorum lectione. Ciaccon. *Panchaei*, quod et ex ſuis refert Voſſius; A. Gronov. ex ſuis *Panchai*, *Panthaii*, *Panchii*. Ex meis haec notavi: Vatic. Rehdiger. Prag. Gud. Pariſ. 3. Cibin. uti Boccat. c. l. *Panchai;* Lipſ. *Pancai;* Venet. *Panchaii;* Pariſ. 1. *Panichaei;* Pariſ. 2. *Panachai;* Vindob. *Pachini;* reliqui *Panchaei*. Edd. 1. 2. 9. 13. *Panchai;* 11. *Panchei;* 16. 18. 22. 30. 32. 37. Vadianae *Candei;* 21. 24. 25. 28. Olivarianae, Schottus *Candaei;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. reliquae *Panchaei*. Quidam codices praeterea habent antea *partemque*, uti Pariſ. 2. Venet. et Prag. TZSCHVCKE. *Candei)* Plinius quoque [6, 34. ſ. 29.] *Introrſus*, inquit, *Candei*, *quos Ophiophagos vocant*, *ſerpentibus veſci aſſueti*, *neque alia regio fertilior earum*. Sunt, qui Panchaei legunt; ſed illi ad Panchaiam potius referendi, quae in Eudaemone eſt, de qua 2. Georg. [v. 139.] *Totaque thuriferis Panchaia pinguis harenis*. VADIANVS. V. C. *Panchaei*. Legendum forte: *Candaei habitant*. CIACCONIVS. *Candaei)* Ex Plinio hoc vocabulum inſerſerunt, eiectis Panchaeis, uti omnia antiqua habebant exemplaria. Nos reduximus, idemque apud Plinium faciendum credimus, cum Candaei nulli unquam in hoc tractu fuerint, ſed Panchaei vel Panchaii. Vtrumque enim, ut dicamus, Grammaticorum leges permittunt, quamvis ego poſteriorem hanc diaereſin libentius in poſſeſſivis, quam gentilibus admiſerim. Thuris autem Panchaici pleni ſunt poetarum loculi; illi ipſi tamen ignorant, unde nam

bonus iſte odor eos feriat. Panchaiam enim Arabiae felicis portionem eſſe exiſtimant, cum tamen nulla Panchaia in tota unquam fuerit Arabia. Minime tamen ea fabuloſa eſt regio, uti olim creditum Straboni, [lib. 7. p. 207. ſ. 299.] Plutarcho [de Iſide et Oſiride p. 420. Opp. T. 7. Lipſ.] et aliis; ſed alibi quaerenda, iſtic nempe, ubi Panchaeos hic recenſet Mela. Vt omnia mentitus fuerit Euhemerus, quod tamen minime puto, ipſum ſaltem Panchaiae nomen mentitus non eſt. Illum ſecutus eſt Diodorus Siculus, [5, 45.] cum Παγχαῖτιν regionem deſcribit, ac abundare dicit elephantis, leonibus, pantheris aliisque animalibus. Manifeſte hic ipſam continentem deſignat, ac illam Troglodyticae et Aethiopiae partem, quam hic memorat auctor noſter. Sed ut omnem prorſus tollam dubitationem, ſubiungam teſtimonium omni exceptione maius, Ptolemaei nempe Evergetae, excerptum ex monumento Adulitico, in quo recenſentur gentes Aethiopicae, quas ipſe praeſens ſubiugavit. Inter alia itaque, haec quoque ibi leguntur: Ἔπειτα Λασίνε καὶ Ζάα καὶ Γαβαλὰ, οἰκοῦντας παρ' ὄρεσι θερμῶν ὑδάτων βλύζουσι καὶ καταῤῥύτοις. Ἀταλμῶ καὶ Βέγα καὶ τὰ σὺν αὐτοῖς ἔθνη πάντα. Παγχαΐτας τοὺς μέχρι τῶν τῆς Αἰγύπτου ὁρίων οἰκοῦντας ὑποτάξας, πεζεύεσθαι ἐποίησα τὴν ὁδὸν, ἀπὸ τῶν τῆς ἐμῆς βασιλείας τόπων μέχρι Αἰγύπτου. Prodiit olim Romae haec inſcriptio, ſed vitioſe admodum. Multo integrior exſtat apud Auctorem Topographiae Chriſtianae, qui in Florentina adſervatur bibliotheca, cuiusque ſupra meminimus. VOSSIVS. *Candaei* tamen etiam hic tuetur Sevinius ſur la vie et les ouvrages d'Euhemere p. 182. (in Memoires — de Paris Tom. 11. ed. Hag.) quia ſic et Plinius legerit, et Panchaei Euhemeri pauperes huc minime pertineant, cum Melae Panchaei ſint opulenti, quod, certe de Mela, arbitrario ſumſit. Nempe tota de Panchaeis narratio fide Euhemeri nititur, quam probant alii, alii ſollicitant, de quo et aliis V. 2. Narraverat

autem ille, uti ex Diodoro 5, 42. conlato Eusebio de praeparat. Evang. 2, 2. discitur, Panchaiam insulam esse Oceani exadversus Arabiam, latam 200 stadiorum, turis myrrhaeque feracissimam, unde in ulteriores terras per mercatores Arabes deportetur. Cf. Virgil. Georg. 2, 139. Ovid. Metam. 10, 307. Sidon. carm. 5, 47. et quae ad illa loca adnotantur; de situ etiam Diodor. in fragm. T. 2. p. 633. Prave igitur de Arabia omnino vel de Arabia felici Panchaiam interpetantur Servius et Philargyrius ad Virgil. c. l. Causa erroris haec est, quod in Arabia felici tus nascitur, quod tamen etiam ferre tradiderat Euhemerus. Cf. Salmasius ad Solin. cap. 33. f. 36. p. m. 387. ubi etiam Plinium falli docet, qui Panchaiam prope Solis urbem posuerit, nempe Heliopolin Arabiae turiferae urbem pro Aegyptia accipiens, quam tamen diversam fuisse contendit. Sed alia suo loco, etiam de situ. Codices stant pro Panchaei, et, si Plinius Candei refert, alios forte secutus est auctores. Quod vero ex monumento Adulitano eos tuetur Vossius, dubium est, quia in Codd. Vatic. et Florent. constanter legitur Ταγκαΐτας, qui et in Aegypti Aethiopiaeque finibus longius a Panchaeis sunt remoti. Cf. quae disseruit Wesseling. ad Diodor. c. l.

hi quos.) Ita codices mei, praeter Lipf. in quo legi *habitat, qui ex facto.* In priori lectione consensisse etiam videntur Codices A. Gronovii. Ciaceonius sic: alias *nec hos ex facto Ophiophagos vocant.* Editiones antiquissimae *hi quos.* Olivarius dedit *et quos,* relicta ed. 24. in qua legitur *hi quos*, uti habet alterum exemplar et ex Olivarianis, 33. Lugdun. 1605. aliaeque; Vossius, 40. 41. 42. *habitant, quos;* tum Reinoldio duce reliquae *hi quos* cum codicibus. Post Gud. *facto sed serpentibus;* Rehdig. *qui serpentibus;* Prag. *serpentes.* Prag. *nascuntur* pro *vescuntur.* Tum Prag. *ophiphages;* Lipf. et Rehdiger. *ophyophagos;* Gud. *ophiofagos;* Vindob. *ephigophos.* Graecis literis proferunt edd. 15. 17. 20. 23.

TZSCHVCKE. Lego: *Hos, quia ſerpentibus veſcuntur, Ophiophagos appellant;* reliqua ſuperfluunt. Eadem brevitate uſus eſt Plinius in ſexto, [cap. 34. ſ. 29.] ubi de Ophiophagis loquitur. PINTIANVS. Ad Pintiani coniecturam legi poſſet concinnius: *habitant; quos Ophiophagos vocant.* SCHOTTVS. Barthius, notante A. Gronovio, Adverſar. 15, 6. verba: *quia ſerpentibus veſcuntur,* meras gloſſas eſſe, ideoque delenda exiſtimabat; a quo non discrepat Ciacconius. At notum eſt, Melam Graeca nomina ita ſaepe explicare. Sola vocula *hi* in hoc loco poſſit offendere, nec, cur poſita ſit, aliam cauſam invenio, quam quod Mela ſic a cognomini populo diſtinguere voluit. Tum vero etiam ſalvi ſunt *Panchaei,* pro quibus aliquando in mentem venerant *Pechini* ex cod. Vindob. lectione *Pachini.* Nempe, ſic mecum reputabam: Pygmaei ſunt in Aethiopia, et forte Nubae Ptolemaei 4. 8. quia in Heſychio Νῶβαι Πυγμαῖοι dicuntur. Grues porro Aethiopiam ex veterum narrationibus petunt; cf. Ariſtotel. H. An. 8. 18. Tum vero nomen Πυγμαῖοι deducere videtur ad *Pechinos,* quos Ptolemaeus c. l. in illo tractu commemorat. Nec minus Herodotus 2, 32. ſcribit, Naſamones promontorio Africae occidentali, Soloente, in interiora (ὑπὲρ θαλάσσης) progreſſos, loca feris infeſta, plane ut noſter deſignat, et ibi homines μικροὺς μετρίων ἐλάσσονας ἀνδρῶν deprehendiſſe, quae omnia faciunt ad Melae narrationem. Attamen Pechini illi diverſo ſunt ſitu a Panchaeis Melae, et alii codices pro Panchaeis propugnant.

Pygmaei) Vſitato more quidam codices, etiam Cibin. et edd. antiquae adſperſa labe ſcribunt *Pygmei;* Vindob. *prigmei.* Sic ex edd. Vadianis quaedam *Pygmei;* 1. 2. 9. *pigmaei.* Sed haec nota. Mox omnes codices A. Gronovii praeter Voſſ. 3. in quo *defecit,* habent *deficit,* nec aliter mei. Editiones ad 42. praeferunt *defecit;* tantum 8. 20. *deficit,* quod ex MSStis reduxit Reinol-

dius, et hinc edd. acceperunt 44. 45. et reliquae. In utramque partem diversa haec tempora agi possunt. Quid velit Mela, docet *fuere*, sed id ipsum et *pugnando* desiderare videtur *defecit*, quod instauravi. Eadem in hoc verbo discrepantia notata est ad 1, 12, 2. Vocem *frugibus* ex *fatis* natam esse putat Barthius c. l. ideoque ad glossas ablegat. Poterat omitti, sed, cum non omnes fruges serantur, et hinc maior gruum inferatur vexatio, potest etiam commode retineri cum libris. Ceterum a verbis *Fuere* interius cap. 43. incipit Vinetus.

§. 9. *Sunt multa volucrum*) Gud. omissa voce *multa* dat *Sunt volucrium*. Pro *serpentium*, quod est in Lips. Mediolan. Cibin. et Vatican. omnes mei reliqui et A. Gronovii habent *serpentum*, quod et exhibent edd. omnes ad 42. hinc cum Reinoldianis reliquae *serpentium*. Dedi *serpentum*, uti supra 2, 1, 12. *parentum*, ubi vid. notata. Nempe obsecutus sum libris plerisque, etsi alteram formam damnari minime posse scio. Sic Horat. epod. 1, 2. Sed ita multi alii.

quos —) Prag. omittit *quos*. Post idem et Paris. 2. praescribunt *parvos et veneno praeditos;* Havn. *veneno proditos*, quo idem voluit. Ita forte explicare voluerunt vocem *praesentis*, aut, cum non intelligerent, hanc posuerunt; Paris. 2. etiam antea *maxime parvos*, et pro *memorandi*, forte quod cum *serpentibus* proxime connecterent, idem, Vatic. Cibin. Lips. Rehdig. Gud. Havn. *memorandis;* vitiosius Vindob. *memoranda*. Pintianus, quem probat Schottus, mavult *Sed veneni praesentis*. Earum particularum commistio, etsi minime est infrequens, nulla tamen hic emendatione opus. Tum Paris. 1. *contractarum paludum;* posterius eadem forma dat Vindobon. cum Olivarianis quibusdam 33. 34. Lugdun. 1605. Schotto, Vossio, 40. 41. 42. *paludum;* reliquae *paludium;* Cibin. prorsus ignorat. Cum utrumque ob-

tineat usum, uti observat Vossius 4. Gramm. 14. auscultandi sunt plerique codices. Eandem varietatem in hac voce notant viri docti ad Liv. 21, 54, 7. et A. Gronov. ad Iustin. 44, 1, 10. Sic alia plura passim antique formantur, quae larga copia ad Livium conlegit Drakenborchius et antea Ausonius Popma de usu ant. locut. 1, 9. ut alios taceam. Sic ab *ns* et *servitutium* in Iuris consultis occurrit. At, ni fallor, constanter *virtutum*. Iam vero hic etsi facile et per se *paludium* probari poterat, fecit tamen ipse Mela, qui supra 3, 3, 3. sine librorum discrepantia *paludum* dixit, ut ad eandem eum et hic formam revocarem.

in magno —) Lego inverso praepositionis loco, *magno examine volantes in Aegyptum tendere.* PINTIANVS. Leg. *hinc magno examine Aegyptum.* Sed *in Aegyptum* cum Pintiano legi non est necesse. Infra enim hoc capite: *ossa pristini corporis inclusa myrrha Aegyptum exportat.* CIACCONIVS. Sic Livius 31, 43, 5. *equites mercede conductos Aegyptum avexit.* Sed talia passim a viris doctis et in primis a Drakenborchio ad Livium notantur. Codices etiam hic, ut postea, praepositionem omittunt, tantum Cibin. Voss. 1. *et in magno.* Tum edd. 1. 2. 3. 4. 5. aliaeque deinceps cum Camertin. (12. 14.) Ald. Iunt. *pugnasque;* sed et ex veteribus 13. 19. Vadianae et aliae post *pugnaque*, uti legitur in MSStis. Schottus *pugnas* mutabat in *pugnantes;* quod necesse non est, adeoque male factum esse pronuntiat Salmasius ad Solin. cap. 32. f. 35. p. m. 325. Porro *Fenix* noto vitio in quibusdam codicibus. Cibin. *coytu.*

§. 10. *perpetua)* Ita omnes codices et antiquissimae editiones, pro quo sine causa Ciacconius malebat *perpetuo*, uti legitur etiam in edd. 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. Illud est etiam elegantius. Post Prag. *durat;* in Lips. abest *aevo;* idem deinde dat *semper ex-*

aggeratam; pro *variis odoribus* Prag. *variis fervere.* A verbis: *De volucribus* cap. 44. posuit Vinetus.

ipsa incubat) Prag. Vindobon. *ipsi incumbat.* Ciacconius malebat *incubans;* temere. Tum cod. Ciaccon. Gud. ed. 44. *dein;* nota commutatione; ed. 19. *solvitque.*

tabe) Legendum opinor *tabo.* Ex tabe enim nihil concrescit, nec tabes est putrescentium membrorum. I. GRONOVIVS. Sed nusquam invenias ex putrescentibus membris nasci tabum, passim vero invenias putridam tabem. Nusquam quoque reperias ex tabo seu atro cruore nasci phoenicem, sed vel ex sanie alba, vel ex cinere ossium permixto medullis. Nec dicit Mela phoenicem ex tabe concrescere, sed solvi tabe putrescentium membrorum. Tabes enim sive diminutio membrorum est via ad ultimam corruptionem, quam putrefactionem passim vocat Aristoteles. Istam vero ultimam corruptionem seu putrefactionem sequitur dissolutio, dissolutionem vero nova concretio et demum generatio. Si pravam librarii tollas distinctionem, omnia clara erunt; *sibi ipsa incubat, solviturque deinde putrescentium membrorum tabe: concrescens ipsa se concipit, atque ex se rursus enascitur.* VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Quid ergo est apud divinum vatem in fine tertii Georgicorum: *dilapsa cadavera tabo*, nunc alibi [Aen. 3, 626.] *membra fluentia tabo*, nunc [Aen. 8, 487.] *sanie taboque fluenteis*, et apud Silium [10, 542.] *manantia corpora tabo.* An dilapsa ac fluentia ac manantia notant quid aliud, quam putrescentia? Quid aliud voluit Tacitus lib. 2. Histor. 70. *Trunci artus, putres virorum equorumque formae, infesta* [immo *infecta;* vid. Ernesti in ed. alt.] *tabo humus?* Vnde confirmatur eius locus lib. 3. Histor. 35. *noxia tabo humus.* Ita codices melioris notae quibus assurgere debet recens ille Agricolae, unde producitur

tabe. Sidon. Apollin. lib. 8. Epist. 11. *terra tabo madefacta continuo.* Quod pergit Vossius, — (de sanie alba —) an sanies utique est alba, et tabum atrum? Cur igitur iunxit Virgilius 8. Aeneid. [v. 197.] *Ora virum tristi pendebant pallida tabo?* Cur iunxit Lucanus lib. 6. [v. 548.] *stillantis tabi saniem,* hoc est, atrum ex sententia Vossii et album? An hinc venit sanies alba? De phoenice quid ait Clemens? [epist. ad Corinth. 1, 25. p. 63. ed. Colomesii] nempe σηπομένης τῆς σαρκὸς, tum ἐκ τῆς ἰκμάδος τοῦ τετελευτηκότος ζώου. Cur iunxerat Lucilius [apud Non. c. 4. s. v. *spargere*] *Latere pendere saxa spargens tabo, sanie et sanguine atro.* Porro nuspiam sic Mela τὸ *deinde* in ista serie ponit, semper a principio. Deinde unde concrescit? Supposuit enim ultimam corruptionem et putrefactionem, supposuit quoque dissolutionem. Immo concrescit ex eo, in quod membra putrefacta abierunt. Id voca, prout lubet. De eadem re agunt ad Taciti lib. 2. Annal. cap. 69. I. GRONOVIUS *in nota posteriori.* Et in hoc Taciti loco Lipsius emendabat *tabo* pro *tabe,* contra N. Heinsius in Silio Italico 13, 487. ad 3, 342. idemque passim in Lucano. Perinde tamen valere, utram hoc sensu vocem posueris, alteramque *tabo* magis a poetis frequentari, docuerunt viri docti multi, in iis Drakenborch. ad Liv. 4, 30, 9. (ubi libri etiam variant) et 30, 34, 10. Burmann. ad Suetonii Vitell. cap. 10. Ernesti ad Tacitum Ann. 2, 69. et quos memorant. Nihil igitur hic, invitis praeterea libris omnibus, est mutandum. Quod in repetitione huius loci Barthius adversar. 44, 29. ponit *putiscentium* operarum vitio factum esse videtur, cum ipse de hac mutatione nihil monuerit; etsi *putisco* s. *putesco* et *putresco* etiam alibi veluti in Horat. Satyr. 2, 3, 194. commisceantur. Distinctionem Vossii gravioribus causis reiecit I. Gronovius. Ex MSStis haec subtexam: Paris. 1. *deinde in putrescentium;* Prag. *suorum tabe;* Vindobon. ipsa concepit.

enafcitur) Vatican. Lipf. Prag. Gud. Rehdiger. Vindob. Havn. Venet. Zalufc. (ex quo diferte hic notatum erat) ut edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *renafcitur;* Parifienfes cum Cibin. habuiffe videntur *enafcitur*, uti ex editionibus 9. (tantum *enacitur*) 13. et poft demum cum Voffio reliqui, uti etiam emendabat Ciacconius. Offendit fine dubio prius propter coniunctam particulam *rurfus*. Tum vero plurima loca immutanda fint. Sic Plinius 13, 9. f. 4. de palma *iterum mori et renafci ex fe ipfa;* Virgil. Aen. 6, 751. *rurfus reverti;* Sueton. in Caef. c. 2. *rurfus repetere;* Quinctilian. 1, 1, 25. *rurfus retroagere* et fic alia; ubi, five fecundo, five faepius quid factum erat, ipfa iam particula declarabat. Sed vid. Cafaubon. ad Sueton. c. l. Drakenb. ad Livii epit. 14. Davif. ad Iul. Caef. de B. G. 4, 4. Oudendorp. ad 7, 9. Arntzen. ad Caton. 1, 16. Staveren. ad Nepot. Alcib. 6, 5. et qui memorantur. Sed vel Lexicographi talia fubminiftrant. Aufcultavi igitur hic plerisque MSS. et revocavi prius. Poft Prag. omifit *offa*, et hinc habet *coris inclufa;* Gud. Cibin. *murra;* Prag. Lipf. Rehdiger. et alii quidam *mirra*, more noto.

Aegyptum exportat) Voffius ex quibusdam notat: *extra Aegyptum portat;* Vatic. 3. Prag. Venet. Havn. *extra Aegyptum exportat.* Alii propofitam hodie lectionem tuentur. TZSCHVCKE. Vtrumque rectum poffit videri. Nam Heliopolitanus nomus et Heliopolis, quo Phoenix nidum fuum deferre credebatur, a quibusdam Aegypto, ab aliis vero Arabiae attributa fuit. Hinc error Stephani, qui duas putavit effe Heliopoles, alteram in Aegypto, alteram in Arabia, et quidem Ἀρωματοφόρῳ; ne longe quaerenda effet materia, quibus Phoenix rogos fuos fuffiret. Similiter fenfit Plinius, [10, 2.] qui Heliopolin in Panchaia collocat, cum alibi in toto opere num-

quam Panchaiae mentionem fecerit, ut vel inde satis appareat, eum ignorasse situm huius regionis. Erat quidem Panchaia Arabiae Troglodyticae pars, verum non in ea Troglodyticae parte, qua est Heliopolis, verum ista, quae ostio sinus Arabici adiacet. Errare enim eos, qui Panchaiam Arabiae felicis portionem faciunt, iam superius ostendimus. Recte itaque sese habent verba Plinii, in quibus emendandis multum se torquet Solinianus interpres. [cap. 33. s. 36. p. m. 387.] Caeterum ut ad Melam redeamus, potior nobis alia videtur lectio. Si enim Heliopolis non sit in Aegypto, iuxta Melam, frustra hic Aegypti fiat mentio. Ita sensit, Phoenicem in Arabia nasci, mori in Aegypto. In hoc omnes fere conveniunt. Solus tamen Anonymus [Lactantius vulgo fertur] de Phoenice scribit, [v. 121.] illum concinnatis cineribus paternis contendere ad ortum. Sed omnino apud illum scribendum, *contendit Solis ad urbem*, non *ortus*, ut vulgo. VOSSIVS. Recte vulgatam praefert, quam ipse comprobat contextus. Phoenicem enim in Arabia, non in Aegypto nasci dicit, et sic Herodotus 2, 73. ἐξ Ἀραβίας ὁρμώμενος.

in urbe) A. Gronovii quidam, ex meis Rehdiger. Venet. *et in urbe;* Prag. *et in urbem.* Edd. inde ab antiquissimis ad 42. *atque in urbem;* post cum Reinoldio 44. et reliquae *atque in urbe.* Prius videntur etiam Parisienses adtulisse. Duplex hic valet ratio, prout referas. Codices, quod sic adparet, coniunxerunt cum remotiori utique verbo *consecrat.* Alias Plinius 10, 2. *deferre in Solis urbem.* Reliqui ita potius *urbe*, quam lineolam illam ab omnibus neglectam esse crederem. Post Vindobon. *appellat*, et pro *fragrantibus* Prag. *flagrans;* Vatic. 3. Cibin. Lips. Gud. Rehdiger. Venet. *flagrantibus;* alii cum edd. recte in hoc nexu *fragrantibus.* Non enim hic de combustione cogitari potest, sed de odore, quem involucrum myrrhinum spirat. De frequenti harum

vocum commutatione monuerunt Drakenborch. ad Sil. Ital. 15, 117. Bentlejus ad Horat. 2. od. 12, 25. Burmann. ad Quinctil. declam. 298. m. et ad Virgil. Georg. 4, 169. Heyne ad Aen. 1, 436. aliique. Idem vitium de phoenice ex codice Ambros. sustulit N. Heinsius apud Claudian. de phoenice v. 80.

archio bustis) Ita codices Vossiani, mei et ex editionibus 1. 2. 9. 13. Post 3. 4. 5. et deinceps *nardo bustis* ad Vossium, qui obsequentibus ceteris reposuit *archio bustis*, cui nec ex suis codicibus refragratur A. Gronovius; tantum Vatic. 3. *archo*. TZSCHVCKE. Et hic quoque correctores loquuntur, non Mela. Prius sic legebatur: *Atque in urbe, quam Solis appellant, fragrantibus archiobustis inferens, sese.* Divide vocabulum, ac lege: *archio bustis*, et veram habebis lectionem. *Archium* est ἀρχεῖον. Vtrumque enim rectum *archium* et *archivum*, uti odium et odivum, museum musivum, dium et divum. Archium autem hic noli accipere pro tabulario, ut fere apud Latinos archivorum vox accipi solet, sed pro ipso templo, uti Graeci, vel potius pro adyto templi, ubi congregabatur magistratus sacerdotum. Dicit phoenicem ossa parentis sui, vel potius sui ipsius, inclusa myrrha in Aegyptum deportare, atque in archeo seu adyto templi Heliopolitani bustis ea fragrantibus inferre, ac sic semet ipsum memorando funere consecrare. Sic quoque alii, nisi quod in modo gestationis paululum a se invicem abeant. — VOSSIVS. Servat *nardo bustis*, certe ex hoc loco repetit, Graevius in Burmanni sylloge epistolar. T. 4. epist. 441. p. 513. probatque diserte Gesnerus in thesauro L. L. et post Schellerus in Lexico sub h. v. Si *archio bustis* ex codicibus omnibus cum Vossio praeferas, ex Latina lingua explicari ad huius loci sensum commode nequit, quippe in qua significat grammatophylacium vel tabularium, quod proprie Latini dicunt. Vid. Vossius in Etymol. Lat. L. h. v. Sed ita etiam in Graecis explicant

Hesychius et Suidas, nempe de loco, ubi tabulae publicae reponuntur. Sic quae urbs Ios. 15, 16. *Kirjath — sepher* in Hebraicis vocatur, in Graecis πόλις τῶν γραμμάτων, Chaldaeus interpres vertit קרית ארכי. Qui ad templum ex Polluce 1, 1. s. 23. referunt, veluti Potterus in Archaeologia, (ed. Rambach. T. 1. p. 462.) dubiam lectionem sequuntur, cum ibi τοῦ ἱεροῦ epitheta recenseantur potius, in quibus est ἀρχεῖον, pro ἀρχαῖον, uti etiam innuit Kuhnius, etsi contra ἀρχαῖα pro ἀρχεῖα apud Xenophontem dici adfirmat Suidas h. v. At vid. de illa corruptione ad Thomam Mag. p. 125. Accedit vero, opinor, ex ipso loco gravior dubitandi causa. Nempe verborum detracto ornatu sententia haec est: Phoenix ossa pristini corporis in Solis urbem odorata strue, quasi bustis, infert. Si quaeratur, unde fragrent busta, *archio* inepte respondet. Sin locum desideremus, dubitare licet, an sic absolute et sine praepositione, ut quietem et moram indicet, usitate ponatur, vel idoneam sedem hic occupet, quam postea melius sortita fuisset. Veteres fere, qui huc referri possunt, ita: Herodot. 2, 73. κομίζειν ἐπ' Αἰγύπτου ἐς τοῦ Ἡλίου τὸ ἱρόν. Plin. 10, 2. *totum deferre nidum in Solis urbem et in ara ibi deponere.* Tacitus Annal. 6, 28. *in Solis aram perferre atque adolere.* Claudianus v. 91. c. l. *invehitur templum.* Lucan. 6, 680. *aut cinis Eoa positi phoenicis in ara.* Lactant. de phoenice v. 122. *inque ara residens ponit in aede sacra.* Quae quidem omnia ad templum spectant. Attamen si *nardo* praeferas, nihil id novi adfert, cum iam praecesserit myrrha, et hinc languor exsistit. Busta enim inclusa myrrha ossa sunt inclusa myrrha, vel ex Herodoto c. l. ovum myrrha factum, in quo excavato parentem ponit, et θάπτειν. Noster reddidit, *memorando funere consecrat,* Ovid. Metam. 15, 405. *fertque pius cunasque suas patriumque sepulcrum* dicit; ἐν θήκαις καταθέσθαι τὸν πατέρα Aelian. H. An. 6, 58. Sed ne argutari forte

videat, locum doctioribus et acutioribus iudicibus relictum, qualem accepi, propter codices reddidi.

memorando) Ante hoc verbum in Prag. Paris. 1. 2. et edd. 39. 40. 41. 42. legitur *sese*, quod ignorant octo Abr. Gronovii codices et ex meis reliqui. Nempe oratio superioribus adnexa bene cohaeret.

mare.) Abest haec vox in posterioribus Vadiani editionibus. Tum Cibin. praefert *cludit*.

Cerauniis) Ita omnes codices et editiones veteres, nisi quod ex more ponunt maiori numero *Cerauniis*. Vadianus *Cerauniis* dedit, in quo posteriores recte adquieverunt; tantum Schottus locum sic sistit: *Ipsum promontorium, quo id mare clauditur, Ceras Austri; ultra invium est.* TZSCHUCKE. Locus ex numero eorum, qui insigniter in hoc opere corrupti sunt. Nam quid oro *Cerauniis* Epiri montibus; aut *Cerauniis* illis, quos dixit, primo libro in Caspium pelagus obversos cum mari Rubro? Restituitur autem, ni fallor, si legatur hoc modo: *Ipsum promuntorium, quo id mare clauditur, Ceras Austri Asiae ultimum est.* Par enim erat, cum Asiae terminum in mediterraneo Nilum statuisset, idem in ora facere, ne distinctio disterminatioque duarum orbis et quidem maiorum partium remaneret imperfecta caecaque. Quae res nonnullos movit, ut nollent Asiae et Africae terminum Nilum facere, sed sinum *Arabicum* et isthmum *Pelusii*, ex quibus est celeberrimus auctor Strabo primo [p. 24. f. 35. Cf. lib. 2. p. 87. f. 126.] Γεωγραφουμένων. Cuius verba, quod attinet ad *Austri Ceras*, ut ipse appellat, materiam suggesserunt huic meae castigationi. Ea sunt ex lib. 16. [p. 532. f. 774.] *Postea Elephas mons in mare expositus* et fossa et *Psygmu portus ingens, et Cynocephalorum aquatio, et Notu Ceras ultimum huius orae promuntorium. Cum vero ad meri*

diem deflexit, negat se ulterius portum aut aliorum locorum descriptionem habere, quod incognita sint. Haec Strabo. Cuius interpres promuntorii nomen Latine vertens *Austri cornu* reddidit, non recte. Meminit eius promuntorii et Ptolemaeus [4, 7.] ultimum bene illius orae et ipse faciens; cuius etiam interpres non felicius, quam ille Strabonis, *Noti cornu* transtulit. Praeterea ultimum Asiae promuntorium esse *Notu* sive *Austri Ceras* planum faciunt Pomponii verba, quae protinus sequuntur. Nam proximos ipsi promuntorio facit Aethiopas, Meroën habitantes; Meroë autem Nili insula est; Nilus Asiae terminus. Item mirandum non est, Melam praepostero ordine nominasse *Ceras Austri*, cum Strabo, Ptolemaeus, Hanno *Austri* sive *Notu Ceras* nominent. Fecit hoc et in urbe Thraciae, quam ipse *flumen Aegos* nominavit, cum ceteri omnes *Aegos fluvios* appellent verso dictionum ordine. Nisi forte hoc etiam inter cetera depravatum est, ut pro *Austri* sive *Notu Ceras*, quod Mela scriptum reliquit, praepostere positis verbis *Ceras Austri* librarii scripserint. PINTIANVS. Ceraunios montes esse in Africa ait Diodorus lib. 4. [lib. 3, 67.] propinquos promontorio, cui *Hesperu ceras* cognomen est. Strabo lib. 16. p. 734. [p. 532. f. 774.] καὶ τελευταῖον ἀκρωτήριον τῆς παραλίας ταύτης τὸ Νότου κέρας. Hanno in periplo [p. 5. Hudf.] non videtur asserere, esse ultimum illius orae. CIACCONIVS. *Ceras Austri*) Sic quidem Pintianus, sed nos priorem reduximus lectionem, quam omnia, quotquot vidimus, exemplaria antiqua confirmant. Fefellit virum insignem, quod nesciverit, Ceraunios montes etiam in Africa memoratos fuisse. At vero illorum mentionem facit Diodorus Siculus lib. 3. [c. 67.] ubi agit de cornu Amaltheae. Quamobrem autem Ceraunii dicti fuerint, satis colligi potest ex Annone, et ex iis, quae infra sumus dicturi. VOSSIVS. Nimis est contorta et a codicibus aliena Pintiani emendatio. Non enim Mela videtur promontorii nomen memorasse, cum alia inter-

ponantur, quae longius illud reiiciant. Porro alibi κέρας occurrit, nusquam tamen ita, ut ex Latina lingua adiunctam aliam vocem habeat, immo cum Graeca capite proximo extr. copulatur. Etsi enim *flumen Aegos* dicitur 2, 2, 7. quod et habent Nepos, Plinius, in hoc tamen Aegos instar fluminis habebatur. Aliae coniecturae, si quis facere velit, aeque sint incerte, quia promontorii nomen non adest. Si quis tamen hic quaerat, videatur Ptolemaei 4, 7. in. *Raptum* esse. Sed quod iam Ciacconius et Vossius indicarunt, ad tuendum nostrum in Mela nomen omnium maxime huc faciunt Κεραύνια καλούμενα ὄρη, quae in Libya notat Diodorus c. l. quae monente etiam ibi Wesselingio haud iniuria Vossius hic cum Ceraunis saltibus contendit. Codices certe aliam lectionem non admittunt. Ceterum *mare* omittunt edd. 16. 18. 22. et Prag. *est*. Denique vel *saltubus* legunt codices, ut Lips. Gud. vel *saltibus*, quod in voce *portus* saepius observatur.

CAP. IX.

In plerisque codicibus et vetustis editionibus initium huius capitis nulla facta distinctione cum superioris fine proxime cohaeret. Paragraphi tantum signum adponit ed. 13. et *de Aethiopia* inscribit 11. capitulum hinc 14. exorsa. Vadianus cum suis, itemque Olivarius vel cum vel sine capitis indicio inscribunt *Aethiopia*; ut recentiores, quibus est cap. 9. Reinoldio est cap. 15. cum inscriptione *Aethiopes Asiae*. Vinetus hinc simpliciter notat cap. 45.

§. 1. *Aethiopes)* Libri fere per *E* pro *Ae*, uti solet, etiam *ethyopes*, uti Cibin. Praeterea Voss. 1. *Ultra Aethiopes*. Gravior in verbis proximis obiicitur variatio ab editoribus maxime. Codices omnes et editio-

nes ad Vossium scribunt *sedent*, at discrepant in sequente vocabulo. MSS. enim habent *Meroën*, tantum Prag. *merore* et Vindob. *meroem*; edd. praemissa etiam fere distinctione, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. et reliquae ad Vossium *Meroeni*, praeter 15. 17. 20. 23. in quibus legitur *Meroem*; Vossius et hinc 40. 41. 42. posuerunt *Aethiopes ultra. Sedem Meroën habent*; a Reinoldio revocata est prior codicum lectio *Aethiopes ultra sedent, Meroen habent*, et sic postea haesit. TZSCHVCKE. *Meroeni habent*) Scribendum reor: *Aethiopes ultra sunt Meroen habitantes, quam Nilus.* Nam a *Meroe* gentile nomen *Meroites* fit, non *Meroënus* Stephano et Straboni. [lib. 17. p. 565. f. 822. ex vetusta versione Latina; nam in Graecis est οἱ ἐν Μερόῃ.] PINTIANVS. *Meroen habent*) Forte, *Aethiopes ultra, qui Meroen habent*, ita ut dictio *terram* sit superflua; vel alias, *Aethiopes ultra' Meroen habent terram*, ita ut *sedent* tamquam superfluum expungatur. CIACCONIVS. *habent terram*) Dele *terram* et *habent* pro *habitant* venuste. Alii tentant, *qui Meroen habent, quam Nilus* etc. Naevius in Tarentilla apud Fl. Charisium lib. 2. Gramm. [p. 189. Putsch.] *Ubi isti duo adolescentes habent, qui hic ante parta patria peregre prodigunt.* SCHOTTVS. Locum hunc sic corrigere conatus est Salmasius in Solinianis; [cap. 30. f. 33. p. m. 273.] *Aethiopes ultra. Sed et Meroen habent, eam quam Nilus primo impetu amplexus insulam facit.* Sed sane ridiculus fuisset Mela, si sic scripsisset. Quid enim mirum, quod et Meroen habuerunt Aethiopes, cum in media sit Aethiopia? Nullus dubito, quin sic concipiendus sit hic locus. *Aethiopes ultra. Sedem Meroen habent, terram quam Nilus* etc. *Sedes* hic est regia. Sic quoque Curtius lib. 4. [c. 7, 18.] de Iovis Ammonis oraculo agens: *Accolae sedis sunt ab oriente proximi Aethiopum.* Sed et apud alios linguae Latinae auctores vocabulum hoc absolute in illa significatione positum reperitur, quemad-

modum etiam ἕδρα et ἕδος apud Graecos. Iam vero Meroen esse regiam Aethiopum, notum est. Vitruvius lib. 8. c. 2. Meroen insulam vocat *Aethiopum meridianorum regnum.* Plinius [6, 35. s. 29.] Meroen caput Aethiopum; Herodotus, [2, 29. f.] Strabo, [lib. 17. p. 565. s. 821. et alibi] Hesiodus [?] et alii metropolin appellant. VOSSIVS. Barthius, notante Abr. Gronovio, lib. 15. Advers. cap. 6. legit: *Aethiopes ultra sedem; Meroeni habent terram, quam Nilus primo ambitu insulam facit.* Cum Vossio facit Burmannus ad Vellei. 1, 3. f. ubi sublata tantum priori distinctione ita vult: *Aethiopes ultra sedem Meroen habent*, simulque notionem vocis sedem multis exemplis inlustrat. Quae quidem lectio eo magis adridet, quod non solum est concinnior, sed et Melae orationem refert, qui sic in progressione ad alias terras et gentes adpendere statim talia solet. Vnum exemplum hiulci connexus notatur 1, 16. in. sed id ipsum nec certum satis, et valde adfectum. Levis enim est mutatio ex *sedent* in *sedem*, graviores aliorum, quae nihil novi vel certioris adferunt, et a libris ipsaque Melae forma longius recedunt, ut Pintiani, vel ad sensum commoda eiiciunt, ut Ciacconii, vel aliena etiam a re et languida inferunt, ut Barthii. Sed nec opus est cum Salmasio augmentis orationem adiuvare, quae suo cursu fluit. Interim cum et ex recepta hodie lectione, quam codices subministrant, sensus exsistat commodus, nolui ad Vossianam lectionem redire; tantum ex Latini sermonis forma, ni fallor, distinctionem reieci post *terram.* Nempe aut dicendum erat, *quam terram*, quod offendit libros, aut illo nexu oratio componenda. Pro *facit* post Venet. et Prag. *fecit.*

dimidio fere.) Prag. *dimidie fere quam nos vivunt Messobii longius autem Macrobrii, pars quia ex egypto advenere* etc. Paris. 2. *quam nos vivunt longius tamen;* Vatic. 3. *quam nos vivunt*, omissa voce *longius.*

In *vivunt* facile agnoscitur explicatio τοῦ *agunt*. TZSCHUCKE. Perturbata haec omnia. Forte leg. alio ordine verbis in suum, unde exciderunt, locum tralatis, ex Herodoto Euterpe et Thalia: [2, 30. et 3, 17.] *Pars, quia ex Aegypto advenere, dicti Automoloe; pars, quia vitae spatium dimidio fere quam nos longius agunt Macrobii; pulcri forma, proceri corporis* etc. SCHOTTUS. Hoc est mutandi caussas venari, vel in sympulo fluctus movere. Omnes Melae libri priorem tenent ordinem, unde adparet, Melam ad omnes hos Aethiopes sequentia voluisse referre.

Automoloe) Varie mutant, vel invertunt codices. Vatic. Gud. *automoles;* Lipf. *automeles;* Venet. *Automoles;* Rehdiger. (a quo praeterea abest *pars*) Cibin. *authomoles;* Vindobon. *Anthomoles;* Prag. *Anthomiales*, ita tamen, ut hi omnes conspirent in terminatione *es*, quam et Boccatius in suo codice invenit; refert enim de maribus f. v. Ethiopicus oceanus *automales;* Parisienses tamen cum Voss. ed. Havn. cum ed. 3. consensisse videntur. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 16. 17. 18. 19. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum Vineto, Schotto *Automolae;* 11. *Automale;* 15. 20. *Automole;* 21. 28. *Autumolae;* Vossius et reliqui posuerunt *Automoloe*, uti iam volebat ex Herodoto [2, 30.] et Stephano Pintianus, Graecam rationem secutus, quam in his amat noster. Sic Hamaxobioe et alia, etsi post Macrobii. Quod vero Ciacconio placebat *Automales* pro *Automalae* superiorum editorum, videtur ille nomen proprium credidisse, quia addit, ab Herodoto [v. 2, 30.] *Asmachos* vocari, qui tamen etiam Graeca voce Αὐτομόλους ex facto addit. Sed plura de iis eorumque variis nominibus dabo Vol. 2. Interim consuli possunt, quae disseruit Heeren in commentationibus — Goettingens. V. 12. p. 48 sqq. de militum Aegyptiorum in Aethio-

piam migratione. *Automoloe* tuetur etiam praeter Herodotum et Stephanum Hesychius s. v. Μαχλοίονας.

aequi corporis) Vaticani, Paris. 1. 3. Cibin. Rehdiger. Prag. Havn. Venet. Vindob. cod. Augustinor. Vossiani *et qui;* Gud. *et qui coris;* Lips. et, quod credo, etiam Paris. 2. *aequi corporis.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. *et qui;* reliquae, etiam 23. praeeunte Vadiano, *aequi corporis.* TZSCHVCKE. Forte leg. *proceri corporis;* vel *pulcri forma corporis, aequi.* Aequitatem enim iustitiamque tribuit Polyhistor Solini cap. 33. [s. 30.] Vel sic *pulcri forma, aequo corpore.* Eruditus lector arbitrabitur. SCHOTTVS. Recte has emendationes varias et inutiles improbavit Gronovius in diatribe in Statium cap. 61. p. 397. et receptam lectionem defendit. Videtur Schottus haesisse in voce *aequi,* quam etiam varie intellexerunt viri docti, uti in Vol. 2. adparebit. Satis sit hic tantum monuisse, ita Suetonium Augusto cap. 79. f. tribuere *commoditatem* et *aequitatem membrorum.* Ipse autem Mela hanc lectionem tuetur infra §. 7. et in eadem tandem voce subsidit Schotti sedulitas. Quae contra eum et Salmasium, qui malebat *aequi cultores,* monuit Vossius, proxima nota complectetur.

parumque venerati —) Vossii codices ipso teste *venerationes;* idem ex Mediol. Gud. Chis. Voss. 3. 4. Perizon. adfert A. Gronovius, iisque accedunt mei tantum non omnes; Leid. *parum quia veneratores;* Voss. 1. *parum venerati oris;* Cibin. *parum veneratiores;* Prag. *parum parumque veneraciores;* Paris. 2. 3. forte cum ed. Vossii *venerati opes,* quod hic primus reposuit, cum antea legeretur ab omnibus, etiam Vineto, *veneratiores.* Sequentia verba sic efferunt libri. Vossiani, quos ipse inspexit, habuerunt *veluti optimarum alii virtutum,* meliores tamen, quod subiicit, *aliis veluti optimarum vir-*

tutum. A. Gronovius haec: Gud. Leid. Chif. Voff. 1. 3. 4. *veluti optimarum alii* (Perizon. *alium*) *virtutum.* De meis haec notata fervavi: Cibin. Vaticani, Lipf. Parif. 1. 3. Rehdiger. Vindob. *vel. o. alii virtutum;* Havn. Prag. et forte Parif. 2. *aliis veluti optimarum virtutum;* Venet. *aliis veluti optimates virtutum;* cod. Auguftinor. *veneratiores optimarum virt.* omiffa voce *alii;* Zalufc. *veluti optimarum alumni virtutum.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. *v. o. alii virtutum;* 16. 18. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae cum Vineto et Schotto *v. o. alumni virtutum;* Voffius et hinc 40. 41. 42. *aliis veluti optimarum virtutum;* Reinoldianae, 44. 45. cum Norimberg. *veluti optimarum aliis virtutum;* Kappius in utraque *v. o. alias virtutum.* TZSCHVCKE. Hunc etiam locum peffime a librariis correctoribusve, aut utrisque habitum, fi non reftitui, faltem in meliorem ftatum redigi poffe cenfeo, fic fcriptum: *Eorumque veneratione mollitus Aethiopum aliorum victus.* Habeo huius caftigationis auctorem Herodotum in Euterpe [2, 30.] tradentem, adventu horum Automolorum factos effe Aethiopas meliores ac manfuetiores, imbutos moribus et difciplinis Aegyptiorum. PINTIANVS. *veneratiores* —) Forte *parumque venatores,* vel, *et corporis plurimum valent robore.* Solinus cap. 43. [cap. 33. f. 30.] *Hi Macrobii iuftitiam colunt et aequitatem, plurimum valent robore, praecipua vigent pulchritudine, ornantur aere, auro vincula faciunt noxiorum.* Herodotus [3, 20.] μέγιστοι καὶ κάλλιστοι ἄνθρωποι. Tum Aldus et meus codex aliique non habent *alumni;* quare fuperfluum videtur. CIACCONIVS. *Pulchri forma — alumni virtutum*) Ad hunc locum mirum quam multi impegerint. Nulla pene eft litera, quam intactam reliquerint. — Vltimam obfcuriffimo huic loco manum imponere conatus eft Salmafius in Plinianis fuis. [ad Solin. cap. 30. f. 33. p. m. 273.] Sic vero legit: *Pulchri forma, aequi cultores, iuftitiaeque veneratores, velut*

optimae aliarum virtutum. Scilicet in tanta brevitate operae pretium fuit monere, gentem esse in Aethiopia, ubi iustitia pro optima virtute haberetur. Quid demum in auctoribus difficile, si tam longe et a verbis et a sensu liceat recedere? Vide, quam facili opus sit medicina, ut veram teneamus lectionem. Scribe: *Pulchri forma, aequi corporis, parumque venerati opes, aliis veluti optimarum virtutum.* Ex Herodoto haec habet. Is namque postquam de Automolis egit lib. 2. [cap. 32.] genus quoddam Aethiopum describit incolentium urbem, in qua omnes essent aequali magnitudine. Verum et Mela, hoc ipso capite lectionem hanc confirmat, cum de Aethiopibus Hesperiis dicit, eos non esse *ita corporibus similes*, atque isti, de quibus hic agit. Sequentia verba et ipsa manifesta sunt. Dicit ab Aethiopibus contemni aurum et argentum, tamquam quae nihil faciant ad veram beatitudinem. *Alius optimarum virtutum* proba locutio, pro *alienus ab optimis virtutibus.* Sic Horatius lib. 2. Serm. 3. [v. 208.] dixit *species alias veri* pro speciebus alienis à veritate. Sed et Graeci sic loquuntur, ut cum Plato ait ἕτερον τοῦ ἀληθοῦς, [lib. 1. de rep. p. 167. Bipont.] pro eo, quod minime verum est. Vsus obtinuit, ut potius *alienus* apud Latinos et ἀλλότριος apud Graecos cum genitivis construantur, nihil tamen hoc obest, quominus et alterum rectum sit. VOSSIVS. Avus ad notam Vossii adscripsit: Forte *alias* voluit; [pro *aliis*] secus haud intelligo; idemque etiam a Perizonio animadversum. Barthius d. l. legit: *parumque venerati honores, veluti optimarum alumni* (ita ediderat Steph.) *virtutum.* A. GRONOVIVS. Qui ante Vossium haec verba tractarunt, parum codicibus dederunt, pleraque arbitrio, maxime Pintianus, dispersis aliorum indiciis ducti, etsi facile intelligitur, alium alia et modo pauciora, modo plura de eodem populo commemorare posse, et, quae ab auctore dicta videantur, codicum praeceptionibus regi et statui. Ita cum in emendatione Salmasii *iustitiae* ferri nequeat, corruunt

etiam reliqua. *Venatores* Ciacconii prope a libris abſunt, procul a re. Facilius ab utroque probatur Voſſii lectio, de poſteriori tamen parte dubitationem obiicit linguae Latinae uſus. Etſi enim a Graecis ἕτερος et ἄλλος hoc ſenſu et ſubintellecto ἀπὸ cum genitivo ſtrui ſoleant, id tamen ita imitati ſunt Latini, ut praeferrent ablativum, uti docent exempla, quae ad Vigerum de Graecae dictionis idiotismis adpoſuerunt Hoogevenus et Zeunius p. 74. aliique dederunt, quos memorat Heuſingerus ad Vechneri Hellenol. p. 298. Cf. et Drakenb. ad Liv. 5, 54, 6. Quem protulit Voſſius Horatii locum, parum ille valet, cum in voce *veri* minime libri conſentiant, plurimique *veris* legant, in quo propter ſequens *ſceleris* τὸ *s* facile etiam abſorberi potuit et in *veri* transire. Sed nec illi, qui *veri* praeferunt, iſti ſtructurae favent. Et ſic Garatonius ad Ciceron. pro Coelio cap. 28. ita componit, ut *veri ſceleriſque* connectat et a voce *ſpecies* ſtructuram repetat ea ratione, qua paſſim *alius et*, *atque* vel *que* pro *alius* — *alius* ponantur, cuius ſimilia ibi dedit exempla. Niſi igitur certiora adferantur, ſtare haec forma nequit. At non temere Vadianus effudiſſe videtur *alumni*, quippe qui Collimitii codice in emendando Mela uſus erat, eumque ex meis Zaluſcianus optimus egregie adiuvat. Nempe cum olim *aluũi* ſcriberetur, omiſſa lineola facile poſt exiit *alii*, quod propagarunt reliqui. Ita vero, quod alii diſerte magis et per partes perſequuntur, id noſter in univerſum et brevius indicavit. *Alumni* urbium noti ſunt ex 2, 3, 1. ad quem locum plura dabo. Sic Tacitus Ann. 1, 44. *legionum alumnus*, Claudianus de laudibus Stilicon. v. 158. *Oceani* de milite, Plinius 3, 23. ſ. 19. *amnes lacuum partus aut alumni*, et quod propius huc facit ex Statio Thebaid. 6, 378. *artis aetheriae*, et Cicerone ad diverſ. 9, 14. *diſciplinae*. Idem igitur valent haec verba, quod *virtutum optimarum cultores*, idque magis adpareat, ſi activo ſenſu accipias, etſi de hoc disputatur. Vid. Taubmann. ad Virgil. Aen. 11, 33. et qui

plura propofuit Gefnerus in thefauro L. L. fub h. v. Ita vero Avienus v. 495. *Tybris Romanos lares lapfu praelambit alumno.* Malui igitur hanc vocem revocare, quam Voffii lectionem accipere ab ufu linguae alienam, etfi paulo audacius a profaico auctore ita dictum videatur, quem tamen poeticarum formarum ftudium excufat. In fequenti voce *mos* aberrant editiones quaedam; 6. 7. 8, *mox eft*; 30. 32. *mons eft.*

quam aeris) Omnes mei codices et veteres editiones habent *quam perfis eft;* inde a Vineto, Schotto et Voffio reliqui editores pofuerunt *quam aeris*, TZSCHVCKE. Caftigo: *apud hos plus auri, quam aeris* [pro *quam Perfis*] *eft* ex Herodoto [3, 23.] et his, quae protinus fequuntur. PINTIANVS. Alias *apud hos plus auri, quam aeris eft*, quam lectionem confirmant verba adiuncta *ideo quod minus eft, pretiofius cenfent*, et Herodotus lib. 1. [c. l.] CIACCONIVS. Confentit in hanc emendationem Turnebus adverfar. 6, 17. in eaque et alii adquieverunt. Accedit, quod nihil eiusmodi de Perfis nofter adtigit, quod refpicere hic poffit. Maxime tamen evincunt fequentia, in quibus Cibin. *cenfent pretiofius* et *vincla.*

§. 2. *quia ut libet)* Sic codices mei (tantum *et* abeft in Cibin.) et editiones vetuftae; tantum Parif. 1. *et quae ut libet.* Edd. priores *quia ut libet;* Schottus *quibus libet;* reliqui *quia ut libet.* TZSCHVCKE. Lego *et quibuslibet vefci volentibus licet.* Nam inepta erat ratio, ob id vocari *menfam Solis*, quod volentibus vefci liceret. Non enim ea ratione fic dicta eft, fed quia, ut protinus fubdit, ea, quae paffim apponerentur, videri vellent nafci fubinde divinitus; quod ab Herodoto, [3, 18.] ut pleraque omnia, defumtum. Proinde quod fequitur, *et quae paffim appofita funt*, rectius legeretur, *quod, quae paffim appofita.* PINTIANVS. Ego nihil

mutandum censeo. Quia communis esset omnium haec mensa, ideo Solis appellabatur. Sol enim omnibus lucet. VOSSIVS. Pintiani emendationem reiecit etiam Barthius in adversar. 15, 16. Nec valet, quod Salmasius ad Solin. cap. 33. f. 30. p. m. 273. illam inde tueri conatur, quod Solinus scribat: *Locus apud eos Heliu trapeza opiparis epulis semper refertus, quibus indiscrete omnes vescuntur.* Diversa enim saepe est aliorum auctorum ratio et forma, nec sensus mutationem exigit. Mela nempe explicat, cur Solis mensa illa dicta fuerit. Sol enim, ut est apud Petronium cap. 100. omnibus lucet, et communia sunt eius lumina, ut ait Ovidius Metamorph. 1, 135. Tum orta luce accedere, et, quae noctu adposita erant comedere licebat, quod refert Herodotus. Denique *quibus libet* in his non obscure subest.

ἡλίου τράπεζαν) Latinis literis, sed quod facile praevideri potest, satis haec corrupte efferunt veteres libri. Lips. *heluit Repecan;* Gud. *eluit rapezan;* Prag. *helin trapesan;* Venet. *Heluitrapetzam;* Paris. 3. ut edd. 1, 2. 9. *heliu traperam;* Vindob. *heliu trapetzam;* alii *heliu trapezan.* Vera lectio sine mora adest. Ceterum quod notat A. Gronovius, margini paternae editionis adscripserat Perizonius. „Vide Gruteri Lampadem T. 1. p. 243." ubi Beroaldus Sylloge annotat. in Gellium de mensa Solis agens integram hanc periodum exhibet, sed valde corruptam. Ita enim ille: „De hac mensa Solis ita scriptum reliquit Pomponius Mella: *Est locus in Aethiopia paratus, semper epulis refertus, et quia, ut libet vesci, volentibus licet, Heliotrapezam appellant, et passim apposita sunt, quia affirmant innasci subinde divinitus.* Forte ex aliquo codice repetiit. Tum Cibin. rectius *adposita.*

innasci) Vadianus tum sua gente *nasci.* Illud propius ad rem. Vocem *subinde* redundare putat Ciacco-

nius, quam tamen instauratae noctibus epulae (Herodot. 3, 18.) requirunt.

lacus) Paris. 1. *locus*, mutatione et facili et crebra, de qua vid. Drakenb. ad Liv. 3, 20, 6. Schefferus et Oudendorp. ad Iul. Obsequ. c. 71. et quos memorant. Sic supra 1, 9, 2. Post pro *quasi uncta* vitiose edd. 7. 8. *aquis iuncta;* 13. omisit *pernitent* et in Lips. scribitur *pertinent;* Cibin. *inde adeo;* Venet. *adeo tamen est;* Vindobon. *est adeo;* prius ferri possit ad artius continendum nexum. Tum Lips. et Rehdiger. *substinenda.* Pro *et* Ciacconius malebat *sed.* Illud tamen recte habet, quod per explicationem subiuncta cum voce *liquidus* connectit. Post *idem* Salmasius c. l. distinctionis maximae loco minimae signum poni iubet, scilicet ut distinctius ad sequentia proferatur. Ita et fecit Vinetus.

ut folia — decisa) Venet. *ut etiam proximis frondibus folia decisa non;* Rehdiger. *foliis etiam decisa non innatantia* omissa voce *proximis.* Omnes autem libri in tuendo *decisa* consentiunt. TZSCHVCKE. Legendum existimo, *ut folia etiam proximis decidua montibus;* posset etiam legi *decussa.* PINTIANVS. Si Herodotum [3, 23.] expressit, scripsit Mela, *ut ligna etiam aut lignis decisa non innatantia ferat, sed pessum* etc. SCHOTTVS. *Decussa* [*frondibus*] legit Salmasius, [p. m. 274. c. l.] et ante illum Pintianus, vel etiam *decidua.* Ego vulgatam probo lectionem. Non enim in Aethiopia, quemadmodum apud nos folia decidunt, aut ramis decutiuntur. Pleraeque fere arbores semper istic virent. Crescunt earum folia, quamdiu ipsa crescit arbor. Hinc fit, ut non tenuia ac mollia sint, sed densa, dura ac longa admodum, quaeque ramorum instar amputari necesse habeant. Sane non minima pars Indicarum et Aethiopicarum arborum omnino carent ramis, sed vice eorum solis comantur foliis. Minus hoc mirabuntur illi,

qui etiam integras arbores ex foliis compositas viderunt. VOSSIVS. Adgressus etiam est hunc locum Barthius adversar. 15, 6. ubi refutatis Pintiano et Schotto vocem *decisa* singulari adeo elegantia (sic) positam esse dicit pro *decidentia*, patiendi verbum pro agendi, ut indicentur natura sua decidua, non coacta ope extrinseca; Solinum enim c. l. habere *caduca folia*. Minus bene. Melius et verius contra Schottum monet, Melam ita Herodotum sequi, ut non minus auctoris, quam interpretis titulum ambiat. Folia a frondibus distinxit, unde adparet, illa pro ramis nostrarum arborum adnexa haerere tamquam in plantis ipsi caudici frondis instar formato. Hinc et *proximis* addit, unde ad montes deductus est Pintianus, qui tamen ad ipsam rem nihil valent.

pessum et penitus) Ita Ciaccon. A. Gronovii et mei, tantum Prag. et Paris. 2. omisso *et*; Leid. *pessimi*; Rehdiger. *passim*. Edd. 1. 2. 9. 13. *pessum et penitus*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae *passim et penitus*; Vinetus, Schottus *pessum et penitus*; Vossius, 40. 41. 42. *pessum penitus*; Reinoldianae, 44. 45. — *pessum et penitus*. TZSCHVCKE. Forte *pessum euntia accipiat*. CIACCONIVS. *Pessum penitus* ex libris [adversante A. Gronovii testimonio] reposuimus; prius enim inepte scribebatur, *pessum et penitus*. VOSSIVS. Barthius adversar. c. l. uti iam notaverat A. Gronovius, expungit *penitus* tamquam putidum glossema. At Synonymia non turbat, cum talia in magna licet brevitate non omnino respuat Melae oratio. Cf. ad 1, 12, 4. et quae conlecta dabo in dissertatione de Mela c. 7. Quare verba haec, qualia tradunt codices, lacessi non debent. Quod Salmasius c. l. in emendatione huius loci ponit *passum*, operarum vitio id factum videtur, nisi forte etiam maluit *passim*. Sed *pessum* bene habet et hic maxime congruit, Ita Lucretius 6, 588. *multae per mare pessum Subsedere*

suis pariter cum civibus urbes. Cf. Seneca Nat. Qu. 3, 25. m. Lactantius 3, 20, 24. et quae de hoc verbo monuerunt Barthius adversar. 33, 12. et Corte ad Sallust. de B. Iug. 1, 4.

et saevissimae) Gud. *etiam sevissime;* Rehdig. *ferissime fere;* τὸ *et* ante *saevissimae* deest in ed. 20. Post Lipſ. Gud. Prag. Cibin. et forte alii *licaones;* Vindobon. *lacaones.* Edd. 1. 2. 9. 11. 13. *Lychaones.* Tum Lipſ. Prag. et editiones quaedem, veluti 30. 32. 37. *accipimus*, qualem variationem notavi 1, 2, 3.

Sphinges) Pariſ. 1. *Phinges* abſorpto *s;* Vatic. Pariſ. 3. *Sphingos;* Lipſ. Ven. *Sphingens;* Prag. *Spignes;* Vindob. Rehdiger. *spinges.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. *spingas;* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae *Sphingas;* Schottus *Sphyngas;* 23. Vinetus, Vossius, reliqui *Sphinges*, quae forma ad verborum distinctionem est aptior, et in aliis etiam MSStis invenitur.

Tragopanes) Mire haec vox in libris adficitur. Lipſ. Gud. Venet. Havn. Pariſ. 1. 3. Vindob. Mediolan. et alius, quo usus est I. Gronovius, forte Gud. *Tragapomenes;* Pariſ. 2. *Tragapopomenes;* Prag. *Tragaponiones;* Rehdig. *Tragappomenes;* Vatic. *Tragappomones;* Cibin. *tragrapponienes.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 13. *Tragapomenes;* 6. 7. 8. 10. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 28. *Tragopomenes;* 15. 17. 20. 23. *Thragopomenes;* 24. 25. Olivarianae *Tragopomenes*, ut olim; Vadianae posteriores, 30. 32. 37. *Tragoponades;* Vinetus, Schottus, Vossius, reliqui *Tragopanes.* TZSCHUCKE. Scribendum aut hic *Tragopanades* ex Plinio lib. 10. [c. 70. s. 49.] ubi hanc ipsam describit avem, aut lectio Pliniana corrigenda, *Tragopomenes.* Verbum autem, *equinis auribus*, iungendum cum sequenti, hoc modo, *et equinis auribus*

egasi. Plinius [c. I.] *Pegasi equino*, inquit, *capite vocres.* BARBARVS. Plinius in decimo *Tragopanades;*)linus [c. 33. f. 30.] *Tragopae.* Forte fcribendum non ragopomenes, fed *Tragopogones*, hoc eft, praeter cornua rcinam etiam barbam habentes. Nam Ptolemaeus in idia, [7, 2.] *Hic*, inquit, *ferunt esse gallinas barbatas;* ἀλεκτρυόνας πωγωνίας] et Plinius [10, 3.] inter aquirum genera *barbatas* etiam enumerat. PINTIANVS. orte *Tragopanes.* Solinus c. 73. [c. 33. f. 30. ubi taen vulgo legitur *Tragopa.*] CIACCONIVS. *Tragopomes, equinis auribus et Pegasi.*) Male. Plinius enim b. 10. c. 49. *Pegasos equino capite volucres et gryphas urita aduncitate rostri fabulosos reor; illos in Scythia, os in Aethiopia.* Vbi adverte, *hos* referre antecedens reiotius, contra Gram. praecepta; fup. enim gryphos in cythia collocat Pomponius lib. 2. cap. 1. *Tragopomenes* erò mihi de mendo fuspecta vox, et *Tragopanes* levi ommutatione tentabam; aliter atque Pintianus *Tragopoones.* Solinus cap. 33. vocat *Tragopas*, et ibid. Pliius *Tragopanadem;* minus quam Mela, corrupte uterue; unde fort. veram lectionem erit eruere. Cum enim *an* deus cornutus fit, ut antiquitas credidit, ab eo avi ornutae nomen tributum coniicere licet. Quare in Plio *Tragopana* legit Turnebus lib. 6. adverfar. c. 19. rono fane errore ex bis repetita voce *de*, aut priori ictioni addita. Sic igitur legit: *Equidem et Tragopana, e qua* (vulgo *Trago panadem de qua*) *plures affirmant iaiorem aquila, cornua in temporibus curvata habentem erruginei coloris, tantum capite phoenicio.* SCHOTTVS. *ragopanes.*) Sic recte hunc locum emendavit Salmafius, p. m. 283. c. 1.] et ante illum Turnebus. Τραγόπανες, αἰγίπανες et ἑρμόπανες apud Arcadium Grammaticum. d et Κυνόπανες dixit Tertullianus lib. 1. ad Nationes. *lane tertium genus dicimur; Cynopanes aliqui vel Sciapdes, vel aliqui de fubterranea antipodes.* Idem Apogetico [cap. 8. cf. ad nationes lib. 1. c. 7.] *Alia nos,*

opinor, natura, Cynopanes aut Sciapodes. Sic utrobique legendum; male enim vulgo *Cynopennae* et *Cynophanes.* Κυνοπεῖναι Salmasii, sic enim apud Tertullianum scribendum esse censet, plane sunt explodendi. Nec vocabulum placet, nec rationi conveniens est, ut canina fame laborantes monstra dicantur; et merum figmentum est Κυνοπείνους esse eosdem, atque sint Ἡμίκυνες. VOSSIVS. Valde iactata fuit haec vox in editionibus. *Tragopomenes* olim lectum. Hermolaus citat *Tragopomenes*, et vel hoc retinet, vel ex Plinio reponit *Tragopanades*, nulla addita causa. Pintianus *Tragopogones*, respiciens Ptolemaei gallinas barbatas, quas nunc ne somniavit quidem Mela. Turnebus, Schottus et Salmasius *Tragopanes*, et non modo his se comitem dare potuit Vossius, sed etiam conatur probare. Dicit *Tragopanes* dictos, ut Αἰγίπανες et Ἑρμόπανες. Quid ergo? an haec quoque monstra ex avium genere sunt? Non sane, (nisi forsan Vossius viderit, aut illis quoque, ut hircis cornutis, addat alas) non magis quam Tertullianei *Cynopanes*, quos ait fuisse canes cornutos, non volucres. Quid ergo contumeliosius, quam impingere Melae vocabulum tale, quod ad sententiam eius plane accommodari non potest? Vt enim per cynopanes non nisi cornuti canes, sic per *Tragopanes* non nisi cornuti hirci intelligi possunt, quales sunt omnes eius generis, nec tamquam monstra annotari vel possunt, vel merentur; etiam certe in eo vocabulo nihil de alis exprimitur; et tam boni sunt tragopanes, quam *cynopeinae*, quas ita explodit ipse in alio, vel maxime explodendus. Ne quaeram, an *Tragopanes* et *Aegipanes* non potuerint coniungi ab Mela. In MS. legi *tragapomenes*, nec aliter in Mediolanensi vidit Frater. Vt habeas aves cornutas, lege ex tanta haesitatione *tragopaones.* I. GRONOVIVS. Atqui si istis hircis cornutis accedant alae, uti saepe in antiquis Aegyptiorum sculpturis, an non etiam fiunt aves? Eadem est ratio Aegipanum, qui aliquando cum alis, alias vero absque iis finguntur

Nescit praeterea Gronovius, inter aves non capellas tantum, sed et tityros, id est hircos, reperiri. Iste tamen non contentus, stabilita a viris doctis lectione, ut aliquid novi procudere videatur, fingit vocem ipsa magis monstrosam aye; pro *tragopanes* enim fine haesitatione legendum esse affirmat *tragopaones*. Vt Graecum fiat, dicendum fuisset *tragotaones*. Graeco-Latinum non potest esse, nisi fiat *tragopavones*. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Ita vero Victoriam, Cupidinem et Deos gentilium, quibus alas frequenter addebant, Vossius censuit esse aves? Tragopaones agitat apud se, utrum haberet pro Graeco, an Graeco-Latinum diceret? Quid si dixero Alexandrinum? quid si Macedonicum? Vtique nuper docebat me, [ad 2, 2, 10.] res novas vocabulis novis et inusitatis efferri solitas. Immo ut scias, Lector, hac me pila irritare voluisse Vossium, ego plane censeo et censui, alia omnia a MS. significari; in quibus cum sit *Tragapomenes*, apparet simile id compositum esse illis Τραγέλαφος, Τραγάκανθα, ubi vocalem, quae sequitur, litteras τραγ. patet, non esse appendicem harum litterarum, sed primam partem sequentium. Ita hoc vocabulum compositum statuo fuisse ex τραγ et απομενες, quodcunque avium (aves enim denotari debent his litteris, ut in composita voce appareant aves cornutae) genus sub illa corrupta voce lateat. Quam ad rem ut te adiuvem, nec, quid suspicer, celem, vide, an ex vicinia litterarum non fuerit Τραγαττάγῆνες, *Tragattagenes*. Ἀτταγῆνα nullus non eorum, qui operam istam sumserunt, vel apud antiquos vel nostros interpretes tibi explicabit. I. GRONOVIVS *in nota posteriori*. *Tragopanes* comprobat etiam Ludolf in historia Aethiop. in commentar. ad lib. 1. c. 12. n. 90. p. 162. Idem adsentitur Salmasio c. l. qui sic expedit, ut *Trago* sit a cornibus hircinis, *Pan* a facie rubra, qualem tribuant Pani. *Tragopana* in Plinio 10, 70. s. 49. satis ex libris tuitus est Harduinus, qui et sic reposuit; nempe sequens vocula *de* antea male repetita adhaeserat.

Proxime ad libros accedat *Tragobamones*, Τραγοβάμονες, (cf. Schol. Ariſtoph. ad Ranas v. 232.) at neutra ad volatum, haec etiam tantum ad pedes ſpectat, cum tamen diſerte cornua commemorentur, quae et Pintiani *Tragopogones* non ferunt. Praeſtat igitur in hac obſcuritate alteram vocem adripere, quam etiam Pliniani libri ſuſtinent. Monſtroſas formas a Pane ſolent ita repetere et deſignare.

et equinis) Prior vox abeſt a quibusdam codicibus, veluti Lipſ. Cibin. Prag. Vindob. Pariſ. 1. 3. Vatic. nec reperitur in edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. aliae tamen poſtea cum aliis MSStis interponunt. Contra qui hic omittunt, ante *Pegaſi* addunt, etſi quaedam editiones, ut 6. 7. 8. 12. 14. certam rationem minime ſequuntur. Ita vero libri quidam volunt, prava etiam facta diſtinctione, de qua in ſuperiori nota monuit Hermolaus: *Tragapomenes equinis auribus et Pegaſi.* Sed ex notione Pegaſi, quae ſatis conſtat ex Plinio 10, 70. ſ. 49. et Solino c. 33. ſ. 30. quid ſit praeferendum, facile adparet. Ille nempe dicit *eſſe capite equino volucres*, hic *alitem, quae praeter aures equinum nihil habeat.* Pro *Pegaſi* Gud. *pagaſi;* Vatic. 3. *Pegaſii;* Prag. *peſagii.*

§. 3. *oras)* Ciaccon. et aliquot codices Abr. Gronovii *oris*, uti et Pariſienſes habuiſſe videntur; Cibin. *horais;* reliqui *oras* cum editionibus; tantum Voſſius *oris*, quod, notante A. Gronovio, vitio natum adſcripſerat ad eius editionem Perizonius pro *oras*, quod probabat. Secutae tamen ſunt Gronoviorum priores editiones, et ſic poſtea etiam Reinoldianae praetulerunt *oris*. At vulgata forma melior et Geographis aliis etiam, veluti Straboni, in progreſſione uſitata, ut locorum ſpeciem hominibus, terra marique iter facientibus, obiiciant. Cf. 2, 1. in. 2, 8. 3, 6. *Oris* durius hic ellipſi *in* explicetur. Poſt pro *Eurum*, quod tuentur omnes libri, unus Schot-

tus, Pintiano obfecutus, pofuit *Corum*. TZSCHUCKE. Legendum videtur *Corum*, non *Eurum*. Monftrat enim oram Africae porrectam ab Oriente in Occidentem. Flat autem Corus ab Occafu folftitiali inter Favonium et Septentrionem, Graece Ἀργέστης. Plinio in fecundo [c. 46. f. 47.] et Vitruvio in primo. [cap. 6.] Fefellit haec menda Plinii doryphoros Solinum et Martianum. Emendationi noftrae favent verba Plinii lib. 6. cap. 29. [f. 34.] *A Mofelite*, [*Moffylico*] inquit, *promuntorio Atlanticum mare incipere vult Iuba, praeter Mauritanias fuas Gadeis usque navigandum Coro*. PINTIANVS. I. e. *fi naviges Euro* Solinus cap. ult. CIACCONIVS. *Corum* Pintianus ex Plinio emendandum exiftimabat, fed nos priorem fcripturam reduximus, quae fenfui Pomponii longe eft convenientior. Defcribit hic oram Africae Orientalem, quae egreffis finum Arabicum occurrit. Illam vero veteres ferme omnes non in auftrum, uti hodierna docuit experientia, fed primo in Eurum, dein in ortum folis tendere, ac fic deinceps Sinis et Seribus coniungi crediderunt, quod fatis ex iis, quae fuperius de Nili fontibus diximus, colligi poteft. Verum non ea Melae fuit opinio; is enim Eudoxi fententiam probavit, ac aliquatenus quidem Aethiopiae littus Auftrum verfus porrigi exiftimavit, tandem tamen flexum in occidentem et Corum dirigere, donec Mauritanio littori iungeretur. Videamus nunc Plinii locum, unde hunc reformare conatus eft Pintianus. Verba eius haec funt lib. 6. cap. 29. *A Moffylico promuntorio Atlanticum mare incipere vult Iuba, praeter Mauritanias fuas Gades usque navigandum Coro*. Iuba auftraliffimum Africae promuntorium Moffylicum effe exiftimabat, itaque ab eo Chaurum verfus litora inflecti, donec iterum Mauritaniae fuae coniungerentur. Haec non Iubae tantum opinio fuit, fed et omnium eorum, qui Libyam trapezio compararunt. In eo autem peccavit Plinius, quod contrarium ventum pofuerit, Corum nempe pro Euro, nifi potius librariorum hanc

esse culpam existimemus. A Mauritania usque ad Mossylicum promuntorium solo Coro vento navigari posse, Iuba scripsit, non vero a Mossylico Mauritaniam. Valde autem hic ridet Plinium Plinianus Exercitator, [in Solin. c. 56. s. 66. p. m. 874 sq.] ac prolixam admodum de hoc loco dissertationem instituit; sed neque Iubae, neque Plinii mentem percepit. Operae pretium est, hoc paucis ostendere. Dicit itaque Plinius post ea, quae attulimus verba: *Cuius tota sententia hoc in loco subtrahenda non est.* Quia nempe ad rem non facit, integram Iubae supputationem recensere, sed saltem illam partem, quae pertinet ad praesens institutum, id est, ad mensuram sinus Arabici, sive totum Africae latus orientale iuxta hypothesin Iubae. Sic vero computat intervalla: *A promuntorio Iudaeorum, quod vocatur Lepteacra, ab aliis Drepanum, proponit recto cursu praeter Exustam ad Malchu insulam quindecies centena millia pass. esse. Inde ad locum, quem vocant Stenon,* CCXXV. *M. Inde ad insulam Adanu centum quinquaginta mill. pass. Sic fieri ad apertum mare* XVIII. LXXII. *M. P. Reliqua omnes propter Solis ardorem navigari posse non putaverunt.* Locus hic iam diu ante Solinum inquinatus fuisse videtur, quod libenter, ut puto, agnoscet, quisquis et Plinii et Solini verba contulerit; feliciter vero a nobis, ita ut illum hic exhibuimus, esse restitutum, nemo nisi malignus, aut ignarus inficias iverit. Lepteacra sive Drepanum promuntorium in intimo sinus Arabici recessu etiam a Ptolemaeo [4, 5.] ponitur, quamvis is perperam distinguat. Iudaeorum [pro *Indorum*, ut vulgo] vero hoc appellat, quia in Iudaeorum ditione illa sinus Arabici pars sita olim fuit. Ob eandem rationem Iosephus lib. 8. [antiqu. c. 6, 4.] Berenicen Hebraeorum vocat portum. Exustam insulam et insulam Malchi recenset eodem ordine Ptolemaeus [6, 7.] et auctor Peripli. [p. 12. Hudf.] Locus στενῶν sunt angustiae, aliis τὰ στενά, hodie *Babelmandel.* Male vulgo *Soeneos* vel *Sceneon*, ut est apud Solinum. Insulae

Ἀδάνου meminit quoque ex Plinio Solinus. Ptolemaeus [6, 7.] duas recenset Adani insulas, sed utramque intra angustias sinus collocat. Verum illum errare, apparet ex hoc Iubae loco, et ex ipsius rei veritate. Quis enim dubitare possit in posterum, quin Adani insula sit famosa illa peninsula, quam vulgo *Aden* appellamus? Verum esse quod dicimus, docebit quoque auctor Peripli, [p. 14. Hudſ.] qui ab angustiis istis praedictis usque ad Arabiam felicem Emporium, quam Aden nunc vocari superius ostendimus, numerat stadia mille ducenta, quae mensurâ cum illa Iubae convenit quam exactissime. Apertum vero mare appellavit Iuba, quidquid est ultra Adani insulam et oppositum ei in Aethiopia Mosylicum promuntorium. Eo enim usque sinus Arabicus extenditur, et aliquanto etiam longius iuxta alios, ut superius docuimus. Verum haec de his Melae et Plinii verbis dicta sufficiant, quae ideo lubentius admonuimus, quia vaste admodum de hoc loco disserit Salmasius et prodigiosam Plinio caecitatem et plus quam barbaricam inscitiam affingit. VOSSIVS. Aegre prolixam hanc Vossii notam repetii, et quod aliquatenus cum censura nostri loci cohaereret. *Eurum* vel neglecto codicum auxilio ita commode defendi potest. Nempe si noster verbo *ceterum* non progressionem ab oriente in occasum indicat, sed omnino ex superioribus vicinae oris aliquid subiicit, unde demum ad occidentem procedat. Adstruit hoc Solinus cap. 33. f. 30. qui cum eadem de superiori lacu, Melam referens, dixisset, ita pergit: *Ultra hos desertae inhumanaeque solitudines ad usque Arabicos sinus. Deinde in ultimis Orientis monstrosae gentium facies.* Hinc subiicit ea, quae in Mela deinceps leguntur. Ita etiam Plinius 6, 35. f. 30. diserte illa hominum monstra *ab Orientis parte intima* et antea in extremitatibus Aethiopiae ponit. Quod ut luculentius declaretur, cursum institutum brevibus lineis ducam. Exorditur a Meroe, et hinc Aethiopiam sub Aegypto describit. Inde ea delibat, quae versus Orientem obiici

legiſſet. Relictis illis cum ultra, auſtralem partem, adtigiſſet, disputationem de mari interponit, et hinc deſcripta incolarum ſpecie ad alias Aethiopas progreditur verſus occaſum habitantes. Quae quidem ſingula diſtinctius tradere et declarare poterat, etſi aliquatenus innoteſcunt Eudoxi et Hannonis maxime itineribus, et quae de flumine Nuchul adtulit. Diſſeruit pluribus de vera Africae figura ſecundum Melam Kirſch in proluſione ſcholaſtica, Hofae 1791. 4. ubi etiam hunc locum exploravit et expoſuit. Plinii locus, quem ad emendationis cauſam arceſſivit, parum valet, cum corruptam eſſe vocem *Coro* pro *Euro* ipſa res clamitet, fruſtraque obniti Harduinum, adiuvante etiam Solino, qui quidem caute interponit *tamen.* Diverſi autem ſenſus ſunt navigare vento aliquo, uti in Plinio, et ad ventum aliquem i. e. terrae plagam, oras ſequi, ut hic.

r i p a e) Ita omnes libri, tantum antea Prag. *et vaſtis omnis vaſtis;* Vindob. *perciſa;* Gud. *praecioſa;* poſt Prag. *potius quam litora ſunt.* TZSCHUCKE. *Ripa* eſt littus. Forte *rupes.* Suetonius in Tiberio [cap. 40.] *Capreas ſe contulit,* praecipue delectatus inſula, quod *uno parvoque litore adiretur, ſepta undique praeruptis immenſae altitudinis rupibus.* Supra lib. 1. cap. 19. de Ponto Euxino: *Non molli, neque arenoſo circumdatus litore.* CIACCONIUS. Turnebus adverſar. 6, 19. *rupes* pro *ripae* reponit. Non ſequor, Mela enim in antitheſi ludit. SCHOTTUS. *Rupes* pro *ripis* hic ſubſtituit Turnebus, idque videntur confirmare praecedentia, cum dicit, omnia praeciſa eſſe vaſtis montibus. Sed nec ipſe, nec alii percepere mentem Pomponii. Hoc dicit, mare non quidem deficere, ſed ita anguſtum fieri, ut contrarium eveniat ei, quod de fluminibus canit Ovidius, [Metam. 1, 42.] ut liberiori ſpatio recepta pro ripis litora pulſent. Hic enim putat, mare ita in arctum redigi inter duas terras, nempe hanc noſtram et oppoſitam antichthona, ut litora ripae

fiant, quemadmodum in Magellanico contigit freto. Hanc non Pomponii tantum, sed et plurimorum veterum opinionem fuisse, satis ex iis, quae superius diximus, colligi potest. VOSSIVS. Ferri quidem propter praecedentia possit *rupes*, et sic fere Sidonius Apollin. carm. 22, 119. de Garumna: *propriasque facit sibi litora rupes;* nihil tamen invitis libris mutandum est, uti iam docuerunt viri docti. De differentia utriusque vocis *ripa* et *litus* plura congessit Florus in lectionibus successivis lib. 1. cap. 10. Perizonius ad 1, 2, 2. ripas explicat terras abruptas. Ita vero etiam hinc retulit Boccatius c. l. *Solitudines vastae praecisi montes ripaeque potius, quam litora reperiuntur.*

tractus) Ignorant hanc vocem, quos novi, codices Ciaccon. Lipf. Gud. Prag. Vindob. Rehdiger. Parif. 2. Vatic. Havn. cum editionibus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 21. 28. agnoscunt Parif. 1. 3. Venet. Cibin. cum edd. 15. 17. 19. 20. 23. 24. 25. Vadianis posterioribus, Olivarianis et reliquis. Ciacconius redundare putat; at melius in hoc nexu adest.

Dubium aliquamdiu) Edd. 15. 17. 20. 23. *tractus dubium. Atque aliquamdiu*, prava interpunctione non solum, sed et intrusa temere particula *atque*. Pro *aliquamdiu* Prag. et ed. 37. *aliquando*, uti Olivarius in nota refert, etsi cum suis in ipso contexto scripsit *aliquandiu*. Ab his vero verbis cap. 47. incipit Vinetus. Post Venet. *caperetve;* Zalusc. *capereturne terra circuitu;* minus bene.

exhausto fluctu) Locus varie adfectus. Cibin. Voss. 1. *exhaustra tractu*, hic tamen addito priori voci puncto; Voss. 2. *exausta hiatu;* Gronoviani alii, ex meis Vatic. Lipf. Gud. Vindobon. Rehdiger. Parif. 1. 2. Prag. *exhausta* vel *exausta*, vel *exhasta* (ut Rehdiger.) *tractu;* Augustin. (tantum *exausta*) Parif. 3. *exhausta*

fructu; Venet. et Bonon. *exhausta* (ille etiam *exhausto*) *anfractu;* varr. in edd. 27. 29. an ex codice, ignoro, *inexhausta fractu.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 21. 24. 25. Vadianae, Olivarianae *exhausta fructu;* 6. 7. 8. *exausta fructu;* 17. *exhausta anfractu;* 15. 20. 23. *exhausta anfracto;* Vinetus *inexhausta tractu;* Schottus *exusta aestu;* Vossius et hinc reliqui *exhausto fluctu.* TZSCHUCKE. Lego *an exusta aestu sine fine Africa se extenderet;* ut supra [3, 5, 8.] *idemne Oceanus, an tellus infesta frigoribus sine ambitu ac sine fine proiecta* etc. PINTIANUS. Forte *an inexhausta fluctu.* Pro *Africa* alii legunt [at vid. antea] *fracta*, alii *amfractu*, alii *se Africa*, [vid. post] vel *ad Africam extendit* expuncta sequenti particula *sed.* CIACONIUS. Pintianus *an exusta aestu;* Turnebus vero [in adversar. 6, 19.] *an inexhausto tractu*, quod in vet. exempl. reperisset, *an inexhausta fructu.* SCHOTTUS. Veterum librorum est *an exhausta fructu sine fine Africa se* — Inde variae variorum coniecturae promanarunt, quas recensere et confutare non longus tantum, sed et stultus labor. Scribe *an exhausto fluctu.* Ipse hanc lectionem probat Mela, cum Hannonis auctoritate testatur, mare non deficere. VOSSIUS. Duplex hic agitur quaestio, utrum ultra sit pelagus, an deficiat et sine ambitu et fine, uti loquitur 3, 5, 8. Africa se extendat, eamque decernit Hannonis et Eudoxi narrationibus. At quae est loci forma, interponi tertia videtur quaestio, quae quorsum pertineat, vix intelligitur. Cum ex oppositionis ratione, quam sequentia constituunt, sensus esse debeat: an terra mari circuiretur s. ambiretur; circuitus enim est, quem supra 3, 5, 8. eodem sensu dixit ambitum; adparet ad priorem quaestionis partem, *essetne ultra pelagus*, referenda esse. Vidit hoc etiam nuper Gossellin sur la Geographie des anciens Vol. 1. p. 224. qui levi facta immutatione locum sic emendat: *caperetne terrae circuitum*, ut referatur ad pelagus, additque de sequen-

tibus, Melam minime cum aliis credere, mare exhauriri et exsiccari a sole, quod adeo nutrimentum astris veteres putabant, de quo Cleomedes Meteor. 1, 6. Possis etiam ex codice Veneto legere: *caperetve terra circuitum*, quas particulas invicem in scriptura Langobardica a librariis misceri docuit Drakenborch. ad Liv. 5, 28, 5. At ita potius in explicatione desideretur *que*, quod tamen longius remotum sit a librorum scriptura. Neque necessaria videtur Gossellini emendatio, nec admitti potest, si proxime et sine maioris distinctionis signo ea verba praecedentibus adnectas. Igitur, ut certa ratio constet, absolute noster illa posuit: *essetne ultra pelagus*, ut subintelligeretur, *nec ne*; unde mutatis verbis eandem disputationem retractat. Sequentia ex obpositionis lege ad sensum apte constituit Vossius. Sunt tamen, quae et sic offendere possint; *terra*, cum sequatur *Africa*, ad quam haec unice spectant, et *exhausto fluctu*, quod ad poeticam formam, nec illam vulgarem, adsurgat audacius. Cf. de vi vocis Wernsdorf. ad poetas minores T. 6. P. 1. p. 361. Ita tamen fere Tacitus de Germania c. 1. extr. *Septimum Danubii os paludibus hauritur*, etsi addita mitigant. Ceterum apto connexu, Gossellin. c. l. *exhausta fructu*, i. e. sterilis; dure et insolenter. An *exusto tractu*, quod propius accedit ad codices et ad Africae indolem? Nimirum et sic vel verbis *sine fine* causa sensusque quaestionis percipitur. Post *fine* deest in ed. 8. et pro *se Africa*, quem ordinem praeeunt codices, libri editi dant *Africa se*, quod retinuit etiam ex recentioribus Reinoldius, primus ad codices accommodavit A. Gronovius in ed. 44. etsi ita etiam iam olim Vinetus posuisse videtur. Tum ex scribendi compendio Cibin. *extendet*.

et si) Prag. Vatic. 3. Havn. *et sic*; reliqui cum edd. veteribus *et si*. Vadianus cum suis expulso *et* dedit *verum si*, cui adsentitur etiam ed. 29. Olivarianae alias recensionis. Schottus reciso *si* maluit *verum et*; reliqui servarunt *verum et si*. TZSCHUCKE. Particula *si* redun-

dat. PINTIANVS. Lege *verum et Hanno* expuncta particula *ſi* veluti ſuperflua. CIACCONIVS. Turnebus [adverſ. 6, 19.] *verum et Hanno* legit non pro adverbio *verum*. Ego *etſi* expungo. SCHOTTVS. Particulam *ſi* redundare putant viri magni, ideoque eam expungunt. Verum ſequentia ſatis oſtendunt, eam abeque damno ſententiae abeſſe non poſſe. *Si* idem hic valet, quod *poſtquam*, *quia*. Sic quoque apud Virgilium et alios particula haec accipitur. VOSSIVS. Ita etiam accipit tueturque *ſi* in indice Kappius, ut ſenſus ſit: *poſtquam non ſolum — ſed etiam*. Eodem ſenſu Plautum amare, ut ſit *cum*, *poſtquam* docuit etiam Ian. Gulielmius in Quaeſtion. in Plauti Aſinar. cap. 8. etſi ibi proprie valere poteſt. Plura de hoc uſu dabunt Corte ad Salluſt. B. Iug. cap. 85. f. Oudendorp. ad Hirt. de B. Alex. c. 55. et quos memorant; in utroque auctore codd. et vett. edd. conſentiunt in *ſi*. Simplex hic eſt rei certae et indubiae narratio, in qua vix τὸ *ſi* locum habeat, quippe quod de tempore etiam dictum tecte conditionem includit, alias etiam ſubiectum habet *tamen*, uti in locis Salluſtii et Caeſaris. Deinde inepta minusque Latina conſecutio haec videtur: *poſtquam — ideo*. Porro *ſi* pro poſtquam et *cum* minus ita concinne componuntur, immo *cum* vel ablativos conſequentiae vel omnino, quod hic requirit nexus, participium praemittit. Denique quia τὸ *et* repetitum ad utrumque teſtem pertinet, particula *ſi*, quae utrumque reſpicit, debebat praeponi ſic: *verum ſi et Hanno* — Praetulerim *ſic*, ex codicibus, quod cum *ſi* commiſceri paſſim notaverunt Drakenb. ad Liv. 21, 13, 5. et Burmannus ad Propertium 2, 2. extr. et pro *ſi* emendavit Bentleius in Horatio 1. od. 16, 8. Cum tamen id langueat propter ſequentia, malim: *verum ipſe Hanno* qu. iam olim Hanno. Incluſi tamen uncis.

Carthaginienſis) Prior vocis pars non moratur, in qua libri quidam, veluti edd. 15. 17. 20. 23. oſten-

dunt ab initio *Ch*, quod et in lapidibus passim cernitur; magis posterior. Nempe plerique codices, in quibus Cibin. Lips. Prag. Gud. Vindob. Rehdiger. diserte, et ex silentio coplatorum Vaticani, Parisienses, Venet. et Havn. cum editionibus scribunt *Carthaginensis*, donec a Gronoviis et Reinoldio inlatum est *Carthaginiensis*. Neque tamen erat, cur prius mutaretur, cum eadem forma et alibi in libris, etsi non semper constanti consensu, occurrat. Ita Frontin. 5, 1, 3. Valer. Max. 1, 7. ext. 8. et alii. Sic Cod. Gothanus perantiquus in Eutropio 2. 21. et alibi. Tuentur etiam multi viri docti, veluti Scaliger ad Priap. carm. 32. Vossius de arte Gramm. 1, 43. Gruterus in indice Grammatico inscriptionum h. v. in Curtiano Freinshemius, Tennulius ad Frontin. 1, 2, 2. Adsunt praeterea inscriptiones antiquae, quae cognosci possunt apud Gruterum p. 174. n. 3. (etsi in Hispania) 349. n. 1. 3. 586. n. 9. ubi scilicet monente Boissardo falso ille retulit. Alii iique plures inserendum *i* putant. Ita nempe in Ennii versu apud Ciceron. pro Balbo c. 22. legitur. Accedit columna Duiliana, in cuius basi scriptum cernitur *Cartaciniensis*, more antiquo, quo *G* pro *C* ponebatur. Cf. Norisius ad Cenotaphia Pisana diss. 4. c. 5. p. 475. item fragmenta Fastorum apud Reinesium 4, 7. p. 341. Ex priori contra Vossium c. l. disputat Mazochius ad tab. Heracl. p. 357. Accedunt codices veteres, in iisque maxime Florentinus 1. Orosii cum Pandectis Florentinis. Denique ex Grammaticis Priscianus lib. 4. p. 633. a genitivo *Carthaginis* ita derivat, ut abiecto *s* addatur *ensis*. Si similes formas respicias, eadem viget disceptatio. Sic *Crotonenses* plerique codices in Frontino 3, 6, 4. ubi tamen inserto *i* dedit Oudendorpius. Sic *Vibonensis* et *Vibonienſis* in Livio 21, 51. f. ubi illud praefertur, ut in Ciceronis epist. ad Attic. 16, 6. Noti sunt *Sulmonenses*, *Tarraconenses*. Eadem variatio valet etiam in aliis, etsi ex alio fonte ductis. Sic *Catinensis* praefertur apud Cicer. in Verr. 3, 43. Frontino 3, 6, 6.

quia in Graecis sit Κατινεύς. Cf. Berkel. ad Stephan. p. 460. et de nostra voce, quae disserunt Heusingerus aliique ad Nepot. 22. in. Carolus ad Gellium 3, 7. Arntzen. ad Aurel. de V. I. 37, 2., Cellarius in orthogr. Lat. T. 2. p. 200. ed. Harles. viri docti ad Livium 28, 26. in. et quos nominant. Cum utraque forma promiscui usus fuisse videretur, vetustioris altera, altera recentioris, placuit referre scripturam codicum. In sequentibus Prag. omittit voces *a suis*, et pro *ostium*, quod tuentur codices, exceptis Vindob. forte etiam Venet. et Havn. editiones 1. 2. 3. 4. 5. omninoque omnes praeferunt *ostia* ad Vossium usque, qui revocavit *ostium*, quod supra ad 2, 4, 6. probavit I. Gronovius. Sic Cicero pro lege Manil. c. 12. dixit *Oceani ostium*. Hinc Cibin. subiicit *exisse*, Vindob. *circumventus*.

non se mari sed commeatu) Sic habent omnes codices mei, vitiose tantum Gud. *cum meatu*; Vindobon. *comeatu*. Sic etiam omnes edd. ad Vossium, qui dedit *non se mare, sed commeatum*, solis sequentibus 40. 41. 42. TZSCHVCKE. Malo *non se mare, sed commeatum defecisse retulerat*. Sup. paullo *etsi* expungo. SCHOTTVS. Rescripsimus *non se mare* — Sic legendum esse, observatum iam olim auctori praetermissorum ad Melam, quem Pintiani castigationibus subiunxit optimus Schottus. VOSSIVS. Non renuit hanc lectionem Kappius in indice. Nempe quaeritur, an vulgaris veterum librorum structura ex usu linguae probari et stare possit. Reperitur quidem illa passim, ut in Frontino 1, 7, 1. *ea, quibus deficimus*, quod quidem praebent omnes codices, et Latinissimum etiam censet Tennulius, qui inlustrat ex Columella 3, 10, 4. et Suetonio de Grammaticis cap. 3. f. Sic in eodem Frontino 3, 15, 4. codices quidam *deficere frumento*. At maxime ad priorem locum obnititur Oudendorpius, pernegatque dici posse *aliqua re deficere*, pro *carere, indigere*, idque docuisse Heinsium ad Ovidium

epist. 5, 150. et Gronovium ad Senec. epist. 30. Ipse addit causam hanc, quod res nos deficere dicatur, et nos hinc re deficiamur, non deficiamus. Inde Columellae locum explicat, cum in Suetonio iam dudum recte emendatum fuerit. Nempe librarii saepe, omissa nota literarum *ur*, ex passivo verbo neutrum fecerunt, in primis in hoc, vel etiam *r* mutarunt in *s*, cuius negligentiae multa exempla, adscitis bonis codicibus, adtulit Heinsius. Sic apud Lactantium 1, 3, 15. pro *deficimus* in cod. Bononiensi vetusto et optimo exstat *deficimur*. Omissionis exemplum sistunt tantum non omnes codices in Suetonii Aug. c. 84. m. ubi consuli possunt, quae prolixius disputant Goesius et Oudendorpius, hic etiam antea ad Frontinum c. l. et Iul. Caes. de B. G. 8, 3. Sic utrumque iactant libri in Valerio Max. 8, 3, 2. In Columellae quidem loco constanter legitur *importuna parte deficit*, quod et retinuit Schneiderus. At res ipsa sensusque docent, in ablativo subesse languoris causam, quare etiam recte Schneiderus explicavit per *propter*. Constantior igitur et certior usus postulat, ut legatur *non se mare, sed commeatum*, uti etiam memorant hunc locum Salmasius ad Solinum cap. 56. f. 60. p. m. 877. et Ludolf. in comment. hist. Aethiop. 2, 1. in. At casus personae, quem vocant, variatur in auctoribus, et modo dativus, modo accusativus additur, de quo vid. Burmann. ad Propert. 1, 1, 7. etsi accusativum praeferunt Drakenborch. ad Liv. 22, 49, 3. Heinsius ad Ovid. Amor. 1, 8, 95. Metam. 2, 382. et quos produxit ad Valer. Max. 7, 2, 9. ext. Torrenius.

memoratu) Cibin. *memoratur. Retulerat;* nempe τὸ *r* ex geminatione natum est; reliqui cum Ciaccon. *memoratu*, uti editiones veteres. Vadianus in ed. 16. dedit *memoratum* et hinc 18. 22. 24. 25. omninoque, quae ex Vadiani et Olivarii ratione pendent, cum Vinetiana; Schottus *commentario* minusculis quidem literis;

Vossius primam formam aliis praeivit. TZSCHVCKE. Verbum *memoratum* otiosum mihi videtur; vel lege, si placet, *memoratur retulisse*. Ipse Auctor paulo post *Hoc Hanno retulit*. PINTIANVS. Forte *commeatu defecisse in mari retulerat*. CIACCONIVS. Turnebus c. l. τὸ *memoratum*, quod in vulgatis legitur, delet, pro quo Franc. Sanctius *commentario* reponebat. Forte, quod Plinius lib. 2. cap. 67. navigationem eam in literas misisse Hannonem scribat. Ego a vulgata lectione ne latum quidem unguem discedendum censeo. [Sed v. antea.] Nec enim abhorret ab hoc dicendi genere Mela, pro *memorandum* seu *memoria dignum*, quod quivis in eius lectione non admodum hospes facile, vel me tacente, iam observavit. Plinii verba, quia hinc tralata, ob oculos ponam, ut conferri inter se queant. *Hanno Karthaginis potentia florente, circumvectus a Gadibus, ad finem Arabiae navigationem eam prodidit scripto; sicut ad extera noscenda missus eodem tempore Himilco. Praeterea Nepos Cornelius auctor est, Eudoxum quendam sua aetate, cum Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum, Gades usque pervectum; multoque ante eum Coelius Antipater vidisse se, qui navigasset ex Hispania in Aethiopiam commercii gratia.* Haec ille. Vide supra cap. 5. extremo. SCHOTTVS. Qui hic *commentario* pro *memoratum* reponunt, Plinii se auctoritate tueri possunt lib. 5. cap. 1. *Fuere et Hannonis Carthaginensis ducis commentarii, Punicis rebus florentissimis explorare Africae ambitum iussi; quem secuti plerique e Graecis nostrisque ad alia quaedam fabulosa et urbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria ulla, nec vestigium exstat.* IDEM. *Memoratus* vocabulum recte sese habet. Plinius pro hoc *commentarium* substituit. *Memoratus* idem est, quod *memoratio*, διήγησις. Et sic, nisi fallor, rectius possit appellari Periplus iste Hannonis, qui hodie etiamnum exstat, et brevem quidem, sed tamen verissimam commemorationem continet. VOSSIVS. Cum omnes libri

hanc vocem tueantur, eaque alibi etiam occurrat, probanda utique videtur sententia Vossii, nec alius sensus subesse. Sic Virgil. Aen. 1, 98. *voce referre.* Posuit igitur pro simplici *memoraverat.* Plinius 6, 36. s. 31. utitur verbo *prodidit.** Asperitas, quam infert vulgata lectio in verbis *commeatu — memoratu* superiori emendatione tollitur, etsi tum alia succedit in vocibus *se mare.*

Eudoxus) Parif. 3. *Eudorus;* Gud. *Eudosus;* alii recte *Eudoxus.* Edd. 1. 2. 9. *Cudorus;* 6. 7. *Eudosus.* Notum hoc. Pro *quidam* posteriores Vadianae edd. cum iisque 30. 31. 32. habent *quidem.* Videtur consulto id recepisse, si Eudoxum, mutata sententia, quam antea in notis exposuerat, credidit fuisse Platonis ἑταῖρον, quem hic passim commemorat celebrem mathematicum, de quo *quidam* minus apte diceretur. At fuit hic, quod et vox *avorum* indicat, alius Eudoxus, navigator, de quo plura refert Strabo lib. 2. p. 67. s. 98. ubi *quidam* rectius adhibetur. Et sic legitur in Plinio 2, 67. s. 66. et Martiano Capella lib. 6. p. 201. Operarum tamen vitio eam mutationem inlatam puto. Post *pravo* Havn. Prag. Vatic. 3. *annorum* pro *avorum.*

Lathurum) Varie vexatur a librariis. Vatic. 1. Venet. Bonon. *Lathamin;* Parif. 2. *Lathanim;* Lipf. Havn. *latamin;* Gud. *tamin;* Vatic. 3. Prag. *Latanum;* Vindob. Rehdiger. *Lathanum;* Cibin. Parif. 3. *Lachanum;* Parif. 1. *Latinum.* Nec mitius agunt editiones. Nam 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Lachanum;* 17. *Lathanum;* 15. 20. 23. *Lanthanum;* 16. 18. 22. Vadianae *Latyrum;* 21. 24. 25. Olivarianae, ex Vadianis 32. cum Schotto *Lathyrum;* veteres aliae, in quibus 13. post Vinetus, Vossius, ceteri *Lathurum.* TZSCHUCKE. *Lachanum)* [male edd. Gronov. *Iachanum*] Scribo *Lathurum,* sive *Lathyrum* ex Plinio, [2, 67.] Strabone, [lib. 17. p. 547. s. 795.] ceteris, qui de hoc ipso Eu-

doxo et rege tradunt haec. BARBARVS. Cum hi auctores ſcribant per *u*, etſi etiam per *y* libri quidam Pliniani 6, 35. ſ. 30. quod eodem redit, retinui illam ſcripturam, quam unice adeo veram et hic et in Plinio pronuntiat Salmaſius ad Solin. p. m. 877. et probat Ludolf in hiſt. Aethiop. 2, 1. in. Ipſa vero emendatio ex Plinio ſtabilitur. Forte idem nomen corruptum latet in Cicerone epiſt. ad div. 2, 12. Proxima verba Burmannus ad Suetonii Calig. c. 48. ſic conſtituit: *Alexandria profugeret.* At nulla opus eſt mutatione. Ita et Plinius c. l. ſimpliciter *cum Lathurum regem fugeret.* Alexandriae rex i. e. Aegypti, ut *reductio regis Alexandrini* apud Cicer. ad diverſ. 1, 7. Cf. ad Ampelium cap. 35. Praeterea Ludolf c. l. malebat *fugerit*, offenſus forte ſtructura, quam tamen vindicavit Graevius ad Ciceron. ad Attic. in epiſtola Antonii 10, 8. Et ſic Curtius 10, 2, 20. *Ne ſervi quidem*, inquit, *uno grege profugiunt dominoſ.* Poſt in Vindob. exciderunt verba: *per hoc pelagus.*

pervectus) Cibin. *provetus*, ut Prag. et is, quem inſpexerat Oudendorpius. (vid. ad Caeſ. de B. C. 2, 3.) Vtriusque particulae in compoſitis commutatio frequens eſt; dilectus a iudicio pendet, quod uſus regit et nexus. Hic praeferendum eſt *pervectus* tamquam efficacius et a MSStis aliis praeterea probatum. Tum Plinius 2, 67. in hac narratione eodem utitur verbo in amico librorum conſenſu. Sic idem praeferunt libri in Caeſare c. l. et Oroſio 16, 19. f. ubi cf. Oudendorp. et Havercampus. In Plinio quidem videatur olim fuiſſe etiam *profectus*, ſi recte illum locum reddidit Aeneas Sylvius in hiſtoria rerum ubique geſtarum ſ. de Aſia p. 283. (ed. Baſil. 1551.) et facile haec verba commutari poſſunt, quod et exemplis docuit Drakenborch. ad Liv. 21, 2, 4. Sed et idem ex Plinio refert *Lathyrum* et *Eudoxius.* *Profectus* tamen legit etiam Ludolf c. l. ubi hunc locum refert. Nec aliter Schottus in fragmentis Nepotis, ubi

totum hunc locum, quem in ipso Mela intactum reliquit, ita effingit: *per hoc pelagus Africum — profectus est.* Post Venet. *Cornelius Nepos*, ex quo repetiisse et hoc videntur edd. 15. 17. 20. 23. Prius tamen libri alii omnes omittunt.

notae sunt aliqua) Sic Vaticani, Cibin. Lipf. Gud. praeferunt; Parif. 1. *notae sunt aliquae;* alii, in quibus Parif. 2. 3. Prag. Rehdiger. Havn. Venet. *nota sunt aliqua;* nec aliter editiones ad Vossium usque, qui reposuit *notae sunt aliqua*, quod constitit. TZSCHVCKE. *nota)* Si Eudoxus universam istam oram circumnavigavit, iam non aliquae tantum partes, sed universum hoc littus aequaliter ipsi notum fuit. Paulo itaque nasutior facile viderit legendum: *ideo eius orae notae sunt aliqua.* Sic quoque infra loquitur, *aliqua credibile est*, pro aliquatenus, aut aliqua parte. Hoc locutionis genus non semel apud Terentium, Virgilium aliosque occurrere norunt, qui Latine sciunt. VOSSIVS. Ellipsis in similibus usitata, quae non indiget inlustratione. Ipsa lectio non libris solum, sed et ipsa re probatur.

§. 4. *modo deserta)* Vatic. Prag. Havn. Vindob. inverso ordine *deserta modo.* Tum Cibin. Prag. Havn. Vindob. uti edd. 25. (in altero quidem exemplari) 30. 32. 37. Lugdun. 1538. inepte *multi populi.* Prag. particulam *pro* ante *eloquio* et *etiam* ante *cohaerentibus* ignorat; idem mox et Rehdiger. scribunt *sonu;* Vindob. *coercentibus* pro *cohaerentibus.* Post Prag. *nisi quod etiam sub naribus;* Venet. et ed. Saling. 1538. *nisi quod naribus;* Ciaccon. *eis* pro *etiam.* Denique Cibin. Rehdiger. post *fistula* omiserunt *est.* TZSCHVCKE. Dictionum ordinem vitiatum esse puto, scribendumque: *Aliis labiis etiam cohaerentibus, naribus etiam, nisi quod subest fistula*, ex Plinio [6, 35. f. 30.] et Solino. [cap. 30. f. 33.] PINTIANVS. Verba: *alii sine sono linguae, alii*

sine linguis, non videntur esse Melae, sed alterius, qui in margine exposuit *mutos et cohaerentibus labris* sine sono linguae esse et sine linguis. CIACCONIVS. Forte *sub naribus eis fistula est*. IDEM. *Eis fistula* malim quam *etiam fistula*. SCHOTTVS. Plinius sic: *Pars ore concreto et naribus carens uno tantum foramine spirat*. Solinus: *Aliis concreta ora sunt, modico tantum foramine calamis avenarum pastus hauriunt*. Suo sibi quisque ingenio et arbitrio haec monstra singebat, ut pauciora modo, modo plura daret. Tum varias eorum formas inserta explicatione descripsit Mela, quod vox *alii* docet. Praeterea in Pintiani lectione τὸ *etiam* proxime recurrens moleste ferit aures, quod nec longiori intervallo repetitum satis placet. At τὸ *eis* languet. Ceterum a verbis: *Sunt autem* capitis 48. initium ducitur a Vineto.

avenis, et) Cibin. *avent*, et supra *habent;* posterius etiam in varr. edd. 27. et 29. legitur et in Pragensi; reliqui omnes mei, etiam Zalusc. cum edd. vetustis, tum Vadianis et Olivarianis *avent, sed;* Vinetus *bibere habent, sed;* Schottus *bibere avenae calamis; et quum;* inde a Vossio receptum *bibere avenis, et, cum.* TZSCHVCKE. Locus est mutilatus: Lego *per quam bibere avenae calamis, et cum incessit libido vescendi grana singula frugis eius passim nascentis absorbere dicuntur*, ut *bibere* sit modi infiniti, ex Plinio et Solino. [c. c. l. l.] PINTIANVS. Forte leg. *bibere avenis, et cum incessit libido* etc. Vid. Plin. 6, 30. [s. 35.] CIACCONIVS. *Avenis* recte Salmasius, [ad Solin. cap. 30. s. 33. p. m. 274.] et ante illum Nunnesius et Ciacconius, e quorum notis excerpta sunt praetermissa in Pomponium, quae Pintiani castigationibus subiunxit And. Schottus. Ea enim non prodiisse ex cerebello Schotti, qui nasum habet, facile divinabit. VOSSIVS. Si Plinium Solinumque audias, qui idem narrant, de veritate huius emendationis non dubitabis, nec addenda cum Pintiano sine graviori causa putabis,

quae codices repudiant. *Avena* simpliciter de calamo intelligi debet. In sequ. Prag. habet *nascendi* pro *vescendi;* paullo inferius *sunt in quibus*, et cum Vatic. *Eudoxii*, ut supra Aeneas Sylvius.

visus) Sic omnes mei codices, tantum Prag. *adeo visus*, sed Paris. 3. *usus*, uti exstat in edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianis, Olivarianis, Schotti; Vinetus, Vossius reliqui *visus* cum codicibus apteque ad rem; probat etiam Ciacconius. Sic *invisitatus* et *inusitatus* miscentur, de quo Drakenb. ad Liv. 4, 33, 1. et 5, 35, 4. Cf. et Iaeger. ad Nazarii panegyr. cap. 25. in. Post Lips. *mirumque in modum;* Vindobon. *et flammas ardentia;* Lips. *addere* pro *abdere*. Tum Vatic. *nocerit* et *licuerit;* Gud. *noceri maxime licuerit;* Prag. *nocere maxima licuerit;* Cibin. *licuerit* etiam; Paris. 1. 2. Havn. *noceri maxime libuerit*.

§. 5. *litoris)* Sic omnes codices et editiones; praeter 15. 20. 23. in quibus legitur *littoribus;* 17. cum aliis redidit *littoris*. Post Gud. *narrat;* Lips. Rehdiger. *hyrsutas*, uti solet; Cibin. (hic etiam *coytu*) Vaticani et optimus Leidensis, opinor Voss. 1. teste Oudendorpio ad Sueton. Aug. c. 21. *marum*, de qua forma cf. quae ibi ille disseruit. Reliquae variationes in hac narratione, leviores quidem, hae: Prag. *et quidem* pro *ut quaedam;* Vindob. *ut quae;* Prag. *vis* pro *vix;* Cibin. *contineri non reluctentur*. Schottus adposuit: *ut captae contineri*. TZSCHUCKE. Cur quaedam poterant, quaedam non poterant, si omnes erant asperis efferisque moribus, ut paulo ante dixit? Rectior ergo lectio, *ut captae contineri* etc. PINTIANUS. Pro *includit* Ciacconius coniicit *claudit*, et pro *hirsutas* ex Solini cap. ult. cui poterat addere Plin. 7, 36. s. 31. *hirtas*. Parum refert aut nihil; *includit* etiam aptius est: Idem etiam *quaedam* redundare

putat. Melius quidem poterat abesse, quam cum Pintiano mutari. Quo usque enim processerit feritas, exemplo aliquo docere vult Mela, nec illud ab omnibus petere poterat, vel debebat, sed in quibus id experientia docuerat. Verba *Super eos* cap. 49. incipiunt in ed. Vineti.

Hanno) Quidam efferunt sine adspiratione, ut Gud. Prag. Sed haec nota et in voce *Hannibal* excussa. Post Gud. *coriis pertullerat*; Vindobon. *occasis cona*; Paris. *occisi coriam*; Cibin. *corea.*

θεῶν ὄχημα) Codices, in quibus etiam Cibin. tantum *theon*; Vindob. *teon*, et sic edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. unum vocabulum *theon* habent; 6. 7. 8. 10. 12. 13. reliquae addunt *ochema*, priores Latinis utrumque, posteriores Graecis literis inde a 15. 16. 17. TZSCHUCKE. *Theon)* Addi potest *Ochema*, ut legas *Theon Ochema*, hoc est, Deorum vehiculum ex Plinio, [6, 35. s. 30.] Strabone, ceteris, [Hannone p. 5. Hudf. Ptolem. 4, 5.] id est, *θεῶν ἔχημα*. BARBARUS. Alterum etiam omisit Boccatius c. l. *ut peon*, inquit, *nominetur a Graecis*. Sine dubio recte subplevit Barbarus. Post Prag. *ignis*.

§. 6. *longo tractu longis litoribus)* Emendatius, ut puto, *longo tractu longi litoris*. PINTIANUS. Suspectum est illud *longis*, et forte vacant ista verba *longis litoribus obductus*. CIACCONIUS. At tales repetitiones cum inversione formae amat Mela. Superbi ista sunt fastidii iudicia. Nec necessaria est Pintiani emendatio; illi enim ablativi explicationem modi inferunt. Prag. ceteris omissis ita nectit: *obductus* magis *campi*, *ut*.

perspici) Sic Voss. 1. 4. Mediolan. Lips. Cibin. Rehdiger. in reliquis est *prospici*, quod et tenent editiones omnes ad 42. cum Reinoldianis; hinc ab ed. 44. Abr. Gronovius reposuit *perspici*, quod coniectura adse-

cutum fuiffe notat Perizonium, et Curtii loco 4, 12. inluſtrat, ubi haec: *Sed caligo, quam circa humidi effuderunt montes, univerſam quidem rei faciem non abstulit; ceterum agminum discrimina atque ordinem prohibuit perſpici.* Addi poteſt Livius 9, 10, 7. et 22, 6, 8. ubi *perſpicere* etiam ad caliginem refertur, ubi quidem retinuit Drakenborchius, ſed in nota monuit, quod locus altus ſimul commemoretur, aptius videri *proſpicere*, cum quo verbo non ibi ſolum commutatur, ſed et in aliis, veluti Frontino 1, 2. in. ubi disputant viri docti. Cf. Oudendorp. ad Lucan. 7, 199. et de frequentativis ad 7, 699. Tale aliquid antea adfuit in *pervectis*. Hic placet cum Gronovio *perſpici*, quia ſic magis augetur notio camporum patentium reſpectu collis, ex quo proſpectare licet campos, minime tamen propter ambitum receſſusque longos penitus cognoſcere.

Hinc opinio cauſae) Ita exhibent omnes Abr. Gronovii codices et mei cum editionibus veteribus; tantum Prag. cum Havn. omiſit *cauſae*. Primum vox *cauſae* mutata transiit in *ea* in ed. 24. et hinc ita legitur in omnibus Olivarianis, Vineto, Schotto, Voſſio, 40. 41. 42. Poſt cum Reinoldio revocavit *cauſae* A. Gronovius in ed. 44. unde in reliquis etiam recepta vox manſit. TZSCHUCKE. *Hinc opinio ea —)* Permutato ordine melius: *Opinio ea hinc fidem cepit.* PINTIANUS. Prior lectio fuit, *hinc opinio cauſae fidem cepit*, quod non erat mutandum. *Cauſa* pro *re* hic accipitur, uti ſaepe. VOSSIUS. *Hinc* poterat utique aptiorem locum in poſtrema parte ſortiri, quia ſic in fronte poſitum conſecutionem innuit, cum explicationem ſubiungat. Equidem enim locum ſic intelligo: Opinio ſ. fama (ut ſaepe in Iuſtino) de cauſa, cur Panibus Satyrisque campi illi adtribuantur, inde nacta eſt fidem, quod — Nempe cum ſigna Deorum, quae recenſet, et cernerentur et audirentur, quia Panes Satyrique ex minorum Deorum numero

in campis versari solent, horum in primis dicti sunt habitique. Ita vis propria vocis *causa* servatur, quae simpliciter nudeque non valet res, sed adiuncta notione, quae ex solemni eius usu arcessitur. Pro *fidem cepit*, quod habent Gronoviani, ex meis Rehdiger. Lips. dant *fidem facit;* Prag. Havn. *fidem fecit.* Editiones 6. 7. 8. 10. 16. 18. 22. Vadianae *fidem coepit. Cepit* moveri non debet, cuius glossa est *fecit.* Vox *vestigia* a Cibin. exsulat. A verbis *Hinc opinio* capitis 50. initium est in ed. Vineti.

in diem) Ciaccon. *per diem;* Venet. Vindobon. Rehdiger. omissa lineola *in die.* Tum Ciaccon. *castra* redundare minus bene putat. Porro lectionem *magis humanis* memorat. Deinde Voss. 1. Cibin. et ed. Vineti legunt *ostendunt;* Cibin. *audiuntur* omisso *que.* Alia leviora sunt.

§. 7. *rursus)* Deest in Cibin. Sequentia verba *nec iam dites* ex suis MSStis referunt Vossius et A. Gronovius, nec aliter in meis adfuerunt. Idem valet de editionibus vetustis et deinceps sequentibus ad Olivarium in ed. 25. qui maluit dare *nec tam dites,* cum in ed. 24. quam repetere alias solet, legatur *nec iam dites.* Secutae sunt pleraeque Olivarianae, (nam aliquae retinent *iam,* uti factum a Stephano et in antiquitatum varr. auctoribus p. 577.) et ex Vadianis 30. 32. 34. 37. cum Schotto; in aliis est *nec iam.* TZSCHUCKE. Forte, *nec tamen dites.* CIACCONIUS. Perizonius margini paternae editionis adscripserat: „Ex Vossiana editione vitium typographicum. Al. *tam.*" et in Vossiana ed. idem correxit *tam* pro *iam,* quomodo ediderunt Sanctius, Stephanus et Schottus, renitentibus MSS. A. GRONOVIUS. *Iam* passim ita occurrit, ut in progressione ad comparationem praecedentium locorum, hominum, rerum, de quibus omnino sermo institutus erat, referatur, veluti 2, 4, 7. Cf. ad Eutropium 2,

11. f. 6. Ita verò saepe additur negandi particula, ut sit idem, quod non amplius, uti adparet ex iis, quae Schefferus et Burmannus notarunt ad Phaedrum 1, 8, 3. hic etiam ad Quinctilian. 6. praef. et ad Ovid. A. A. 2, 93. Intendere etiam negationem exemplis positis docuit Wopkens in miscell. observ. Vol. 10. p. 25. Neque tamen, utrum huc transferas, sensus inde loci exsistit commodus et lenis. Cum enim alios Aethiopes hic subiiciat, eosdem videntur verba haec indicare. Porro cum in omnibus MSStis et vetustis editionibus desint voces *ut hi*, quae primus inseruit Vadianus, et hinc Olivarius, uterque cum suis, et post alii retinuerunt, aliena plane sunt et falsa, quae sequuntur, *quos diximus*, etsi Ciacconius et illa, *ut hi*, redundare putat. Immo comparationem cum superioribus Aethiopibus instituere voluisse, aperte declarant adiecta, *nec ita corporibus similes*. Hinc vero intelligitur excidisse particulam, quae comparationem sustineat. Vt igitur haec apto nexu constent, legendum utique videtur: *nec tam dites, quam quos diximus.* Vt enim *iam* et *tam* in librorum nostrorum scriptura facile invicem permutari possunt, ita etiam saepe et vere permutari docuit praeter alios Drakenborch. ad Liv. 21, 11, 12. *Quam* vero facile ex compendio scribendi et propter sequens *quos* absorberi vel excidere potuit. Ita igitur dare visum est. Quod non *tam* subiicitur, sed *ita*, in eo nemo, puto, haerebit.

'Εσπερίων) Varie effertur. Lips. *hesprio;* Prag. *hisperio;* plerique, Cibin. etiam, *hesperio*, uti editiones omnes ad Vossium; tantum 34. *Hesperii;* Vossius et ceteri 'Εσπερίων. TZSCHVCKE. Scribo *Hesperii.* Nihil *Hesperiis Aethiopibus* apud cunctos Geographos notius. PINTIANVS. Bene, sed melior Vossiana lectio, quia propius accedit ad libros, et in Paris. 2. et 3. adeo exstitisse videtur, cum ex primo solum *Hesperio* notatum invenerim. Post pro *fons* Prag. inepte *mons.* Ceterum a

verbis *Tunc rurſus* novum caput (16.) exorditur Reinoldius, cui inſcribit: *Aethiopes Africae ſpectantes meridiem.*

§. 8. *aliqua)* Lipſ. Rehdiger. *aliquando;* Prag. Venet. Havn. Bonon. *aliqua origo;* Cibin. *aliquatinus;* Voſſius ex ſuis adfert *aliquatenus, aliquando* et *aliqua ergo;* alii ex meis *aliqua*, ut Vaticani, Gud. Pariſienſes, quod conlationis ſilentium indicat. Et ſic veteres editiones cum primis Vadiani 16. 18. tantum 13. *aliquem;* 15. 17. 20. 23. poſteriores Vadiani 22. et hinc aliae, 30. 32. 37. *aliquibus;* 21. 24. 25. 26. 27. 28. Vinetus, Schottus *aliqua parte;* Voſſius et ceteri *aliqua.* TZSCHVCKE. Dictio *parte* redundare videtur. CIACCONIVS. Legendum *aliqua credibile eſt.* Sic quoque paulo ante: *notae ſunt aliqua.* VOSSIVS. *Parte* non opus erat adiicere, quam ellipſin ſatis etiam uſus probet. Forte tamen ex Voſſianis et Cibin. legi recte etiam poſſit *aliquatenus.*

Nuchul) Vitiatum hoc nomen variisque formis agitatum ſubminiſtrant libri et auctores. Vatic. Pariſ. 1. Rehdiger. Cibin. Venet. Bonon. Prag. Gud. *nunc;* Lipſ. *hunc;* Pariſ. 2. 3. Havn. Vindob. forte *Nuchul;* Ciacconius adſcripſerat, alias *Nicris;* Voſſius ex ſuis *nunc* et ex uno tantum *nihil.* Editiones *Nuchul* praeter Schottum, qui dedit *Nuluch.* TZSCHVCKE. Hermolaus in Plinianis caſtigationibus lib. 5. [cap. 10. ſ. 4.] *Nulück* in Pomponio legit, non *Nuchul.* PINTIANVS. *Nigrin* videtur Plinius appellare lib. 5. cap. 9. et lib. 8. cap. 21. [ſ. 32.] ubi de Catoblepis. In Aethico, [p. 726. ed. Gronov. ubi infra notatur *Nylum*] a quo Paullus Oroſius lib. 1. [cap. 2.] omnia eſt mutuatus, *Nuchul* ſcribitur transpoſitis litteris. Vulgatam lectionem libenter ſequor, cum alii ſcriptores auctoritatis pondere nutare non cogunt. Minus etiam a Nili nomine corruptum *Nuluch* a barbaris,

quam *Nuchul.* Sed haec arbitrarii iuris sunto. Non enim ex his pendent fortunae Graeciae, ut ille ait. SCHOTTVS. Mira constantia veterum librorum sic scribentium; *et nunc ab incolis dicitur.* In uno tantum repperi: *Nihil ab iucolis dicitur.* Nilidem appellat Plinius, [5, 10. s. 4.] si vera est scriptura; libri enim meliores manu exarati *Nullidem* hoc loco habent, aut *Niludem,* quemadmodum etiam in optimo nostro Solini exemplari [cap. 35. s. 32.] a prima manu scriptum fuisse videtur. Iulius orator, qui vulgo Aethicus dicitur, [immo vere Iulius Honorius p. 700. in ed. Gronov.] *Nilotin* vocat. *Fluvius Nilotis nascitur in Atlante; procurrens* [*qui currens,* Gron.] *lacum efficit, qui Nilotis appellatur sine aliquo exitu: Currit millia CL.* [desunt haec apud Gronovium.] Sic codex antiquissimus Thuanaeus, multo quidem vulgari auctior, verum etiam illic aeque ineptus auctor. Orosius, [1, 2.] quique eum sequitur anonymus, qui Aethico subiungitur, Nuchul hic habent. *Fontem Barbari Dara nominant, caeteri vero accolae Nuchul vocant.* Si haec lectio proba est, utique sic scripsit Mela, *Nuchul ab accolis vocatur,* Syris et Arabibus נחל flumen dici, notum est. Vt tamen verum fatear, ne huic quidem fido vocabulo, cum mirum in modum varient exemplaria. Interim, si de appellatione nihil certi adfirmari possit, res saltem constat. VOSSIVS. *Nihil,* quod ex uno codice notat Vossius, legi etiam in Pragensi Orosii 1, 2. ubi ex aliis Havercampus p. 18. adfert *Nebul, Nubul, Nichul* et *Nuchul,* quod et ipse dedit. Ita vero etiam legitur apud Geogr. Ravenn. 3, 1. et Boccatium de flumin. s. v. *Nuthul,* qui et *Dara* cum Orosio commemorat. Plinius 5, 10. s. 4. *Nilidem* vocat sine librorum interpellatione, uti codex Grotii in Martiano Capella lib. 6. p. 218. ubi vulgo editur *Hilidem.* Prius etiam hic habet Solinus c. 35. s. 32. Quod *Nicris* memorat Ciacconius, ex Plinio 8, 32. s. 21. ductum videtur, ubi fons *Nigris* apud Hesperios Aethiopas Nili caput dicitur, et Catoble-

pas in vicinia ponitur, quod ad nostrum locum accommodari possit. Eo etiam pertinere videtur, quod adpositum legitur in tab. Peutinger. 7. E. *hoc flumen quidam grin vocant; alii nilum appellant; dicitur enim sub terra etyopum in nilum ire lacum.* Forte hic est *Gir* Ptolemaei 4, 6. et Agathemeri 2, 10. f. qui tamen utrumque a Nigro distinguunt, cum alii, veluti Edrisius, Nilum Nigrorum vel diversa Nigri brachia commemorent, quae Ptolemaeus in Nigritem paludem deducit, qualis est Nilis Plinii et Solini. Neque solum Nilum ab Arabibus vocari, sed et easdem incrementorum vicissitudines, quas Nilus, experiri testatur Niebuhr über das innere von Africa in dem neuen deutschen Museum an. 1790. P. 10. p. 978 sq. Accedit Plinius 5, 8. qui non solum hoc confirmat, sed et easdem plantas et animantes addit. Cf. de hoc Nigrorum Nilo pluribus disserentes Danvillius in Memoires — de Paris T. 26. p. 987. et in primis Hartmann, diversa etiam cursus notatione, ad Edrisii Africam p. 12. et alibi, et quos memorat. Quae cum satis prodant nominis obscuritatem et ambiguitatem, si quid potest, ex Melae verbis elici debet. Dicit autem non alio ibi nomine Nilum videri adpellari, quod tamen sit corruptum. Igitur subest certe aliqua nominis similitudo, ad quam proxime accedit *Niluch* s. potius *Nuluch*, quia in *u* omnes fere consentiunt. Non enim quaeritur, an Mela ipse hoc nomen effinxerit, uti putat Faber über den Orient Vol. 2. p. 225. sed quomodo ab Melae manu prodierit. Retinui equidem *Nuluch*, ne ad aeque incerta eum deducerem. Quod Vossius mavult *accolis*, non est necesse, cum ad Aethiopas ipsos, regionis illius incolas, omnino referri commode possit, etsi et *accolae* apud Orosium et Boccatium bene habet. Pro *dicitur* Vatic. 3. habet *dici*. Tum Ciaccon. *et videri potest nunc alio nomine.*

corruptus) Ita codices et antiquae editiones cum 7. 8. Ald. et Iunt. Post edd. 3. 4. 5. 6. 10. 11. 12.

14. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae et Vinetus *corruptius*. Prius revocavit Schottus et propagavit Vossius. TZSCHVCKE. Latinis enim *Nigris* vocatur. Aliqui codices, quos viderim, sic habent, *sed barbaro ore corruptius*, *aliter purius Nigris*, ut sensus sit barbare Nuchul dici, cum purius aliis Nigris dicatur; sed alia mihi lectio potior est. Indicat enim, Nuchul barbaris adeo aspere dici, ut ex nomine prope alio alius existimari possit fons, cum re vera non nisi barbara, hoc est, durior prolatio vocabuli discrimen facere videatur. VADIANVS. Malim *sed a barbaro ore corrupto*. Nempe nomen Nili corruptum a barbaris in Nuchulis, aut Niludis. VOSSIVS. Vulgata tamen sensum commodum adfert et praeterea codices reddit. Vatic. 3. *a* ante *barbaro* omittit.

Alit papyrum) Locus mire deformatus. Ciaccon. *aliter pirum et minora*; Vossius ex suis omnino in appendice *alit et pyrum*, in notis, *aliter putant*, et sic habere optimos et antiquissimos codices adfirmat. Iac. Gron. ex suis *aliter pyrum*, ex Chis. *aliter pyrhum*; A. Gronovius silet. De meis haec: Vatican. 1. Cibin. *aliter pyrum*; Lips. Gud. Vindob. Paris. 1. 3. Rehdiger. *aliter pirum*; Paris. 2. Vatic. 3. Venet. Havn. Prag. *aliter putant*; Stephanus (vid. praefat.) ex suo codice notat *alit et papyrum*; Boccatius, qui Melam reddere solet, de fluminibus s. v. Nilus ita: *Nonnulli putant eum ex fonte quodam prodire, qui apud hesperos aethyopas est; ab incolis aliter pyrum seu prium* (quod quidem in nullo libro inveni,) *appellatur*. Edd. 1. 2. 3. 9. 13. *aliter pirum*; 4. 6. 7. 11. 12. 14. 15. 20. 23. *aliter purum*; 5. 7. 8. 17. *alter purum*; 10. 19. *alit et crocodilum*; (19. *crocodylum*;) 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum Schotto *alit et flumen*; Vinetus *alit et papyrum*; Vossius et reliqui *alit papyrum*. TZSCHVCKE. *Alit et flumen*) Aldus et brevius et minus corrupte *Alter purum et minora* etc. Scribendum reor *Aluntur minora qui-*

dam etc. PINTIANVS. *Alit et flumen*) Forte *alit id flumen*, vel *et superfluit*. Alias *aliter pyrum et minora*. GIACCONIVS. Lego *alit et flumen minora*. Vel *aluntur plura et minora quidem*. Aliter paulo Pintianus. SCHOTTVS. Valde deformatus locus. Prius sic legebatur: *aliter pirum et minora quidem eiusdem tamen generis animalia fert*. Vnde legendum videtur, *alit papyrum*. Attamen cum optimi et antiquissimi codices habeant, *aliter putant*, omnino sic scripsisse Melam existimo, *alit et pudam, et minora quidem, eiusdem tamen generis animalia*. Puda vel buda est papyrus. Arabes enim et Aegyptii plantam hanc *berd* vel potius *burd* appellant. Hinc *burda vestiti* apud Augustinum [epist. 88. ubi Benedictini ex MSS. plerisque dederunt *buda*, quos consule; item Augustin. contra Cresconium lib. 3. cap. 48.] et in vitis Sanctorum. Crebrius tamen *budam* dicunt, accipiturque hoc vocabulum pro stragulis, tomentis, storeis aliaque supellectili, quae e papyro constat. Verum et ellychnia ex buda sive papyro olim fiebant, uti liquet ex epigrammate necdum, quod sciam, edito: [nunc in Burmanni Anthol. Lat. 5, 189. p. 462. ubi plura de *buda*] *Vt devota piis clarescant lumina templis Niliacam texit cerea lamna budam. Congrua votiferae submittit pabula flammae, Quae castis apibus praebuit ante domos*. Idem paulo ante: *Lenta paludigenam vestivit cera papyrum*. Graeci φλόμους vel φλώμους talia vocant ellychnia, teste Polluce, [6, 18. f. 103. et 10, 26. f. 115.] quamvis vulgo φλογμὸς apud illum legatur. Hoc non de verbasco vulgari accipiendum; neque enim puto posse ex illo fieri ellychnia; sed de phleo seu ipsa papyro, unde etiam vestes sibi conficiebant Aegyptii. Sane vetus Scholiastes ad Hexahemeron Basilii, ubi de ursis agit, φλόμον interpretatur papyrum. Verum de his alias, quando de papyro agemus. Porro pudae vocabulum exstat quoque apud Ennium, quamvis non intellectum. Citatur a Varrone lib. 6. de L. L. [p. 49. in Gothofredi auctorr. L. L.]

Areopagitae quid dedere quam pudam. [vulgo *pedam.*] Sic Turnebus in ſuis, ſic quoque nos in noſtris reperimus codicibus. Inter minutas merces, quae ex Aegypto Athenas deportabantur, erant etiam ellychnia ex papyro. Significat itaque Areopagitas ad feſti celebrationem nihil praeter ellychnia dediſſe. Frivola ſunt, quae ad hunc locum annotavit Scaliger. VOSSIVS. Immenſum temere adminiſtratus locus, ſi quis Vadianum aut Pintianaea inſpexerit. Summa tamen eſt, in MSS. plerisque legi *aliter pyrum* vel *aliter pyrhum,* quorum hoc exſtare in Chiſiano ſcimus, quum Iuntina exhiberet *purum.* Henr. Stephanus tamen teſtari potuit pro voce illa flumen ſe legiſſe in vet. *papyrum.* Itaque Voſſius quoque ex citatis modo lectionibus ſcriptis ait legendum videri *alit papyrum;* ſed tamen discedit ad rariſſimam vocem, obtendens ſane optimos et antiquiſſimos codices. Quid dicemus? Quare autem ex *aliter pyrum* videtur legendum *alit papyrum?* an *papyrus* vox fuit ignota librariis, ut eam corruperint? an facilis eſt corruptela τῶν *er* in *pa?* Mihi id nequaquam videtur; et poſthac ſpero aliis quoque. Certe enim adhuc firmi ſumus ex ſcriptura, quae in tot ſcriptis codicibus inventa eſt, corrigendum eſſe, *alit et ſcirpum.* Hae literae prorſus illuc dirigunt tantum transpoſitae, ut in hoc ſcripto ſaepius accidit. Adeantur modo, quae eximii viri, Druſius et Grotius collegerunt ad Geneſeos cap. 41, 2. et hiſtoriam Iobi cap. 8, 11. in quorum fauſta citatione finimus. I. GRONOVIVS. Audacter reponit Gronovius *alit et ſcirpum.* Adeone ergo ineptus fuit Mela, ut cauſam dicturus, quamobrem Nilus ex hoc Mauritaniae fonte creditus fuerit profluere, eo uſus fuerit argumento, quod ibi ſcirpi naſcantur, qui toto terrarum orbe in omnibus paſſim proveniunt paludibus, ſtagnis et fluminibus? Fruſtra ad teſtes provocat, cum nemo unquam tam ineptus et rerum imperitus fuerit, ut ſcirpos in ſola provenire dixerit Aegypto. VOSSIVS *in appendice*

ad h. l. An Mela agit de fonte Mauritaniae? Vtique quum *scirpum* restitui, subintellexi quoque eiusdem generis et qualis circa Nilum oriebatur, non circa alios fluvios, et quidem Europae. Quid dixisset ad haec verba Plinii lib. 7. cap. 56. [s. 57.] scribentis, naves esse *in Nilo ex papyro et scirpo et arundine.* An hic aliunde illuc fuit invectus? I. GRONOVIVS *in nota posteriori.* De scirpo etiam in scholis idem statuerat Gronovius, uti docent notae MStae, quibus uti licuit: Ita autem in his: „Videtur corrigendum: *alit et scirpum;* nam scirpus idem est, quod papyrus. Sed vox rarior. Iob. 8, 11. ubi LXX interpretes Graece habent πάπυρος, Latina vetus interpretatio scirpus." At nihil inde efficitur, solumque hoc adparet, vocem Hebraicam גמא a variis varie fuisse intellectam et redditam; immo Plinii locus in notis editis excitatus utriusque diversitatem declarat. Et sic idem 13, 23. s. 12. extremum papyri scirpo simile esse scribit. Nimis etiam illa emendatio a codicibus recedit, ut aliae antea recensitae, ex quibus Vossiana ad ostentandam potius eruditionem exposita esse videtur. Gesnerus in thesauro s. v. *Buda* suspicatur corrupta illa voce latere forsitan animal quodcunque Niloticum, de quo cogitasse videntur illi, qui *crocodilum* reposuerunt. Certe si ex animalibus, quae alit praecipue Nilus, substituendum aliquod erat, debebat illud repeti ex ipso Mela, ut argumenti ratio esset efficacior. At facile adparet, quam dissimile sit hoc nomen librorum lectionibus. In his tenebris praestat tenere *papyrum*, quod et Nilo convenit, et propius accedit ad codices, adeoque praebuit is, quem consuluerat Stephanus. Addi potest Plinius 5, 8. qui de Nigri fluvio eadem fere tradit: *Nigri*, inquit, *fluvio eadem natura, quae Nilo; calamum, et papyrum, et easdem gignit animantes, iisdem temporibus augescit.* Eodem modo Solinus cap. 35. s. 32. de Nili origine et primo cursu: *Protinus lacum efficit, quem Nilidem dicunt. Nilum autem iam inde esse coniectant, quod hoc stagnum*

herbas, pisces, beluas nihilo minus procreet, quam in Nilo videmus.

minora quidem — animalia) Varie et haec efferunt. Lipſ. *minora quidem habet eiusdem;* Gud. *minori quidem eiusdem;* Vind. *generis tamen;* Prag. Havn. *animalia fert.* Vadianus poſuit *animalia gignens*, et hinc 18. 21. 22. 24. 25. aliae Vadianae et Olivarianae, quas imitatus eſt Schottus. Inde a Vineto et Voſſio expulſum ceſſit, quod nec codices agnoſcunt, et ſatis verbo *alit* ſenſus continetur. Forte ex ſuperiori Plinii loco Vadianus deduxit. Redundare iam olim monuerat Ciacconius.

aliis amnibus) Lipſ. *aliisque amnibus.* Pro *amnibus* editiones veteres exceptis 15. 17. 20. 23. et poſt Vadianae et Olivarianae adferunt *omnibus.* Cum Vineto Schottus, Voſſius et alii revocarunt *amnibus.* TZSCHVCKE. Videtur deeſſe coniunctio *que*, legendumque cum maiore littera, *Aliisque omnibus in Oceanum vergentibus.* Poteſt etiam legi *amnibus*, non *omnibus*, ſicque habent Aldi exemplaria. PINTIANVS. Non opus eſt particula inſerta, etſi codex adiuvet in primis poſita maiori litera.

regionem, et ad) Vatic. 3. Prag. *regionem in orientem* ſine particula *et*, quam et alii codices omittunt, etſi *ad* ſervant; agnoſcunt tamen Ciacconi. ſeptem Abr. Gronovii, ex meis Cibin. Rehdiger. Lipſ. Gud. reſpuunt editiones praeter Vinetianam, in qua iterum acceſſit, poſt iterum eiecta rediit duce A. Gronovio in ed. 44. Interponendam eam cenſebat etiam antea Ciacconius, facitque ad diſtinctiorem rei expoſitionem; quare retinui.

Inde colligitur) Hinc cap. 51. initium in Vineto. In ſequ. Gud. *nillum ex hos;* Prag. Bonon. *forte*

pro *fonte.* Tum Prag. Havn. Bonon. forte etiam Vaticani cum edd. 15. 17. 20. 23. *auctumque* mutatione non rara, uti docent Drakenborch. ad Liv. 3, 5, 3. 27, 9, 11. et alibi, et Staveren. ad Nepot. 25, 9, 1. *Actum* nexus et ſenſus poſtulant.

ad Eoa) Lipſ. Gud. Vindob. Cibin. Pariſ. 1. 3. Rehdig. Vatic. Prag. Auguſtin. Havn. Venet. *ubi ad ea;* Pariſ. tantum *ubi poſſit.* A. Gronovius ad vocem *Eoa* nihil diverſi ex ſuis adtulit. Editiones 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 20. 23. *ubi ad ea;* 19. *ubi adiri poſſit;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. *ubi ad Eoa*, uti correxerat (*ad ea*) manus docta in exemplari meo edit. 10. Pintianus etiam coniecit. Sequens *poſſit* tuentur omnes codices praeter Leidenſ. ex quo A. Gronovius refert *poſſint.* Illud etiam legitur in edd. veteribus ad Vadianum usque, qui poſuit *proceſſerit*, idque receperunt cum Vadianis, Olivarianis, 21. 24. 28. Vinetus, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. rediit inde *poſſit.* TZSCHVCKE. Aldus: *iterum ſe ubi ad ea poſſit;* forte, *iterum ſe ubi adiri poſſit.* PINTIANVS. Quid Pintianus reponat, in promtu eſt. Forte *ad Eoam ceſſerit*, vel *ad Auroram ceſſerit;* nam hoc verbo paulo poſt utitur. SCHOTTVS. *Proceſſerit* in editione Mediolanenſi correxerat Hannibal Cruçejus. Oudendorpius malebat, *proſilit,* quod verbum eodem modo uſurpavit Auctor lib. 2. c. 4. *Inde tam citus* (Padus) *proſilit, ut discuſſis fluctibus diu* etc. Ovidius lib. 15. Metamorph. v. 272. *et antiquis tam multa tremoribus orbis Flumina proſiliunt.* Et Plinius lib. 5. cap. 9. de Nilo: *iterum arenis receptus conditur rurſus* XX. *dierum deſertis ad proximos Aethiopas; atque ubi iterum ſenſerit hominem, proſilit fonte, ut veriſimile eſt, illo, quem Nigrin vocavere. Nigris* autem Plinio dicitur fons Nili, qui a Mela *Nuchul* appellatur. A. GRONOVIVS. Si quis coniecturis indulgeat, quod quidem hic et in talibus difficile non eſt, poſſit et legere

prodierit. Vadiana lectio propius valet ad codices, et ex ſcribendi compendio intelligi poteſt. Tutorem etiam ea et propugnatorem nacta eſt Kirſchium, qui an. 1784. Curiae Regnitianae in proluſione ſcholaſtica σύγκρισιν dedit lectionis Gronovianae atque Reinoldianae in locis aliquot Melae. Vtitur autem inde a p. 8. his fere armis: *Poſſit* habet aliquid obſcuritatis; tum friget magis, quam ut Melae brevitati, quidquid ſupervacuum ſit ubivis fugientis, ſatis convenire videatur; deinde Mela ante dixit *ad Orientem abit*, quae hic verba ſine dubio ſpectat; porro Mela hanc notionem de montibus et fluviis mira nonnunquam arte variat; poſtea id ipſum verbum adhibet 3, 2, 5. ut hic paullo poſt *cedit*, quod non poſuiſſet, niſi compoſitum praemiſiſſet; item *ubi* cum verbo *ſolet* hoc quidem ſenſu connectit, cuius modi loca ſunt obvia, et in primis, qui huc referri poteſt, 1, 9, 4. denique ex compendio ſcribendi facile haec mutatio intelligitur. Specioſa quidem fere ſunt haec argumenta, et longo ordine magnoque numero expoſita; attamen cum libri omnes veteres refragentur, et verbum ſubſequens *oſtendere* facile huc revocetur, quod uſus plurimorum exemplorum documentis in ſimili nexu comprobat, remota omni disputatione, quae moveri poſſet, receptam lectionem ſervavi. *Ea* autem pro *Eoa* et alibi in libris obtruditur. Cf. ad Sextum Rufum c. 10. in. Valeſ. ad Ammian. 14, 8. et quae ſupra notavi ad 3, 7. in. *Illo* pro *Ilio* adfuit 1, 18, 3. *ab illa* pro *Abyla* 2, 6, 8. Sic *Eoae* pro *eae* volebat I. Gronov. 1, 2, 6.

ſpatio) Prag. Havn. *ſpacium;* exemplar unum ed. 25. *ſpacio, quod.* Poſt Venet. *efficit, ut hic;* Prag. *ut hii alii;* in Vindob. deeſt *hic* et *videatur*.

§. 9. *Catoblepas)* Lipſ. *Catoblephas;* Gud. *catoplepas;* Prag. *catobletas.* Rectius alii, et ut editur, efferunt.

praegrave) Lipſ. Rehdiger. *pergrande;* Gud. Prag. Venet. Pariſ. 1. *praegrande;* Vindobon. Cibin. (diſertis literis) *pergrande;* reliqui cum editionibus conlatis conſenſiſſe videntur, quae ipſae variant. Nempe 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Vadianae *pergrande;* 9. 11. 13. *pergrave;* Schottus *grave et pergrande;* 25. Olivarianae cum Vineto *grave et praegrande;* Voſſius, ceteri *grande et praegrave.* TZSCHVCKE. Lego *verum praegrave caput;* reliqua ſuperfluunt ex Plinio [8, 32. ſ. 21.] et Solino. [cap. 33. ſ. 30.] PINTIANVS. Alias *grande et praegrande.* Forte *grande et praegrave.* CIACCONIVS. Nemo faſtidioſam repetitionem vocis *grande*, quacunque forma producatur, ferat. Aut igitur alterutrum exigi debet, aut utrumque, quia ita volunt codices, etſi diverſa forma, connexum ſervari. Voſſianam lectionem praetuliſſe Pariſ. 2. et 3. videntur, cum inde nihil monneatur, quo, certe in vocabulo *praegrave*, faciunt Plinius et Solinus. Confuſionem eam in noſtris libris nemo mirabitur; in particulis *prae* et *per* ſolemnem eam eſſe, conſtat. Poſt Lipſ. *egre ſubſtinens;* Prag. *ſuſtinentes.* Tum idem omittit *id in;* Venet. habet *ob unum;* Vindobon. *ob id;* Lipſ. *cum impetit;* Pariſ. 2. Havn. *cum non impetit;* Pariſ. 2. *oculos tamen eiuȝ;* Prag. Havn. *oculos tm̄;* Venet. *tamen vidiſſe.* Ed. Reinoldiana an. 1775. *ob id terram;* 15. 17. 20. 23. *oculos eius tantum.* Vtraque particula ſine damno abeſſe poteſt.

Contra) Hic in ed. 11. capitulum XV. ponitur praemiſſa inſcriptione: *De inſulis et oris Athlantici Oceani.*

Gorgades) Pariſ. 1. 2. 3. Cibin. Vindob. Prag. Gud. Rehdiger. aliique *Dorcades;* Vatic. *Dorchades;* Lipſ. *Doreades;* Ciaccon. *Gorgades.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23.

Dorcades; 13. 16. 18. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae *Gorgones;* Vinetus, Schottus, Voſſius, ceteri *Gorgades.* TZSCHVCKE. Plinius lib. 6. [36. ſ. 31.] *Gorgones,* inquit, *inſulae narrantur, Gorgonum quondam domus.* BARBARVS. Marjangelus *Gorgades* magis probat, cui ut ſubſcribam ſunt cauſae, quod in Plinio ſcripto totiens citato [6, 36. ſ. 31.] *Gorgades* legitur, et in Pomponio ante correctores *Doreades* ſcriptum erat vero propius. Martianus [lib. 6. p. 226.] *Gorgones* nominat; ſed error, ut puto, eſt librarii, non Auctoris. PINTIANVS. Forte *Gorgodes* ex Diodoro Siculo lib. 4. [3. 54 ſq. ubi tamen nihil eiusmodi] et Solino. [cap. ult. ubi *Gorgones inſulae.*] Athenaeus lib. 5. extr. etiam *Gorgonas* appellari a Numidis ait. Iſidorus lib. 14. orig. c. 6. *Gorgodes* [*Gorgones* vulgo] *inſulae Oceani obverſae promontorio, quod Heſperuceras vocatur, quas incoluerunt Gorgones foeminae aliti pernicitate, hirſuto et aſpero corpore et ex iis inſulis cognominatae.* CIACCONIVS. Apud Diodorum c. l. Γοργόνες tantum de ipſa illa gente occurrit. Iſidorus tamen Orig. 14, 6. *Gorgones* de inſulis et incolis adhibet; pro quo *Gorgades* ex libris repoſuit in Solino Salmaſius, qua forma etiam producuntur a Plinio 6, 36. ſ. 31. et ex eo a Martiano Capella lib. 6. p. 226. *Gorgodes* nusquam inveni, niſi quod ex auctore incerto MSto ita adfert Salmaſius ad Solin. p. m. 915. c. l. *Gorgades* igitur recepta videtur fuiſſe forma, certe τὸ G ab initio incolarum nomen probat. Ad *Gorgades* autem ducunt hic ipſi libri, adeoque in ipſo conſpectu ponit Ciaccon. Inveteratum autem vitium in vulgari librorum forma haeſiſſe, adparet ex Boccatio in Geneal. Deor. 10, 10. (ex ed. Ven. 1472. f.) ubi ſcribit, Melam tradere, *Gorgonas inſulas Dorcadas tenere.* In ſequ. Rehdiger. *aliquandiu;* Pariſ. 1. *Gorgon.*

Ἑσπέρου Κέρας) Lipſ. *heſperueſceras;* Venet. *Heſpeniceras;* Prag. *heſperuteras;* Cibin. Vindob. Reh-

diger. aliique, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. aliaeque veteres Latinis literis, uti solebat olim, *hesperuceras*, dum paullatim Graecis efferretur. Ita vero etiam legendum in Ptolemaeo 4, 6. ubi vulgo editur Ἑσπερίου, monuit hic A. Gronovius, itaque Melae in primis auctoritate motus ex codd. quibusdam posuit in Diodoro 3, 67. Wesselingius. *Hesperion ceras* tamen scribit etiam Plinius 6, 35. s. 30. et ex eo Martianus Capella lib. 6. p. 226. ubi quidem Grotius in suo codice legit *Hesperon Ceras*, forte pro *Hesperu ceras*, etsi nec alterum plane damno.

CAP. X.

Continua serie vel exiguo posito intervallo cum proximo nectitur in MSStis et edd. vetustis. Divisit Vadianus facta inscriptione: *Atlantici maris ora et insulae.* Ita etiam, qui eum sequi solent. Olivarius, cui est cap. 11. praeeunte ed. 24. cum suis et Schotto: *Atlantici maris terminus.* Vossio et posterioribus praeter Reinoldium est cap. 10. cum inscriptione: *Atlanticum mare ac huic adsita Aethiopiae ac Mauretaniae pars;* Reinoldio cap. 17. et *Atlantico mari adsiti Aethiopes;* Vineto simpliciter cap. 52.

§. 1. *occidentem)* Gud. *orientem* reclamante in hac progressione etiam situ. Idem, ut Vindob. antea *fons*, de qua cf. ad 1, 8, 3. Tum aliqui ex more *athanticum* et *athlanticum.* Post omnes mei et edd. veteres ad Vossium *abluitur*, qui etsi ad reliquos propagavit *alluitur*, maluit tamen prius sequi Reinoldius, quippe qui edidit *abluitur.* Sed de eo dictum est ad 1, 4, 4. In *ethiopes* facile librarios agnoscas.

media) Lips. Prag. Gud. *mediam;* Paris. utrimque, melius certe, *primam — mediam*, ut ad *frontem*

retulerit. Idem post *aut exhausta sunt*, quod proximis repugnat, et quae per partes easdem persequitur auctor. 1, 4, 4. Etsi enim de sterili terra vel deserta dici potest, accedere tamen debet causa, nec nisi aegre et sine nexus indicio absit.

arenis) Rehdiger. Vindob. editiones etiam aliquae antiquae praeposita adspiratione *harenis*, de qua quidem dissentiunt veteres Grammatici, Servius ad Virgil. Aen. 1, 172. Varro, Charisius et alii. Vid. Dausquius in orthogr. h. v. Cellarius T. 1. p. 178. et quos ibi producit Harlesius. Addi potest Oudendorpius ad Lucan. 5, 643. ubi ex omnibus codicibus et edd. addidit. Sed et alibi, ut in Floro Dukerus, in Gellio Gronovius, aliique in aliis. Equidem tamen a vulgari ratione discedendum non putavi, cum ab *arere* melius propiusque derivetur, nec adeo sibi ipse in Suetonio constitit Oudendorpius. Nota est in his librariorum vel libido, vel liberalitas. Cf. etiam ad 1, 8, in. 1, 9, 4. et passim alibi. Post Rehdig. *abducta* frequente confusione, quam et notavi ad 1, 3, 2. Eadem dictio sine variatione librorum legitur 1, 4, 2.

Exustis) Venet. *exustae insulae;* Prag. *adustis.* Edd. 7. 8. vitiose *exustus.* Tum Paris. 1. *oppositae;* Gud. *positae.* Porro Prag. *hesperitas;* Lips. *experidas;* Cibin. *hysperidas;* Vindob. *Hesperides.* Ciacconius sine causa locum sic fingebat: *insulae arduae sunt.*

memoratur) Lips. Vindob. *memorantur;* ceteri cum edd. *memoratur*, quod recte valet, et exemplis corroboratur, quae adtulerunt Gronovius ad Arrian. de exped. Alex. 1, 1. p. 2. Drakenborch. ad Liv. 1, 31, 8. 8, 24, 1. Duker. ad Flor. 2, 6, 45. Oudendorp. ad Suetonii Othon. cap. 7. Verheyk. ad Eutrop. 4, 8. s. 4. Staveren. ad Nepot. 4, 5, 3. et quos adlegant. Ita nempe *dicitur, memoratur* et similia absolute ponuntur, ut sub-

sequatur infinitivus cum accusativo. Vsitatam alias structuram habet noster 1, 2, 4. *Ultra Amazones — esse memorantur.*

Atlas) Pro eo omnes libri Vossiani et mei, item editiones cum Vineto etiam ad Schottum et Vossium substituunt *satis;* hic posuit *Atlas*, quibus ceteri paruerunt. Soli Paris. 2. 3. videntur hanc lectionem praetulisse. TZSCHVCKE. *Satis)* Scribendum puto, *in arenis mons est Atlas.* Nam omni ratione caret, Melam, cum aliis montibus non ita celebribus nomina reddiderit, innominatum reliquisse montem totius Orientis clarissimum, fabulis memorandum, quique Oceano occidentali nomen dederit, denique ab omnibus decantatissimum. De Atlante autem hic loqui Melam, evidentius est, quam ut monstrari egeat. PINTIANVS. Forsan hic novum caput incipit, cuius inscriptio fuit: *Atlas et Atlanticum pelagus.* Itaque non opus fuit vocabulum Atlantis repetere. VOSSIVS. Dummodo constet, capitum inscriptiones a Mela profectas esse, cui obloquitur mira codicum inconstantia, immo continua serie omnia connexuisse videtur. Ciacconius *satis* retinet, et tantum sequens vocabulum adoritur. Solet quidem Mela in hoc nexu *satis* adhibere, uti 1, 13, 3. *mons litori adpositus et decem stadiorum clivo satis arduus;* et 1, 15, 2. *Taurus ab Eois litoribus exsurgens vaste satis adtollitur;* mirum autem recte videatur, si ipsum nomen montis, quod tamen in aliis facere solet, omiserit. Atlantem vero indicari, in aprico quasi positum est. Dedi igitur et ipse *Atlas*, in primis si verum est, quod est vero simile, in Paris. 2. 3. illud nomen expressum fuisse. Accedit Lips. in cuius margine colore rubro ab eadem manu haec adlita leguntur: *Mons altissimus usque ad coelum et sidera athlas nominatus.* Forte, cum eius nomen incognitum librariis esse non potuerit, illud excidit et tum *satis* tenere suam sedem

possit. Forte ex *Atlas* paullatim *satas*, et hinc *satis* natum. Sed his indulgere nolo.

dense) Plerique codd. in quibus Cibin. *de se;* Venet. diserte notatus ex silentio proditi Paris. 2. 3. *dense*, quod etiam ex suis produxit Vossius. Edd. veteres omnes cum Vadianis, Olivarianis, quibus adhaesit etiam Vinetus, *de se*, praeter Ald. et Iuntin. in quibus legitur *dense*, quod post receperunt Schottus, Vossius et reliqui. TZSCHVCKE. Scribo *dense consurgens*, sicque habent Aldi exemplaria. Confirmat hanc lectionem Herodotus, [4, 184.] qui Atlantem densum esse pressumque, hoc est, succinctum et minime in lacinias ramentave diffusum scribit. PINTIANVS. Aldus *dense*. Plinius 5, 1. *Imae radices densis altisque repletae silvis.* Forte *mons satis spatiose consurgens.* Herodotus lib. 4. [cap. 184.] Curtius lib. 8. cap. 11. [§. 6.] *Petra, non ut pleraeque modicis ac mollibus clivis in sublime fastigium crescit, sed in metae maximae modum erecta est, cuius ima spatiosiora sunt, altiora in arctius coëunt, summa in acutum cacumen exsurgunt.* CIACCONIVS. Forte *spatiose*. Pintianus *satis dense*. SCHOTTVS. Hunc locum felicissime, ut multa alia, Pintianus emendavit. SANCTIVS *in praefatione.* Atque in hac Pintiani emendatione melius adquievere recentiores, quae non solum, si omissam lineam cogites, proxime ad plerosque libros accedit, sed et a quibusdam optime adiuvatur. Herodotus c. l. de eo: ἔστι δὲ στενὸν καὶ κυκλοτερὲς πάντῃ. Post pro *invius* Vindob. *nimis*, et pro *surgit* Lips. Venet. *exsurgit;* Rehdiger. et edd. 15. 17. 20. 23. *exurgit;* alii libri omnes *surgit*. Si volebat eidem verbo in rei eiusdem notatione insistere, reddendum erat *consurgit*.

qui quod altius) Prag. *quem quod alteri quam;* Vindobon. *qui pre quam altius.* Edd. 15. 17. 20. 23. *quique altius*, cui nec Vaticanorum conlatio refragatur. Alii *qui quod altius*.

in nubila) Cibin. Voss. *in nubilum*; Prag. *in nebula*. Pro *erigitur* Ciaccon. cod. *exigitur*. Reliqui usitatam lectionem eamque probam praeferunt. Post Rehdiger. *non modo tangere vertice*. Idem deinde et Lips. cum ed. 13. *substinere*, ut alibi, et Gud. 2, 2, 5. qui idem hic corrupte scribit *abstinet*; magis corrupte Cibin. *sinistre*. Antea pro *erigitur* legendum forte cuidam ex Herodoto 4, 184. videri posse *erigi*, notat ad Geographica Herodoti Schottus p. 361. in ed. A. Gronovii a. 1748. Possit, at male et inciso nexu.

§. 2. *Contra*) Paris. 1. subiicit *montem*, quod ex interpretatione ductum est. Tum Lips. Rehdiger. Vindob. ut alibi passim *habundant*. Pro *genitis* Vindob. *gentis*.

super aliis) Codices A. Gronovii praeter Chisianum, ex meis Cibin. Vatic. Lips. Rehdiger. Venet. Gud. Prag. *super alios*; reliqui *super aliis*. Edd. 1. 2. 9. 13. *super alios*; aliae *super aliis*. TZSCHUCKE. *Super alios* probaverat Oudendorpius, cui eodem modo *alios super alios* dictum videbatur, quo supra lib. 1. c. 9. *quibus subinde alium super alios orbem agentibus*. A. GRONOVIUS. Induxisse videtur librarios, quod *aliis* praecedit, fere ut apud Livium 36, 25, 9. ubi pro *alio super aliud scelere* aliqui codices etiam legunt *super alio*. Sed notum est in his accessionibus *super* cum accusativo solere poni, ut *super haec* saepe apud Livium, Suetonium reperitur. Maxime tamen huc facit, quod in simili nexu accusativus, quod sciam, semper adiungitur. Plurima exempla ex Livio conlegit Drakenborch. ad 23, 24, 6. ex aliis Schwartz. ad Plinii Panegyr. cap. 14. In qua auctorum constantia, et cum tot codices coeant, sine mora et haesitatione posuissem et hic *alios*, si esset, ad quod commode referretur. Nam ut ad incolas possit, vetat nexus, qui causam adfert, cur nihil solliciti alantur, nempe quia sua

ſponte omnia gignantur ſic praeterea, ut alia ſuper alia innaſcantur. Igitur *ſuper aliis* retinendum, notandum tamen cenſeo, cum *ſuper alia*, ſi quis malit, uſitatae lectioni vim inferat. Poſt Cibin. dat *aluit* et *exculta*.

ſollicitos) Lipſ. et certe ed. Reinoldiana 43. *ſolicitos*. At duplex *l* oſtendunt lapides, etſi prius probat etiam Dausquius h. v. quia Feſtus a *ſolum* et *cieo* derivet. Pro *aliae* Schottus malit *alios*. Non omnino male, quia non plane intelligitur, cur *urbes* ſubiiciat, cum de inſulis loquatur, quae dubitatio ne ſic quidem evaneſcit, ſi incolas facile hic ſubplere poſſis. Minus offendat repetita vox *alius*.

in mortem) Septem A. Gronovii codices haec verba addunt, ex meis Pariſ. 1. 3. Cibin. Zaluſc. Havn. Rehdiger. forte etiam Vatic. 1. contra omittunt meliores Voſſii, ipſo notante, Pariſ. 2. Vatic. 3. Gud. Venet. Lipſ. Prag. et cum Voſſio edd. 40. 41. 42. cum ceterae, in iis antiquiſſimae, agnoſcant. Superflua illa etiam olim exiſtimaverat Ciacconius. Poſſunt quidem abeſſe, et ſententia ſimpliciter intelligi; cum tamen maiori numero illa codices adiungant, vim et damnum illius riſus efficacius declarare videntur. Ceterum Cibin. ut Voſſ. 1. locum ſic informat: *altero* (Voſſ. 1. *alterum*) *qui guſtavere ſicut riſu ſolvuntur in mortem; ita effectis remedium eſt ex alio bibere.* *Effectis* legitur etiam in ed. 14. et pro eo *affectus* in Venet. Ceterum a verbis *Una ſingulari* — cap. 53. incipit Vinetus.

§. 3. *Himantopodes)* Vatic. 1. Pariſ. 1. *Scimantopodes*; Cibin. *Scymanto podes*; Vindob. *Scimantopides*; Gud. *ſamantopodes*; Vatic. 3. Boccatius de maribus ſ. v. Ethiopicus, ubi hunc locum repetit, *Simantopodes*; Pariſ. 2. *Simmantopodes*; Havn. *Simatopodes*; Prag. *Sinatopides*; Pariſ. 3. cum edd. 1. 2. 5. 9. 11.

Sinaptodes; 4. 5. *Synaptodes*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. reliquae *Himantopodes*. TZSCHVCKE. Scribendum *Himantopodas* ex Plinio, [§. 8. f.] Solino [c. 34. f. 31.] ceteris, qui eos a loris vocant *Loripedes*; id enim ἱμὰς significat, ob id adiecit Pomponius *lentis cruribus*, quasi loreis diceret. BARBARVS. Ad viam exposuerat hanc emendationem ipse Mela. Himantopodes etiam ex Plinio vocat Martianus Capella lib. 6. p. 217. Plinius *loripedes* in explicatione adnectit. Verba *Ab eo tractu* novum caput, 18. aperiunt in editione Reinoldii inscriptum *Phaurusii*.

inflexi) Venet. Cibin. (hic et deinceps *lentas*) *inflexis*; Prag. *instiri*; pessime. Alii, ut editum legitur. TZSCHVCKE. Forte *inflexis lenti cruribus*. Sic Solinus cap. 34. *Himantopodes flexis nisibus crurum repunt potius, quam incedunt*. CIACCONIVS. Legit Salmasius [ad Solinum p. m. 295. c. 1.] *fluxi lentis cruribus*, coniectura minime probabili. Vtique sic scripsit Mela: *H. inflexis lenti cruribus*. Hoc loripedum proprium est. VOSSIVS. Non opus est inversione; potest enim in pleniori rei mirae descriptione utrumque vel hominibus vel cruribus dari, uti saepe fit alias. Boccatius etiam c. l. vulgatam reddit.

serpere potius) Triplex hic obiicitur varietas. Codd. Ciacconii, omnes A. Gronovii meique excepto forte Paris. 3. et editiones 15. 17. 20. 23. *serpere potius*; reliquae editiones ad Vossium *serpere magis*; Vossius cui suffragari videtur Parif. 3. et hinc 40. 41. 42. *serpere quam omisso potius*; Reinoldius 43. et aliae post *serpere potius quam*. Non desunt illius ellipsis exempla, quae conlegerunt Gronovius et Drakenb. ad Liv. 1, 25, 13. Heusinger. ad Vechneri hellenolex. 1, 2, 5. p. 135. et ad Nepot. 25, 13, 4. Barth. in adversar. 31, 15. Perizon. ad Sanctii Minerv. 4, 7. not. 4. ubi etiam nostrum

locum adposuit, Burmann. ad Vellei. 2, 129. aliique, quos memorant. At audiendi sunt codices, et qui in eadem narratione hanc particulam *potius* adhibent Solinus c. l. *repunt potius, quam incedunt*; Martianus c. l. *debilitate pedum serpunt potius, quam incedunt*. Quibus addi potest Boccatius c. l. qui ex nostro ita haec refert: *qui potius serpere, quam progredi*; ita enim in prima editione, cum posteriores habeant *ingredi*. Pro *ingredi* Voss. 1. Cibin. Venet. *gradi*. Post cum appendice non rara Rehdiger. *referuntur*.

deinde) Ciaccon. *dein*, ut saepe; Cibin. *dehinc*. Pro *Pharusii* Lips. *frausi*; Prag. *farusi*; plerique *Pharusi*, uti editiones 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. Vadiano praeeunte reliquae *Pharusii*. Ita enim Plinius 5, 8. f. ubi etiam olim edebatur *Pharusi*, ut in Solino c. 34. f. 31. Sic Stephano h. v. sunt Φαρούσιοι, qui Dionysium et Artemidorum adlegat. A Strabone lib. 17. p. 569. f. 828. vulgo vocantur Φαυρούσιοι, etsi codices etiam habent Φαρούσιοι, ut Ptolemaeus 4, 6. m. Pro *tendente* Hann. *tendunt*; Ciaccon. *Hesperides*; Prag. *hisperidas*.

dites) Ita omnes libri ferunt. TZSCHVCKE. Fuit cum *comites* leg. pro *dites* putarem, et ex compendiis litterarum natum mendum, quod Plinius 5, 8. Solinus cap. 34. et Martianus Capella [lib. 6. p. 217.]: Pharusios Herculis ad Hesperidas tendentis comites faciant. Atqui itineris taedio si hic in Libya resederunt, [uti omnino de Mauris tradit Strabo c. l.] quomodo subito dites? Nisi forte Mela alios auctores secutus est; quare nihil immuto; mox enim *inopes* opponit. SCHOTTVS. Otiosas habuere manus, qui haec interpolarunt. Plinius lib. 5. cap. 8. *Pharusii, quondam Persae, comites fuisse dicuntur Herculis ad Hesperidas tendentis*. Salmasius [ad Solin. c. 34. f. 31. p. m. 295.] huc loco legit *per se*

comites, et interpretatur sua sponte; prorsus ridicule. Vulgatam lectionem veram esse apparet ex Sallustio. Is enim in Iugurthino, [c. 18.] ubi de Herculis exercitu in diversas oras dilapso agit, addit: *Ex eo numero Medi, Persae et Armenii navibus in Africam transvecti, proximos nostro mari locos inhabitavere; sed Persae intra Oceanum magis, hique alveos navium inversos pro tuguriis habuere.* Nempe Persas istuc concessisse scribit, ubi hic Pharusios describit Pomponius. VOSSIVS. *Dites*, quod post etiam vidit Schottus: sustentat obpositio; possis praeterea ex reditu ab Hesperidibus intelligere. A verbis *Hinc iam* cap. 19. inscripsit *Nigritae* Reinoldius.

§. 4. *laetiores*) Gudian. *lectiores agri amneique.*

citro terebintho) Vox utraque in libris ambigua modo divise, modo coniuncte scripta prodit. Plerique habent *Terote Berini ebore abundant*, in quibus tamen haec variantur. Paris. 2. Havn. Vatic. 3. *Berote* vel *Berotae*; Prag. *Berothe*; Venet. *Gerotae*. Tum Paris. 1. 3. *Berimi*; Gud. *Birini*; Paris. 2. *Berni*; Prag. *Beritu*; Cibin. coniuncte *terotheberinio ebore*. In *ebore* consentiunt, tantum quod Paris. 1. corrupit in *ebodere*. Ciacconius haec monuit: Alias *Terothebenno*. Antiq. et Aldus: *Terotae, Berini.* Vossius in melioribus ita se invenisse dicit: *Beroteberini ebore abundant.* A. Gronovius silet. Editiones inde a primis ad Schottum et Vossium *Terote* vel *Terotae Berini* vel 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadiana, Olivarianae, Vinetus *et Berini*; Schottus *terebintho arbore abundant;* Vossius et hinc 40. 41. 42. 44. 45. et Kappii prior cum Norimberg. *ebeno, terebintho et ebore abundant*; denique Reinoldius posuit *citro, terebintho et ebore abundant*, quem reddidit in posteriori editione Kappius. TZSCHVCKE. *Terotae et Berini*) Turpis etiam haec est et impudens verborum depravatio. Nemo

enim e toto Geographorum Historicorumque coetu auctorem dabit, qui referat non modo populos *Terotas* et *Berinos*, sed ne tenuem quidem illorum similitudinem aut vestigium aliquod. Quapropter sic corrigendum censeo: *Hinc iam laetiores amoeniquae saltus terebintho arbore abundant.* Nam praeter Syriam et alia loca, in quibus nascitur *terebinthus* arbor, nasci etiam in Africa Dioscorides auctor est lib. 1. [c. 92.] Item amoenam esse arborem, nec frondiperdam idem Dioscorides [?] prodit. Plinius quoque [lib. 16. c. 30. s. 18.] inter arbores enumerat, quae montes amant, quibusque folia nunquam decidant; [vid. 16, 33. s. 21.] quae qualitas praecipua est amoenitatis arborum. PINTIANVS. Hermolaus in Corollario ad Dioscoridem, [lib. 1. c. 163. p. m. 16. b.] dum agit de cytino sic ait: „Etenim Sisenna [apud Nonium Marcellum 2, 547.] *ferabitim* pro sylvestri arbusto posuit: *Partim*, inquit, *ferabite*, *partim lauro atque pinu abundant.*" Quod si Sisenna de his loquitur, accommodatissime hoc loco legi posset *Ferabite*, *pinu et lauro abundant.* Quaerendus Sisennae locus, qui est apud Nonium in eo verbo; sed legendum *vite.* [uti etiam dedit Mercer.] CIACCONIVS. *terebintho arbore a.*) Non verisimile est auctorem nostrum unam tantum terebinthum inter delicias Africae retulisse, cum ea arbor alibi quoque satis sit frequens. Meliores manu exarati libri ita habent: *Beroteberini ebore abundant.* Aliorum coniecturas commemorare non est nostri otii. Ego sic scribendum coniicio: *ebeno, terebintho et ebore abundant.* Ebur hic accipi possit pro fossili ebore, verum malo id simpliciter intelligere de elephantis. Sic Plinius de hoc ipso tractu lib. 5. cap. 1. *cum ebore citroque silvae exquirantur, omnes scopuli Gaetuli muricibus ac purpuris.* VOSSIVS. Reinoldius edidit *citro, terebintho et ebore* cuius lectionem in textu expressi, quia Wardus in epistola ad Gronovium (vid. praef.) testatur, Reinoldium sine auctoritate librorum MSStorum nihil in textu mu-

taſſe, et *citro* non tam longe recedit a lectione vetuſta, quam *ebeno*. KAPPIVS. Depravatio loci in nominibus aperta, quam Boccatii iam aetate libros noſtros obſediſſe docent ea, quae de maribus ſ. v. Ethiopicus hinc adſperſa nova labe refert: *Poſt laetiores apparent agri, quos inter Terotae Berini Acebores habitant.* Hic adeo ex verbis *ac ebore* inauditum populum excitavit, *Acebores*. Cum iſta populorum nomina vel eorum adfinia nusquam commemorentur, ad coniecturas res rediit. Robertus Titius in locorum controverſor. libro 8. cap. 3. p. 200. vult: *Terothoes ebeno arbore*; Terothoes autem explicat, alias dicti Troglodytae. At *Therothoes*, ſi vel ſitus congruat, cognomen potius eſt, quod teſte Plinio 6, 34. ſ. 29. a venatione Troglodytis impoſuerat Iuba, uti etiam docuit Reineſ. in varr. lect. lib. 1. c. 6. p. 17. Equidem, ſi quis populos deſideret, malim huc ex Ptolemaeo 4, 6. *Daradae* et *Rabii* advocare. Neque tamen ipſe ei ſententiae inſiſtit, ſed in Turnebi emendatione adquieſcit, quae in eius adverſar. 6, 19. propoſita ſic habet: *ſaltus terebintho arbore* abundant, et, notante Ortelio in theſauro Geogr. ſ. v. Terotae adriſit etiam Sanctio, et a Pintiano expromta eſt. Propius quidem illa accedit ad codicum veſtigia, quam Voſſii *ebeno*, quod difficulter inde eruas. Sed cum adiectum *arbore* langueat, cum praeterea una tantum ſit, nec vox inſolita, quae facile in *ebore* transire potuerit, ingenioſa non ſolum, ſed et vero eſt ſimilior lectio Reinoldiana, quam reddere non dubitavi. Accedit, quod citri arbor in ſilva Atlantis montis, in Maurorum confinio, maxime inclaruit. Cf. Plin. 5, 1. et 13, 29. ſ. 15. Hinc Martialis 14, 90. *ſilvae Maurae ſiliam* eam arborem vocat. Inde etiam citrea mala Ἑσπερικὰ μῆλα vocantur, confirmantibus id interpretatione gloſſariis, nec male huc referuntur χρυσᾶ μῆλα τῶν Ἑσπερίδων, uti prolixius expoſuit Salmaſius ad Solin. c. 49. ſ. 46. p. m. 270 ſqq. Conſuli etiam poteſt Euſtathius ad Homer. Odyſſ. 7, 115. p. 274. Baſ. ubi ſimul

narrat, Herculem ex Libya in Graeciam deportasse. Celebres sunt mensae citreae insano pretio paratae, de quibus in praesentia adi Ursinum ad Ciaccon. de triclino p. m. 292 sq. Quae quidem movere nostrum poterant, ut eam arborem commemorandam putaret. Causam peractam putem, si quid unquam ex codicibus suis Reinoldius protulisset.

Nigritarum) Lips. Gud. Havn. cum edd. 1. 2. 9. 13. *Rigritarum*; Rehdiger. *Gigritarum*; Vatic. Vindobon. Cibin. *Zigritarum*, pro quo Boccatius c. l. in editione quidem prima *Zegritarum*; Venet. *Margaritarum*; Prag. peius *ignitarum*. Populi sat noti suo nomine. *Getulorum* inde multi, ut solet. Cf. ad 1, 4, 4. Corte ad Sallust. Iug. c. 18. in. et Pierius cum Heynio ad Virgil. Aen. 4, 40. Nempe a *Getis* aliqui derivant, ut Isidor. Orig. 9, 2. Sed et in Graecis codices aliqui apud Strabonem 17. p. 574 s. 835. et post per ε. Pro *vagantium* Lips. *navigantium*. Post Cibin. *efficassimis*. Tum Venet. *tingendum herbis*, quod ex glossa accessit; Vatic. *tinguendum*, ut alibi codices. Vid. Cellarii orthogr. T. 1. h. v. et Muncker ad Fulgent. mythol. 3, 7. praeter alios. Inde Vatic. et Cibin. *ubique quod*; edd. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *ubi quae*. TZSCHUCKE. *Et ubique — clarissima)* Haec verba falso puto esse adiecta, tum quod non videantur esse necessaria, quia statim ante dixit, *efficacissimis ad tingendum*, tum etiam quod Plinius lib. 9. cap. 36. [s. 60.] ubi Gaetulicae purpurae meminit, non tribuit ei hanc palmam. PINTIANUS. Legendum *ubi quaeque tetigere clarissima*. Plautus Bacchid. [3, 3, 67.] *acerrima ea est, absorbet viros, ubi quem attingit*. CIACCONIUS. Forte *ubi quaeque tetigere clarissima*; absque coniunctione *et*. SCHOTTUS. Frustra semet ipsos inquietant nonnulli in hoc loco reformando, cum optime sese habeat. Pertinent haec ad laudem purpurae Gaetulicae,

quam adeo efficacem esse dicit, ut ubique locorum gentiumque Gaetulica pro optima et clarissima habeatur. Laudat quoque illam Plinius [5, 1.] verbis paulo ante memoratis. De hac ipsa etiam purpura accipiendus est Petronii locus [119, 9.] *Hesperia* [vulgo *Assyria*] *concham laudabat miles in unda; Quaesitus tellure nitor certaverat ostro.* Salmasii coniectura, [*Hesperium coccum laudabat miles; eadem*] quam aliquot locis [ad Solinum p. m. 676. et 732.] proponit, abest multum a veteri scriptura, ac merum facit frigus. Quis enim credat Satyricum de profligatissimo seculi sui luxu verba facturum, a minio et cocco Hispanico, omnium, ut testatur Plinius, [16, 12. s. 8.] vilissimo, ordiri voluisse? Illa vero lectio, quam hic exhibemus, non recedit a libris veteribus, ac sensum exhibet verissimum. Dicit nempe eo crevisse luxuriam, ut iam sordeant Tyriae Thessalicaeque purpurae; conchas iam peti ex unda Hesperia, sive mari Atlantico; ostrum vero, quod maria largiuntur, iam in tellure quaeri. Prior versus accipiendus est de purpura, ut diximus, Gaetulica, alter vero de cinnabari. Vtrumque proveniebat in ditione Iubae, sub cuius principatu Gaetulica purpura Romanis primum innotuit. Hinc Purpurariae insulae ex adverso Autololum sitae, quas praedictus rex purpurarum tincturae destinaverat, ut testatur Plinius. [6, 37. s. 32.] VOSSIVS. Non est, cur spuria illa verba censeantur, quae in omnibus libris adparent, et purpurae illius laudem, ut recte monuit Vossius, mire augent.

§. 5. *Mauretaniae)* Codices plerique *Mauritaniae*; Lips. Gud. Prag. Vindobon. *maritaniae*; Vatic. Ciaccon. *Mauretaniae.* Editiones omnes *Mauritaniae,* etiam A. Gronovii posteriores, operarum, opinor, errore, cum scripturam per *e* non solum ipse suaserit, sed et repraesentarit lib. 1, 5. Melius sibi constitit Kappius in utraque editione. Vid. ad 1, 5. in. Nova autem hinc

capita statuunt Vinetus et Reinoldius, ille 54. hic 20. praefixa inscriptione *Mauritaniae ora exterior.*

fastigantis) Ita Vatic. Ciaccon. Paris. 1. 2. Gud. quo faciunt in Lips. *castigantis* (uti solet) et in Rehdig. *fatigantis*; alii *fastigiantis* cum editionibus, etiam Vadianis, Olivarianis et Vineto; Schottus, Vossius, post alii *fastigantis*, de qua forma dictum est ad 1, 4, 1. Tum Rehdiger. *hisdem*, ut saepe; Vatic. *isdem*. In Lipsiensi deest *sed*. Pro *opibus* in Prag. legitur *operibus*, de quo ad 3, 6, 1. in Rehdiger. *divites*. Tum Paris. 2. omisit *etiam*, Lips. scribit *dictior*. Ed. 21. *novissimis angulis*.

fertilis est) Lips. Rehdiger. Prag. Vatic. Cibin. Gud. Ciaccon. inverso ordine *est fertilis*. Vadianus cum edd. 21. 28. et suis, item edd. 24. Olivarianae et Vinetus *fertilis etiam, ut*; Schottus *fertilis, ut frugum etiam genera*; Vossius, ceteri *fertilis est*, ut veteres ante Vadianum. TZSCHVCKE. Verbum *etiam* redundat; praecessit enim mox ante, *ceterum solo etiam ditior*. PINTIANVS. Lego commutato ordine: *adeo fertilis, ut frugum etiam genera*. SCHOTTVS. Neutro in loco libri scripti ferunt τὸ *etiam*. Post Lips. et Gud. *conferantur* male coalescentibus vocabulis.

etiam non sata) Vatic. 1. Ven. Havn. Ciaccon. Lips. Vindob. Paris. 1. 2. 3. Cibin. Rehdiger. Gud. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *etiam nota*; Vatic. 3. Prag. edd. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus *etiam nata*; Schottus *profundat sponte nata*; Vossius, reliqui *profundat etiam non sata*. TZSCHVCKE. Scribo *profundat sponte nata*, ut non multo ante: *Contra Fortunatae insulae abundant sponte sua genitis*. PINTIANVS. Forte *e se nata*. Sic enim Varro appellat, quae non seruntur lib. 1. de R. R. cap. 27. *Sed interea terram rudem proscindere oportet, quae sunt ex ea enata, prius-*

quam ex iis quid ſeminis cadat, ut ſint eradicata. Sic Cicero lib. 7. ad Famil. Epiſt. 27. [26.] *Nam dum volunt iſti lauti terra nata, quae lege excepta ſunt, in honorem adducere,* (addit autem, quae terra nata ſunt) *fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius.* CIACCONIVS. Lego *profundat ex ſe nata;* ſupra enim *ſua ſponte genita* vocat. SCHOTTVS. Veteres membranae legunt *etiam nata* vel *nota.* Vtique verum eſt, quod repoſuimus. VOSSIVS. Cum ſenſum deferant codices omnes, opitulatur obpoſitionis ratio, et quod *non*, ſcripturae compendio editum, facile transire potuit in *nata*, eliſo *ſ.* Certe, quae alias ſubſtituuntur, longius a librorum veſtigiis remota adferunt.

ſignum quod) Sic MSS. A. Gronovii et mei cum vett. editionibus; tantum quod Lipſ. Gud. ſic verba ordinant: *ſignum quod fabulae prorſus eſt clarum;* Venet. *ſignum quidem fabulae prorſus eo clarum;* Vatic. 3. Prag. *ſignum quod fabulae prorſus oſtenditur clarum.* Schottus dedit *ſignum ei fabulae* remotis uncis, uti fecit poſt Voſſius; hic tamen cum edd. 40. 41. 42. *ſignum quoque fabulae*; Reinoldio revocante rediit demum in ceteris vetus lectio. TZSCHVCKE. Aut verbum *quod* ſuperfluum eſt, aut legendum *quoddam.* PINTIANVS. Aut legendum *quoque* pro *quod*, aut vacat. CIACCONIVS. Provocabulum *quod* abundat, aut *quondam* ſcriptum Mela reliquit. SCHOTTVS. Non opus eſt a codicibus deſciſcere, dummodo poſt *et* diſtinctionis ſignum ponatur, quod neglectum turbas dedit, aut verba *ſignum — prorſus,* uti fit hodie, parentheſi includantur. Cum Voſſio tamen Pariſ. 3. *quoque* habuiſſe videtur. Cibin. *fabula,* ut ed. Lugdun. 1605. et paullo ſuperius idem *Antheus* cum edd. 1. 5. 9. 11. 13. forte aliis quibusdam.

ut incolae) Tò *ut* Prag. omittit. Tum Venet. *ubi unde*; Pariſ. 1. *pars erecta. Solent*; Prag. Havn.

erupta est solet; Cibin. *est statim imbres spargi*; Rehdiger. *fossa*.

eveniunt) Ita octo MSS. A. Gronovii meorumque plerique, cum editionibus ante Schottum et Vossium, quorum ille dedit *deveniunt*, hic et secutae edd. 40. 41. 42. *veniunt*, quod quidem ita legitur in Cibin. et Bonon. forte etiam in Parisiensi 2. In uno codice plane hoc verbum abfuisse in nota testatur Vossius. TZSCHVCKE. Melius *deveniunt*, ut de Imera, Siciliae fluvio [2, 7, 17.] *alio ore in Libycum, alio in Tuscum devenit*. PINTIANVS. Corrupta haec. Legendum *donec effossa repleant, eveniunt*. CIACCONIVS. *eveniunt*) Sane postremum hoc vocabulum redundare videtur. VOSSIVS. Sic Columella lib. 4. c. 32. *Talea et tota arundo serius praedicto tempore evenit*. A. GRONOVIVS. In hoc nexu infinitivus verbi desideretur; sed maluit noster variata forma loqui, et omnino rem mirabilem indicare. *Eveniunt* sc. ex illo tumulo. Ita vero nulla opus est correctione.

§. 6. *frequentant*) Ciaccon. Vindob. *frequentat*. At bene habet vulgata, et sic saepe *pars quisque* et similia strui notum est. Vid. Heinsius ad Ovid. Fastor. 3, 251. ubi eadem numeri variatio in hoc verbo observatur. Ed. 21. *per sylvas*. In ed. Vineti est cap. 55.

agunt) Ita diserte Vaticani, Parisienses, Lips. Gud. Prag. Havn. Ciaccon. aliique; Vindob. Rehdiger. Venet. (opinor) *habitant*, uti editiones veteres, cum Vadianis, Olivarianis et Schotto; Vinetus et post Vossius aliique posuere *agunt*. Alterum *habitant*, ex glossa natum est, uti fit passim, veluti in Ovidio Fastor. 1, 68. ubi pro vulgato *otia habet* septem veteres libri scribunt *agit*, quod et praetulit Heinsius, quem ibi vide, et ad 3, 245. item pluribus Cannegieterum ad Aviani fab. 11, 6. et quae notarunt Schwartzius ad Plinii Panegyr. in supplem. p. 492. Burmann. ad Quinctil. 5, 6. 10, 1. Corte ad

Plinii epp. 4, 17, 3. idem ad Salluft. B. I. 18, 9. et 19, 5. Drakenb. ad Liv. 3, 14, 5. et qui producuntur. Notatur id in primis de verbis *agitare* et *habitare*, uti docent Heinfius et Drakenb. ad Silium Ital. 13, 524. et Corte ad Salluft. Iug. 19, 5. Nempe olim fcribebatur *abito*, unde facilis fuit in alterutram partem commutatio. Sic *habeo* et *abeo* commifcentur, quod iam olim monuit Meller. Palmerius in fpicilegiis p. 857. (in Gruteri thef. Crit. T. 4.) *habiturus* et *abiturus*, de quibus Schwartz. ad Plinii Panegyr. c. 65. p. 311. Sic *hac* et *ac*, de quo ad 3, 3, 3. Intulit has depravationes adfpirandi vocibus libido temere effufa. Pro *in urbibus* fatis lepide Cibin. *pars maribus* et omiffo *in* Rehdiger. *pars urbibus*.

Gilda, Volubilis) Locus maxime corruptionibus vexatus, etfi duo itidem nomina libri praeferunt, aliter tamen diftincta. Parif. 1. Rehdiger. Lipf. Gud. Vindob. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Vadianae, Olivarianae cum Vineto *Gildano*; Cibin. Vatic. 1. *Gildavo*; Vatic. 3. *Gilodavo*; Parif. 2. 3. Bonon. Havn. Venet. *Gilodano*; Prag. *Donogilo*. Voffius et A. Gronovius de fuis codicibus filent. Ex editionibus Schottiana *Silda*; poft Voffius et alii *Gilda*. Hinc fimilis difcrepantia fubfequitur. Vaticani, Cibin. *Dubitania*; Parif. 2. 3. Rehdiger. Bonon. Gud. Prag. Havn. Lipf. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 13. 23. *Dulbritania*; Parif. 1. Ciaccon. *Dubritania*; Venet. *Dubritania*; Vindob. *Drubitania*. Edd. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae pleraeque cum Vineto *Dulbritrania*; (nam Lugdun. 1605. *Dulbritania*;) Schottus, Voffius, ceteri *Volubilis*, *Prifciana*. TZSCHUCKE. *Gildano, Dulbritrania*) De his urbibus nefcio an alibi legerim. At Pomponio danda fides, haud longe ab his oris nato. VADIANVS. *Gildano, Dulbritania*) Scribendum fortaffe *Silda*, *Volubilis*, *Prifciana* ex Ptole-

maeo [4, 1. et 13.] et Plinio. [5, 1.] PINTIANVS. *Gilda, Volubilis, Prisciana*) Ex vestigiis veterum membranarum haec correximus. *Gilda* verum est nomen huius oppidi, non Σίλδα, uti perperam apud Ptolemaeum. [4, 1.] Sic quoque habent Stephanus et Antoninus. [p. 23. ed. Wessel.] *Volubile* et *Volubilis*, ac *Volubilienses* populi memorantur a multis. *Priscianae* solus, quod sciam, meminit Ptolemaeus. [4, 1. f.] Sed apud illum perperam Πισκιανὰ aut Πτισκίανα vulgo legitur pro Πρισκίανα. VOSSIVS. De *Gilda* non est dubitatio, quippe quod urbis nomen confirment Antoninus et ex literarum serie Stephanus. At de sequentibus sponsorem me minime sistam. Memoratur quidem in Ptolemaeo 4, 1. f. Οὐολοβιλὶς, et lib. 8. in tab. 1. Africae Οὐόλουβιλὶς, uti ab Antonino p. 93. In Plinio 5, 1. vocatur *Volubile* oppidum. Attamen incerta haec et fluxa videtur lectio; in primis si sequens nomen *Prisciana* adieceris, coniuncta cum MSStis compares. Vt enim illa extrices, singulari opus est perspicacia, multaque excitanda, quae intercidisse oportet. Accedit, quod *Prisciana* dubiae est auctoritatis, nec nisi infecta vi Ptolemaeo extorquetur. Sed et idem non solum ponit inter Sildam s. Gildam et Volubilem, sed et propius mari admovet Iberico, ut vel hac de causa huc pertinere nequeat. Quidam, ut Simlerus ad Antonin. p. 23. (Wessel.) et Ortelius in thesauro Geogr. s. v. Ptisciana *Vopiscianas* cum Ptiscianis comparant, quamquam et hoc nomen varia incertaque scriptura editur, nec situs admtit, quem Ptiscianis tribuit Ptolemaeus. Eandem urbem, sed per *B* in initio habet Geographus Ravenn. 3, 11. At si scripturam codicum corruptam imitemur, inde forsitan effici posse videtur *Baba*, quae urbs in hoc tractu memoratur a Ptolemaeo 4, 1. f. et Plinio 5, 1. ubi quidem constanter scribitur *Babba*, quod et praefert in Stephano pro Βαβαὶ Holsten. p. 61. et in ipso Stephano invenitur s. v. Βάβα. Plinius c. l. Augusti coloniam dicit, quae Iulia Campestris sit no-

minata. In Geogr. Ravenn. 3, 11. eadem videtur esse *Bada.* Sed quid reliquis syllabis faciendum sit, equidem non perspicio. Quidquid est, Volubilis Gildam debebat praecedere, uti docent Ptolemaeus et Antoninus. Interim vulgatam adhuc lectionem reliqui, ne incerta incertis rependerem. Quare hoc tantum monuisse sufficiat, ne quis Melam in his testem provocet.

propius autem) Rehdiger. (qui sic fere solet) Venet. Vindobon. *proprius*, de qua confusione dixi ad 3, 6. in. et alibi. Tum Gud. Vatic. 3. Prag. *Sola*; alii *Sala*, quod recte habere docent Plinius 5, 1. Ptolemaeus 4, 1. f. Geogr. Ravenn. 3, 11. 5, 4.

Lixo) Lipf. *Sala elyxio*; Prag. *lizio*; ceteri cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Lixio*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 21. 23. 28. 35. *Lyxo*; praeeunte Vadiano Olivarius, et qui iis adhaerent, tum Vinetus. Vossius et reliqui *Lixo*. *Lyxo* emendaverat Hermolaus Barbarus. Sed Λίξος dicitur Hannoni p. 2. Hudf. Scylaci p. 53. Hudf. et Silio 5, 400. *Lix* Geogr. Ravenn. 3, 11. et 5, 4. Ita nempe in peregrinis nominibus praecipuas tantum literas variata terminatione reddunt auctores.

Lynxo) Ciacconius ex codice adfert *Limo*, ex suis A. Gronovius *Limo*, *Luno*, *Limio*, *Lixio*, *Linco*; ex meis habent Vatic. Paris. 1. 2. Gud. Havn. Venet. *Limo*; Paris. 3. *Lino*; Cibin. *linio*; Lipf. Vindobon. Rehdiger. Augustinor. *Luno*; Prag. *Iuno*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *luno*; 6. 7. 8. 10. 13. 15. 17. 20. 35. *Lunxo*; 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus *Iunxo*; Vossius, 40. 41. 42. *Linx*; Reinoldius, 44. 45. ceterae *Lynxo*. TZSCHVCKE. Scribendum *Lyxo flumini Lunxo proxima* [ita ex ed. 1493. scribendum contra Gronovium] id est Λύγξῳ, ut lib. 5.

[c. 1.] Plinii docui. BARBARVS. *Lynxo* civitas in recto et cum *y* in prima nominatur Artemidoro, referente Stephano; *Lynx* ipsi Stephano est etiam cum *y*, a Barbaris, Strabone auctore, [lib. 17. p. 568. s. 825.] appellata *Tinga*. Artemidoro, eodem teste, *Linga* dicitur; Eratostheni *Lexon* cum *e* longo, modo Strabonis exemplar non sit vitiosum. Plinio [5, 1.] *Lixos* nominatur et urbs et fluvius, tam scriptae quam impressae lectionis. Romana etiam exemplaria non aliter legunt. Ptolemaeo [4, 1.] *Lix* appellatur fluvius, civitas autem *Lixa*. PINTIANVS. *Et Lixo flumini Lynxo proxima*) Haec lectio proxime accedit ad illam, quae in veteribus libris comparet; ac confirmat eam Stephanus, qui docet ex Artemidoro, oppidum hoc vocari Λυγξώ. Aliis est *Linx*, vel *Lixa*. Valde autem errant, qui hanc cum Tinge confundunt, ac Strabonem testem advocant. Non semel istic loci impingere Strabonem, ad Hannonem docebimus. VOSSIVS. *Iunxo* quod in multis editionibus legitur, facili lapsu ortum, probari minime potest, et recte hoc nomine editores notavit Aldrete in antiguedades de España (1614. 4.) lib. 4. cap. 5. p. 507. Sed quod idem dicit, in Melae codicibus, nisi forte editos intelligit, esse *Lunxo*, equidem non inveni. *Liuxo* iam antiqua manus adscripserat in ed. 10. De prima litera non est dubitatio, si, quae viri docti ex aliis adtulerunt, respexeris. In Ptolemaeo tamen, notante Wesselingio ad Antonini itiner. pag. 8. codex Coislin. et de fluvio et de urbe habet Λίξ, quod de urbe etiam adhibent Antonin. in itiner. p. 7. Solin. cap. 27. s. 24. et Geogr. Ravenn. c. c. l. l. Sed et eadem veterum auctorum loca, quam parum forma et terminatio constiterint, declarant, et praeter interpretes nostros docuerunt etiam alii, in iis Salmasius ad Solin. p. m. 214. c. l. Adparet id maxime ex Strabone c. l. et paullo post p. 570. s. 528. ubi narrat, Eratosthenem ab Artemidoro fuisse reprehensum, quod urbem circa extrema Mauretaniae versus occidentem pro Linge Lixum adpel-

lasset, unde conficitur apud Stephanum pro Αυγξῶ legendum esse Λύγξ, uti etiam voluit Holsten. p. 192. et edidit Berkelius. Quae si conferantur invicem, videtur duplex urbs eiusdem fere nominis, una in extrema Mauretania, opposita Europae, altera paullo inde remotior; una Τὶγξ vel Λὶγξ, altera Λίξος vel Λίξα, ex qua similitudine confusio illa et disceptatio orta. Docet id etiam situs huius urbis apud nostrum et Plinium, item Ptolemaeum, cuius scriptura *Lixus* inde probatur, quod cognominem fluvio adpellatam esse tradunt. Ita intelligitur apud Strabonem Artemidori monitum contra Eratosthenem. Plinius etiam 5, 1. adfert *Lissa*, olim *Lixa* prope Cottam non procul a Lixo flumine, et post *Lixos* colonia. Lissam ultra columnas Herculis ponit, sed sua aetate non amplius superstitem fuisse addit. Boccatius de fluminibus s. v. Lixus hunc locum sic retulit: *Lixus Mauritaniae fluvius, a quo Lixa civitas appellata est.* Idem tamen, prout forte diversos codices secutus est, s. v. Luna scribit: *Est fluvius Mauritaniae propinqua Gna coloniae atque promontorio apelusiae.* Cellarius in Geogr. ant. 4, 7, 20. in quibusdam erravit. Nusquam enim in Stephano vocatur *Lixus*, nec Vossius hic legit *Lynxo*, sed *Linx*. Ex omnibus autem lectionibus nostri loci minus probabilis ea videtur, quae *Lynxo* infert, ut ex superioribus patet. In tanta tamen varietate optimum videtur sequi Plinium, qui habet *Lixos*, etiam propter adiectum *proxima*, quod et obstat, quo minus ad Graecam rationem confugiamus, qua τὸ γ ante ξ saepe inferitur, uti φάρυγξ dicitur et φάρυξ, Μῆνιγξ et Μῆνιξ et similia, de quibus cf. Etymol. M. s. v. Λάϊγγες. Atque ita reponerem, si res esset mei arbitrii, nec codicum terminatio constans reluctaretur.

Zilia) Paris. 3. *Gria;* Rehdig. *grya;* Lips. *gira;* Vindob. *gua;* reliqui *Gna*, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum Vineto; Schottus, Vossius, ceteri *Zilia;* 10. omisit verba *ultra* ad *Gna*. TZSCHUCKE. Legendum *colonia et fluvius Zilia*, evidentissime ex Plinio, lib. 5. [c. 1.] Ptolemaeo quarto [c. 1.] et Strabone ultimo. [p. 569. s. 827.] Plinius *Zili* vocat, Strabo *Zelin* ꙍ longo, Ptolemaeus *Ziliam*. Plinii vetus exemplar *Zulil* habet, Romana impressio *Zubil*. Habetur tamen fluvius *Agna*, sed procul ab hoc tractu a Ptolemaeo redditus, et a castigatoribus tum corruptus, tum imprudenter huc tralatus. Ceterum antequam finis opusculo imponeretur, admonere lectorem libuit, in eo quod libro 2. [c. 4. §. 5.] in Italia dixi pro *Fanestris colonia* legi posse *Fanum Fortunae* ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio, sic eam nominantibus; magisque ex analogia fieri a *fano Fanensis*, quam *Fanestris*, addubitare me nunc, an prior lectio mutanda sit. Tum quod eodem iure, quo a *campus campestris* et multa huiusmodi, eodem et a *fano* deduci possit *fanestris* et *fanensis*, magis esse gentile nomen, quam possessivum videatur. Tum etiam, quod Plinius in tertio [c. 19. s. 14.] *Fanum* coloniam esse tradat, et *coloniae Iuliae Fanestris* mentio habeatur a Vitruvio lib. 5. [c. 1.] Itaque rem in medium relinquo. PINTIANUS. Pintianus legit *colonia et fluvius Zilia*. At Strabo lib. 17. [c. 1.] ibi corruptus videtur, et ubi εἰς δὲ τὴν ἐκτὸς θάλασσαν πλέουσιν ἀπὸ Λιγγὸς πόλις ἐστὶ Ζῆλις καὶ Τίγα, legendum ἐντός. Nam ad fretum navigat ab exteriore sinu. CIACCONIUS. *Gna* utique nomen est obscurum et plane incognitum, cum contra *Zilia*, etsi inconstanti scriptura, hic a pluribus memoretur. In Ptolemaeo 4, 1. Ζιλία cod. Palat. Ζιλεῖαι, lib. 8. in tabula 1. Africae Ζειλία. Sic apud Plinium monente Surita ad Anton. itiner. p. 8. (ed. Wessel.) tres codices *Zuli* habent, alii, uti iam Pintianus notavit, aliter. In ipso Antonino c. l. et Geogr. Ravenn. 3, 11. 5, 4. *Zili* (in ablativo, ut solet) dicitur. In Stephano corrupto Ζῆλος pro Ζῆλις, ut ibi monuit Berkelius. At quantum huius

nominis quaecunque scriptura a libris distet, manifestum est, etsi, quod substituendum sit, non datur. Propius ad codices accedit *Tiga*, quam urbem cum Zeli connectit Strabo; sed desideratur fluvius cognominis. Possit et *Agna* ex Ptolemaeo arcessi; tum vero, cum fluvii illud nomen sit, nulla huius nominis urbs occurrit, et ipse ille fluvius nimis ab hoc tractu remotus fluit. Vtrumque contra valet de *Zilia*. Quare si alios sequaris auctores *Zilia* probandum, quod et aliquatenus ex *gira* in Lipf. possit erui; sin codices, *Gna* retinendum.

unde) Ed. 19. *unde inde.* Pro *Ampelusia*, ut solet, Rehdiger. *ampelutia;* Lipf. Gud. *Ampeluxia;* Vindobon. *ampluxia;* Vatic. 1. *Anpelusia.* Post Zalusc. *Athlanticis litoribus.* Cibin. omisit *iam.* TZSCHVCKE. Convenientior et Auctoris elegantiae et Operis calci lectio permutatis ultimis verbis: *Atlantici litoris atque Operis huius terminus.* PINTIANVS. Idem voluit Ciacconius, adeoque, quod non debebat, prono nimis obsequio in ipso textu posuit Schottus. De voce ἀμπελουσία, quod ad lib. 1. c. 5, 1. ubi Graecam diserte adfirmat, monere omiseram, hoc unum nunc addere liceat, quod Graeci plane eam formam ignorant. Cogitabam ἀμπελοῦσσαν levi immutatione, nisi obstaret Plinius 5, 1. et pertinax librorum nostrorum in eius repetitione consensus. Ceterum quae in fine libri subiiciunt codices rediguntur fere ad verbum *explicit;* alia si qua de librario accedunt, dedi in ipso codicum recensu.